



Glasgow  
University Library



N14-a.16

36.7.5.



30114011247684









SCRIPTORVM  
REI RVSTICAE

VETERVM LATINORVM  
TOMVS QVARTVS

---

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVL MEDICINAE  
LIBROS SEX (VVLGO QVATVOR)

CVM  
COMMENTARIIS,  
IVLII PONTEDERAE CVRAS POSTV-  
MAS, NOTITIAM LITERARIAM EDITIO-  
NVM, ET INDICES SCRIPTORVM, NOMI-  
NVM PROPRIORVM, RERVM ET VOCA-  
BVLORVM GESNERIANOS AVCTOS  
ET CORRECTOS

---

COLLEGIT ET EDIDIT  
IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO

---

LIPSI AE  
SVMTIBVS CASP. FRITSCH

MDCXC VII

# THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON  
AND THE SOCIETY OF ARTS

AS KEPT IN THE LIBRARY OF THE  
SOCIETY OF ARTS

AND THE SOCIETY OF LONDON  
AND THE SOCIETY OF ARTS

AND THE SOCIETY OF LONDON  
AND THE SOCIETY OF ARTS

AND THE SOCIETY OF LONDON  
AND THE SOCIETY OF ARTS

AND THE SOCIETY OF LONDON  
AND THE SOCIETY OF ARTS

1700

1700

1700



VIRO DOCTISSIMO

CAR. AVG. GVIL. BERENDS

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI,  
IN VNIVERSITATE LITERARVM VIADRINA  
MEDICINAE PROFESSORI P. O. etc.

COLLEGAE, AMICO ET MEDICO SVO

HVNC RENATI VEGETII DE MVLO-  
MEDICINA LIBRVM


A SE PASSIM CORRECTVM ATQVE  
EXPLICATVM

CEV

REVERENTIAE, AMORIS GRATIQVE  
ANIMI SIGNVM

D. D. D.


E D I T O R.



THE HISTORY OF THE

REVOLUTION

OF THE UNITED STATES OF AMERICA  
IN THE YEAR 1776  
BY  
WILLIAM BRADENBURY  
OF THE BARR



## PRAEFATIO.

**P**aucis te volebam, beneuole lector, dum materiam omnem huius postremi voluminis Lipsiam in officinam typothetae transmittēbam. Peregi laborem vltro susceptum omni qua potui cum diligentia: vellem maiore cum fortuna. Verum in pluribus rebus spes non temere concepta me defituit: in fasciculo symbolarum botanicarum ad me a doctissimo *Moldenhauero* missarum intercipiēdo grassata est tabellarii fraus: multae etiam aliae caussae bello teterrimo, quod per Europae pulcherrimas atque humanissimas regiones bacchatur, accesserunt, quae conatus meos et virorum doctorum studia et beneuolentiam

erga me variis modis vel impedirent vel re-  
primerent. . . Feci interim, quae potui: nec  
possum iterum iterumque nunc etiam fauo-  
rem adiutoriumque *Heynii* non laudare et  
praedicare animo gratissimo.

Sequuntur hic additamenta aliquot, quae  
lector diligens vel Indicibus vel commentariis  
suis quaeque locis inferat velim. Quas de  
nominibus graecis et latinis plantarum ab oe-  
conomis vtriusque nationis cultarum ab hu-  
manissimo *Moldenhauero* iam accepi, vel ad-  
huc expecto obseruationes, eas lectores ii, qui  
germanice sciunt, et ciues mei vel in Lexico  
manuali graeco, cuius priorem partem hoc  
ipso tempore absolui, vel in animaduersioni-  
bus additis ad *Eclogas physicas*, quas ex  
graecis scriptoribus collectas breui publicabo,  
positas reperient.

Sub *areae* vocabulo adde locum Strabonis de Britan-  
nis 5. p. 308. τὸν δὲ σῖτον, ἐπειδὴ τοὺς ἡλίους οὐκ  
ἔχουσι καθαρούς, ἐν οἴκοις μεγάλοις κόπτουσι, συγκο-  
μισθέν-

μισθέντων δεῦρο τῶν σταχυῶν· αἱ γὰρ ἄλλως ἀχρηστοὶ γίνονται διὰ τὸ ἀνήλιον καὶ τοὺς ἄμβρους. Quae quidem obseruatio nostris climatibus plane conuenit.

Sub *bifurcus* adde: An intelligitur τὸ διμερὺς τῆς γλώττης, bifurcum linguae, quod Hippocrates in Coacis Praenot. et in libro de diebus criticis c. 1. memorat? Certe *bifurcum* illud, per quod sudor uolare dicitur in loco Petronii a Cangio laudato, huc non conuenit.

*Feculae* naturam et usum medicum descripsi auctore Dioscoride, Plinio et Vegetio. Oeconomicum, ad uetustatem uino conciliandam, tradunt Geoponica 7. c. 24. ubi amphorae, quae uetus uinum continuit, frustra fumere iubent σὺν τῇ παλαῖᾳ τρυγί τοῦ οἴνου, κατεάξας τε καὶ σήσας ἔμβαλε εἰς ἕκαστον ἀμφορέα ἡμιμόδιον καὶ ἀνατάραξον τὸν οἴνον καὶ περιχρίσας ἕκαστον ἡμέρας δεκαπέντε, εἶτα ἀνοίξας χρῶν, καὶ δείξεις εἶναι τὸν οἴνον ἐτῶν δέκα. ἀναλωθέντος δὲ τῆς οἴνης, τὴν τρύγα βάλε εἰς χύτραν καινὴν καὶ περιχρίσας καὶ ὀπτήσας τε καὶ σήσας πάλιν τῷ αὐτῷ τρόπῳ χρῶν· ἀντὶ γὰρ πάντων ἀρωμάτων τῶν προειρημένων ἡ τοιαύτη χρῆσις ἀρνέσει. ubi vitium haesit, quod usum faecis plane peruertit. Nempe ea nisi uita usum ad uinum nouum mutandum in uetus habere posse non uidetur: uita enim acorem uini noui exsugit: itaque post primum usum urendo ad alterum praeparatur. Amphorae fundum, labra et aures reici reliquas partes assumi uult scriptor τὸ δὲ ἄλλο εἶναι δεῖ σὺν τῇ παλαῖᾳ τρυγί τῆς οἴνης, κατεάξας τε καὶ σήσας ἔμβαλε. ubi te-

sta ipsa cum faece confringi et cribrata vino nouo addi videtur. Verum testae vsus nullus est ad vetustatem vino conciliandam: nec eius vlla mentio fit, vbi faex vsta iterum ad eundem vsum adhibetur. Quo pertinet igitur mentio testae confractae cum ipsa faece? Ad vsionem faecis solam adhibetur. Ita enim Dioscorides 5, 132. τινές δὲ ἐπ' ὀστράκων καινῶν θέντες καίσι πυρὶ δαψιλῆι, ἕως ἂν ἐμπυρωθῇ κατὰ βάθος. Faecis vini generosae recentis addendae meminit Columella XII. c. 28. sect. 4. Geoponica 7; 37. et c. 12. sect. 7. sed ipsa verba: οἱ τρεπόμενοι χωρισθέντες ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν Φαύλης τρυγὸς καὶ εἰς οἶνον καλῆς τρυγίαν ἐπιβληθέντες: declarant, de faecis genere diuerso agi: quod ipsum locum habet in loco Palladii XI, 14, 5. vbi faeces vini dulcis admiscetur. Haec ambiguitas vocabuli impediit, quo minus accuratius locum Geoponicorum compararem cum gemino Columellae XII, 30. *Si qua, inquit, vina erunt duriora aut minus bona, quod agri vitio aut tempestate sit factum, sumito faecem vini boni, et panes facito et in sole arefacito et coquito in igne: postea terito et pondo quadrantem amphoris singulis infricato et oblinito: bonum vinum fiet.* Hic igitur locus plane coniecturam meam confirmat de loco Geoponicorum manco, cuius sententiam ita redintegrabis: τῆς οἶνος καὶ ὀπτήσας κατεάξας τε et reliqua.

Sub *Medulla* addo: Officium medullae succi nutritii vltra citraque ferendi veluti fistulae, siphoni, infundibulo, diabete, assignabat Columella 3, 10, 2. 3, 18, 5 et 6. Eadem fuit opinio Plinii 17. sect. 35. cuius locum

locum posui in Commentar. p. 153. diuersitatem philosophiae arguens, vbi lectionis vitiositas erat arguenda. In Theophrasto nihil de officio medullae reperi. Opinionem auctoris, quem Columella cum Plinio exscripsit, si recte interpreteris, veram ostendit comparatio theoriae, quam nuper proposuit Anonymus in Allgemeine Litteratur-Zeitung 1796. no. 284.

Sub vocabulo *Merges* addo locum Hesychii, καρφαμάτια, ἐν οἷς θερίζουσι τὰς ξηρὰς στάχους: vbi mergitis vsus respici suspicabar.

*Phrygiae* Ioto vel calthae Columellae auctoritatem aliunde addere nondum potui. Amaracum Phrygium habent Plinius 21. c. 11. et Theophr. h. pl. 6, 7. Attamen Artemidorus Onirocr. 1, 79. inter flores memorat σισυμβρίου καὶ ἀμαράκου καὶ λαπάθου Φρυγίου καὶ ἐλενίου καὶ ἀνεμώνης καὶ σαμψύχου στεφάνου: vbi praeterea lapathum inter coronarias plantas admiror.

Sub *praetorio* adde locum Strabonis 5. p. 341. vbi βασιλεια περσικὰ ἐν ταῖς ἐπαύλεσι memorat.

In Indice Scriptorum sub *Menecratis* nomine adde mentionem libri primi ἔργων cum versu inde laudato factam in Etymol. M. sub vocabulo ἡθμός.

De *Euhemeri poetae* nomine, in Columellae libro 9, 2, 3. an recte positum legatur, dubitavi: nunc video idem iam olim factum a Gallo *Seuino* in *Histoire de l'Academ. royale des Inscr. T. 2. Amsterd. 1731.* pag.

pag. 216. qui Eumelum succedere Euhemero malebat.

Denique cum multa ad Catonem de Fratrum Arualium ceremoniis disputata fuerint, addo nunc mentionem libri, qui monumenta recens effossa antiquis iunxit:  
*Gli Atti e Monumenti di Fratelle Aruali: Roma 1795.*



VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVLOMEDICINAE  
LIBRI SEX. (VVLGO QVATVOR.)

vt partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de<sup>i</sup> eisdem passionibus alia remedia in 5 capite alia inueniantur in fine. Additur<sup>k</sup> etiam quod studio lucri quaedam ita sunt compositae potiones, vt pretium enorme contineant, et curae taxatio animalis aestimationem prope videatur aequare: vt<sup>l</sup> plerumque aut pauci<sup>m</sup> homines aut certe prudentes animalia sua casibus<sup>n</sup> dedant, aut<sup>o</sup> damnosam curationem dissimulent. His et talibus rationibus inuitatus<sup>p</sup>, cum ab initio aetatis alendorum equorum studio flagrarem, hanc operam non inuitus arripui, vt conductis in vnum Latinis duntaxat auctoribus vniuersis, adhibitis etiam mulomedicis, et medicis non omisis (nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo<sup>q</sup> multis discrepat sed in<sup>r</sup> plerisque consentit) in quantum mediocritas ingenii patitur, plene ac breuiter omnia epitomae digererem, et signa morborum omnium declararem<sup>s</sup>.

7 Nam si laus prima medicorum est genus aegritudinis in homine reperire, qui passionem suam et manu potest et voce signare<sup>t</sup>; quanto magis in mulomedicina necessarium credetur<sup>v</sup> genus aegritudinis nosse, cum mutum<sup>x</sup> animal proprium non possit indicare languorem et ab imperitis ad opus aliquod laboremque cogatur, geminumque<sup>y</sup> subeat ex morbo et fatigatione discrimen; aut certe neglectum inueterata aegritudine nequeat sero<sup>z</sup> curari. Sic Mantuanus poeta diuino ore testatur: *Morborum<sup>a</sup> quoque te causas et signa docebo.*

Abs-

i. de inf. C.

k. Addetur C.

l. ac C.

m. pauci C.

n. Ita pro canibus C.

o. Vulgo aut a damnosa curatione Corb. et annos n. m. S. aut damnosam curationem.

p. inuit. C.

q. Vulgo additum in om. C.

r. sic pro in multis plurimisque C.

s. Ita C. nisi quod digere — declarare habet. Vulgo epitoma congererem omisis reliquis.

t. significare S.

v. Ita pro creditur C.

x. Ita pro sit animal et non possit proprium Corb.

y. Sic geminum sub. F.

z. sero om. C.

a. Morborumque et F. vt nos ex Corb. ita Virg. Ge. 3. 440.

Absque dubio autem omnis cura nutabit<sup>b</sup>, si<sup>c</sup> genus  
 - passionis ignoretur<sup>d</sup>. Ex inani persuasione illud gene-  
 ratur incommodum, ut honestissimus quisque erube-  
 scendum ac vile credat iumentorum nosse medicinam.  
 Primum nullius rei scientia vilis est. Nam cum in<sup>e</sup>  
 humanae vitae conuersatione aliud fugiendum<sup>f</sup> aliud  
 vero sequendum sit<sup>g</sup>; non est perfecta sapientia<sup>h</sup>, nisi  
 quae<sup>i</sup> utraque cognouerit. Deinde, quis aestimet eru-  
 besendum talem peritiam, quae damna subinoueat?  
 Nam sicut incolumitas iumentorum habet lucrum, ita  
 eorum interitus afferre videtur incommodum. praeser-  
 tim cum mancipia, quorum plebeia curatio non puta-  
 tur, saepe vilioribus pretiis quam equi vendantur aut  
 muli. Postremo<sup>k</sup> siue ad vehendos locupletes aptos, I I  
 siue in circi contentione victores, siue in praeliis (ut ita  
 dixerim) probatissimos bellatores, acerrimum studium  
 amoremque constat habere<sup>l</sup> dominorum. Nec imme-  
 rito voluptati natum animal aut<sup>m</sup> saluti gratiam meretur  
 ab homine. Quis autem nosse curas iumentorum eru-  
 besendum putet, cum optima iumenta habere glorio-  
 sum sit? Quis vituperationi det id posse curare, quod  
 laudi ducitur possidere? Forsan ipsa opera mulomedi-  
 corum videtur abiectionis, notitia autem curationis non  
 solum honestissimis, sed etiam disertissimis conuenit, ut  
 prouisione et ordinatione sollerti curatis animalibus, et  
 damnis careant, et voluptatibus perfruantur. Sed alii I 4  
 morbi sunt, qui ea tantum animalia, quae occupaue-  
 runt, vexant: alii etiam<sup>n</sup> ab vno vel paucioribus, quae

A 3

per-

b. Ita pro *vacabit* C. qui tamen  
*nutauit*.

c. *se* C.

d. *ignori* C. forte fuit *ignores*.

G.

e. [*in*] inf. S. et C.

f. *fit* inf. C.

g. *fit* inf. S.

h. Ita pro *peritia* C.

i. *qui utrumque* C. qui ab hac

voce deficit vsque ad I, 12, I.  
*utroque cognito* S.

k. [*circa equos*] inf. S.

l. *esse* S.

m. Ita F. In margine ex MS.  
*animal (salutis)* F. S.

n. *licet ab vno* S. et in margine,  
*licet ab vno coeperit, in plures, qui*  
*pariter in eodem stabulo aluntur*  
*et.*

pereunt, in plura, quae pariter stabulantur vel aluntur, (et)<sup>o</sup> in totos saepius greges saeuissima contagione transmigrant, vt quamuis sanum animal intra breue tempus, alienae aegritudinis afflante vicinia, repente depereat.

- 15 Rectius est ergo eorum prius morborum et signa et causas praedicere, curasque monstrare, qui quodam transitu pluribus nocent. nam aduersus maiora dispendia,
- 16 maiorem sollicitudinem oportet impendi. Prima igitur iumentorum vtilitas est domini, vel procuratoris, vel pastoris ipsius amor atque diligentia. Comes enim semper est affectionis industria: et incolumia<sup>p</sup> cupimus quaecunque diligimus. Domita animalia aut praesepibus aluntur, aut pastu: indomita latioribus nutriuntur in saltibus. Quotidie ergo vel frequentissime speculari conuenit habitum iumentorum. nam diligentibus morbus ipse se prodit.

o. Copula vulgo. deerrat.

p. [*semper*] inf. S.

# ELENCHVS TITVLORVM CAPITVM

Ex Editione principe repetitus, cum iis titulis, quos singulis Capitibus apposuit Sambucus.

## LIBRI PRIMI.

- |    |  |    |   |
|----|--|----|---|
| 1  | Quibus signis aegritudo animalium cognoscatur.   | 24 | Admissum facientes non deplendos.   |
| 2  | Quot sint genera morborum.   | 25 | In quibus passionibus et ex quibus locis sanguis sit auferendus.  |
| 3  | Signa morbi humidi.  | 26 | De his quibus sanguis in vngulam tollitur. [Alias. Qui vngulam cogunt, vel eiecerint] (deiecerint S. M.) quomodo sanguis tollatur.  |
| 4  | Signa morbi aridi.   | 27 | De epistomicis, vulsis, colicis, strophosis, et qui morbo subrenali tenentur, vnde sanguis tollendus fit. (est S. De Epistomicis, vulsis, strophis subrenalibus, vnde etc. S. M.) |
| 5  | Signa morbi subtercutanei.   | 28 | De ratione foci atque cauterii.   |
| 6  | Signa morbi articularis.   | 29 | De passione et curis febrim.  |
| 7  | Signa morbi farciminosi.   | 30 | De lassitudine, quae videtur febribus similis.  |
| 8  | Signa morbi subrenalis.  | 31 | De febribus internis.   |
| 9  | Signa morbi elephantiasis.   | 32 | Si in Autumno febrierit.  |
| 10 | Cura morbi (mallei S. M.) humidi.  | 33 | Si (in S.) aestate febriat.   |
| 11 | Cura morbi aridi.  | 34 | Si hieme febriat.   |
| 12 | Cura morbi subtercutanei.  | 35 | Si ab indigestione febriat vel pletura.   |
| 13 | Cura morbi articularis.  | 36 | Si ex vulnere oris aut faucium febriat.   |
| 14 | Cura morbi farciminosi.  | 37 | De coactionibus, (coactione S.) i. e. de nimia lassitudine.   |
| 15 | Cura morbi subrenalis.   |    |   |
| 16 | Cura morbi elephantiasis. (elephantiosis S.)   |    |   |
| 17 | Causae et curae generales morbi malei. (mallei S.)   |    |   |
| 18 | Potio anniuersaria Physica.  |    |   |
| 19 | Compositio suffimentorum contra morbum maleum. (contra malleum S.)                         |    |   |
| 20 | Alia compositio suffimentorum vehementior, ad lustranda animalia, quae et fascinum tollit. |    |   |
| 21 | De ratione flebotomi.  |    |   |
| 22 | Quae diligentia adhibeatur (adhibenda S. M.) in sanguinis detractione.                     |    |   |
| 23 | Castrata animalia non deplenda.  |    |   |

- 38 Quae genera aegritudinum ex coactione nascantur.
- 39 De diuersis passionibus ventris.
- 40 De aqualiculo, i. e. stomacho.
- 41 De colo et coli dolore.
- 42 Cura longanonis et ilei.
- 43 Causae et curae strophii. (De strophii causa et cura S. M.)
- 44 De lumbricis, cossis, tineis et pediculis.
- 45 De clysteriis ad curam lumbricorum (lumbicorum S.) et tinearum.
- 46 De calculosis iumentis.
- 47 De emphragma.
- 48 De ileo.
- 49 De dolore ventris.
- 50 De dolore coli.
- 51 De dolore vesicae.
- 52 Cossi et lumbrici qua cura tollantur ad manum. (S. M. non habet *ad manum*.)
- 53 De syncopatis et confixis.
- 54 De his qui sanguinem per nares emittunt.
- 55 De infestatione sanguinis.
- 56 Quae adhibenda est (est omit. S.) diligentia, vt animalia sana perdurent.
- 57 Potio aestiua. (P. aestiuo tempore danda S.)
- 58 Potio hiemalis.
- 59 Potio in autumnno et vere praebenda.
- 60 Potio omni tempore necessaria.
- 61 De difficultate urinae.
- 62 De Stropho.
- 63 De dorso curando.
- 64 De potione probatissima Diapente.

## CAPITA LIBRI II.

- 1 De valetudinibus capitis.
- 2 De Appiofo. (Opiofo S. M.)
- 3 De Frenetico.
- 4 De Cardiacis. (cardiaca S. M.)
- 5 De Rabiofo.
- 6 Qua obseruatione curentur cyclo ([a] cyclo S.) animalia. (at vnum exemplariorum habebat, cibo.)
- 7 De cerebro commoto.
- 8 De capitis dolore.
- 9 De Distensionibus. (distentionibus S. distentione capitis S. M.)
- 10 De Appiofo. (Oppiofo S.)
- 11 De Rabiofo.
- 12 De Insania capitis. (om. capitis S.)
- 13 De Chirurgia.
- 14 De auribus. (tumore aurium S. M.)
- 15 De pilis qui nascuntur in oculis.
- 16 De Suffusione oculorum.
- 17 De paracenthesi oculi. (in oculis S.)
- 18 De Lunatico oculo.
- 19 De Staphylomate oculi.
- 20 Ad album de oculo tollendum.
- 21 De suffusione curanda per nares.
- 22 De diuersis passionibus oculorum.
- 23 De strumis iumentorum.
- 24 De glandulis.
- 25 De pullaribus.
- 26 De fistula maxillae, vel de conficiendo collyrio fistulari.
- 27 De expositione fistulae. (fistulari S.)

- 28 De tumore faucium vel capitis.
- 29 Si ex pletura (pletora S.) sanguinis fauces tument.
- 30 De intomatīs, i. e. tuberibus. (De intomatīs om. S. M.)
- 31 De lingua incisa.
- 32 De gingivis et dentibus.
- 33 De offe fracto.
- 34 De cartilagine narium si sanguis fluat.
- 35 De palato si vena se non clauferit. (incisa claudi non possit S. M.)
- 36 De genere et qualitate mucorum qui per nares fluunt.
- 37 De cuferino, (cyferino S. cuferino S. M.) i. e. cum post cursum sanguis de naribus fluit.
- 38 De polypofo. (polypo S.)
- 39 De siderato.
- 40 De obseruatione flebotomi. [et ceruicū curatione S.]
- 41 De ceruicibus.
- 42 De malandria, (Malandra S. M.) i. e. de vulneribus ceruicis.
- 43 De distillatione ceruicis.
- 44 De distillatione scapularum. (dissolutione S.)
- 45 De armis laesis.
- 46 De genu commoto vel basi. (emoto S.)
- 47 De fractura articuli, vel cruris, vel coxae.
- 48 De flegmone, (phleg. S.) marmore, siue mallonibus. (De tumore superioris genu et tubere et phlegmone et marmoreo S. M.)
- 49 De aquatilibus et ozoënis. (De aquatilio S. M.)
- 50 De pedibus reumaticis, siue (et S. M.) ventosis.
- 51 De impetiginibus.
- 52 De vngine. (id est dulce dine S.)
- 53 De podagra iumentorum.
- 54 De orthocolis (articulosis S. M.) siue stillofis.
- 55 De pedibus et vngulis.
- 56 Si pulmunculum ad aperituram fecerit.
- 57 Si exungulauerit iumentum, [et si suffusionem pedum patiat. haec omittit S. M.]
- 58 De pedibus attritis siue mollibus.
- 59 De dorso confirmando.
- 60 De dorso curando iam laeso.
- 61 Si pulmunculus nascitur in dorso animalis.
- 62 Si vulnus fecerit.
- 63 Ut pili renascantur.
- 64 De denigrandis pilis albis.
- 65 Ut pili nigri albescant.

CAPITA LIBRI III.

- 1 De obseruanda boum sanitate, Rubricae c. 1, (Ut longaeui et sani sint boves. S.)
- 2 De morbis boum, et primò de maleo. (malleo S.) Rub. c. 2.
- 3 De cruditate. Rub. c. 3. (De passionibus boum non contagiosis S. M.)
- 4 De febre. Rub. c. 4. (Sambucis titulum *Ad rabiem* inferit.)
- 5 Si vermes animal fecerit. Lib. 3.

- 3 De cura lumborum.
- 4 Quibus signis dolor renum indicetur.
- 5 De internis musculis [renum. omittit S.]
- 6 Si talus exeat animali.
- 7 De dolore renum.
- 8 De tumore testium.
- 9 Si natura reuocari non possit.
- 10 Si iumentum sanguinem minxerit.
- 11 De dysenteria.
- 12 Si otiosum animal sanguinem mingat.
- 13 Si animal sanguinem euomat. (vomat S.)
- 14 Si percussa vena claudi non possit.
- 15 De indignatione vesicae.
- 16 De fluxu ventris.
- 17 De verrucis.
- 18 De vitis (vitis S.) coxarum.
- 19 De laccis gambarum.
- 20 De gambofo.
- 21 De his quae laeduntur a rotis.
- 22 De syrmatice id est quod coxam subito trahit.
- 23 De morbo alienato. (ex quo infecta [aresacta S. M.] animalia moriuntur. addit S.)
- 24 De roborosis. (robosis S. M.)
- 25 De hydropicis.
- 26 De farcosis.
- 27 De tympanicis.
- 28 De lienosis.
- 29 De impletico. (impleticis S.)
- 30 De phragmatico. (emphragmatico S. M.)
- 31 De eo qui aquam timet.
- 32 De spasmo. (Spasinoso S.)
- 33 De epilepsia.
- 34 De eo qui aquam (aqua S.) renomit.
- 35 De sideratitio.
- 36 De percussio a sole.
- 37 De cruditate.
- 38 De bulimo.
- 39 De anhelitu.
- 40 De aestu.
- 41 De paralytico.
- 42 De intrinsecus rupto.
- 43 De infania.
- 44 De pletura ex hordeo.
- 45 De passione pulmonis.
- 46 De eironica, vel orthotonico, vel ortholistophico. (De orthopnoico, id est, plagis rigido S.)
- 47 De opisthotonico, et empisthotonico. (De Epistotono S. Opisttonico S. M.)
- 48 De lethargico.
- 49 De morbo regio.
- 50 De bili id est coleribus. (colera S. M.)
- 51 De bili arida.
- 52 De coli passione.
- 53 De vomica.
- 54 De coriagine. (cardiaca S. M.)
- 55 De stomachico. (sinthesi S. M.)
- 56 De iclerico. (buginoso S. M.)
- 57 De stropho. ([id est Tortionibus] S.)
- 58 De dolore iecoris.
- 59 De inflatione ventris.
- 60 De intestini vexatione.
- 61 De tussi.
- 62 De tussi quae venit si quid faucibus haeserit.
- 63 De tussi ex perfrictione.
- 64 De tussi a colibus. (spiritalibus S. M.)
- 65 De tussi ab interioribus.



- 66 De vulfis.
- 67 De tussi quae ex humorum (humoris S.) acerbitate generatur.
- 68 (Potio addit S. M.) Ad tussim siccam, vel [ad omittit S.] suspirium, [et arteriam exasperatam, omittit S.]
- 69 Ad vomicas (vomica S.) et tussim. (Potio ad vomitum et t. S. M.)
- 70 De diuersis potionibus (Diuersae potiones S.) vulforum et tussientium.
- 71 De scabie.
- 72 Si animal foeno malo laedatur.
- 73 Si hordeo malo laedatur.
- 74 Ad fascinum. (De fascinato animali. S. M.)
- 75 Remedium contra omnes morbos.
- 76 Si animal laedatur dum (cum S.) accipit potum. (potionem S.)
- 77 Si animal a venenatis bestiolis mordeatur.
- 78 Si bustrepiu (buprestem S. M.) comederit animal in foeno.
- 79 Si vipera percusserit animal.
- 80 Si araneum (arenum S.) comederit.
- 81 Si sphalangius (phalangius S. M.) percusserit animal.
- 82 De mure araneo. (morsu muris aranei S.)
- 83 Ad iclum scorpionis.
- 84 De canis rabidi morsu.
- 85 Si animal comederit stercus gallinarum. (gallinae S.)

CAPITA LIBRI IV.

- 1 De numero et positione ossium.
- 2 De numero et qualitate membrorum. (De mensuris et numero membrorum S. M.)
- 3 De numero et qualitate nervorum.
- 4 De (numero et S.) qualitate venarum.
- 5 De indiciis et aetate (aetatis S. M.) equorum.
- 6 De signis quibus agnoscitur (cognoscitur S.) patria. (De permutandis et distrahendis equis et signis patriae. S. M.)
- 7 De temporibus vitae.
- 8 Potio (Chironis S.) ad reficiendum iumenta, (reficienda animalia. reliquis omissis S.)
- 9 Ad tussim et vulfos.
- 10 Ad coctos, vermes vel tineas.
- 11 Aduersum omnia genera morborum.
- 12 Confectio suffimentorum salutaris.
- 13 Confectio pulueris quadrigarii.
- 14 Compositio caustici.
- 15 Compositio malagmae.
- 16 Compositio collyrii fistularis.
- 17 Compositio malagmae crudae.
- 18 Compositio syncrisinae.
- 19 Compositio traumatici. (tragmanti S. M.)
- 20 Compositio malagmae basilicae.
- 21 Alia compositio malagmae.

- |    |   |    |  |
|----|---|----|--|
| 22 | Compositio prima anacolinatis.                | 25 | Compositio malagmae ad neruos.           |
| 23 | Compositio [alia omittit S.] malagmae crudae. | 26 | Compositio traumatici. (tragmanti S. M.) |
| 24 | Compositio malagmae ad vligines.              | 27 | Compositio collyriorum.                  |

## SEQVVTVR MEDICAMENTORVM

GENERA QVAEDAM, AD FINEM

## Q V A R T I L I B R I

A D I E C T A.

(Alia quaedam medicamentorum genera. S.)

Cephalicum [emplastrum ad claudenda vulnera. omittit S.]  
Medicamentum consuetum.

Chlora medicamentum ad vulnera limpidanda.

De tetrapharmaco, ad vulnera claudenda.

Glicium, ad vulnera sordida et cancrosa.

De offocleri, ad omnia officula.

De styptico, ad vulnera humecta.

Medicamentum ad omnia vulnera claudenda.

Implectoricum, ad caua supplenda.

Ad oculorum rupturas, et glaucomata.

De syncrisina, aliud.

De lippariis.

Traumatici compositiones variae, ad varia.

Cauistici compositiones aliae ad diuersa.

De malagmatis quibusdam,

Emplastrum quoddam.

De ceroto.

Fomentum ad tumores, vel quamlibet duritiam.

Potio hiemalis.

Potio aestiualis.

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVL O MEDICINAE  
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Continuo animal, quod valetudo tentauerit, trisius<sup>a</sup> inuenitur aut pigrius, nec consueto vtitur somno, nec solito se more tranſuoluit, nec requiem vt assumat<sup>b</sup> accumbit, nec deputatum cibum assumit ex integro, et<sup>c</sup> potum aut intemperantius accipit, aut omnino fastidit, stupentibus oculis, auribus flaccidis, erecto vtitur<sup>d</sup> pilo: exhausta<sup>e</sup> sunt ilia, fit spina rigidior, anhelitus crebrior aut grauior<sup>f</sup>, os asperum et solito feruentius, tussis aliquando lenis, aut grauior, incessus ipse, quo maxime notatur, segnis ac nutans. Cum huiusmodi<sup>3</sup> signa in iumento vnum vel plura conspexeris, statim illud separabis a caeteris, vt contagionem non inferat proximis, et facilius in solo<sup>g</sup> iam causa morbi possit agnosci. Si diligenter habitum post vnā secundam<sup>4</sup> vel tertiam diem ab illa moestitia<sup>h</sup> fuerit absolutum, nihilque resederit in corpore ipsius, quod putetur ambiguum

VARIETAS LECTIōNIS ET NOTAE.

- |  |  |
|--|--|
| Cap. I. a. moestius ingreditur S.                                    | tur pilo S.  |
| continuo enim — moestius Goth.                                       | e. fonte sunt ilia — rigidior, locus aliquis calidior — crebri Go. |
| b. sumat Go.   | f. os asperum — grauior om. F.                                     |
| c. potum autem aut intemp. appetit S. accipit — fastidit omittit Go. | g. solitario ab aliis Go. margo.                                   |
| d. Ita pro <i>visu</i> , turpi Go. visi-                             | h. peste Go.   |

biguum, scito ex leuioribus<sup>j</sup> causis illam venisse tristi-  
tiam, et animal consuetudini pristinae<sup>k</sup> esse reddendum.  
5 Nec explorandi omittatur intentio. nam<sup>l</sup> frequentius  
inspici<sup>m</sup> debet et cautius, quod semel coepit esse suspe-  
ctum<sup>n</sup>.

II. Morborum quidem diuersae sunt species<sup>a</sup>, sed  
vno generali vocabulo continentur, quod<sup>b</sup> ab antiqui  
malleus nominatum est, ipsa appellatione vim cladi  
2 periculumque testantes. Sunt autem species mallei nu-  
mero septem: humidus, aridus, subtercutaneus, articu-  
laris, elephantiasis<sup>c</sup>, subrenalis, farciminosus. Signa  
omnium dicamus.

III. Humidus morbus est, cui de naribus pro mucis  
humor defluit male olens, et spissus, colore pallido.  
Huius<sup>a</sup> grauatur caput, oculi lachrymantur, et stridet  
pectus, fit gracilis horrentibus pilis, tristis aspectu  
quem profluuium atticum<sup>b</sup> veteres vocauerunt. Quan-  
docunque<sup>c</sup> autem sanguinolentus humor vel croco simi-  
lis per nares fluere coeperit, iam insanabilis est et vici-  
nus morti.

IV. Aridus autem morbus his agnoscitur signis.  
Nullus ei per nares supra solitum humor emanat; suspi-  
rat tamen grauiter, et nares habet extensas. ilia curua-  
bit<sup>a</sup> intrinsecis, et contractionem spinae duritiamque  
patietur. testiculi eius ita substringuntur, vt apparere  
vix possint. cibi parcior, bibendi appetentior ultra mo-  
rem.

i. plenioribus Go. sed margo le-  
uioribus.

k. omittit Go.

l. quae Go. margo.

m. inspiciendum videtur Go.

n. spectandum S. M.

Cap. II. a. Ita pro passiones S.  
ab occultis capitibus addit Go.

b. qui — nominatus Go.

c. elephantiosus — farcim. Go.

d. signa om. dic. om. S. M.

Cap. III. a. Habet grauatam S. M.

His Go.

b. atrum S. superfluum viaticum

Go.

c. cuiusque S. M.

Cap. IV. a. cauabit S. Go.

rem. propter quod pulmone siccato, internum patitur ardorem. tensis oculis in obliquum respicit, nec<sup>b</sup> facile cubat<sup>c</sup>. Hunc<sup>d</sup> suspirium vocant, [et] insanabilem, nisi ab initio festina curatione subueneris.

V. Subtercutaneus morbus autem his proditur signis. Ulcera<sup>a</sup> in corpore eius scabiei similia nascuntur, ex quibus humor effluit liquidus et viridis, qui pruriginem mouet, vt scalpere parietibus vel columnis animalia saepe fricare compellat, quo<sup>b</sup> ulcera corticem ducent<sup>c</sup>. Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibum recusat, nec respuit potum. propter quod diu. viuit<sup>d</sup>. Et ideo si cura non desit, ex hoc plurima iumenta liberantur. Quidam vero scabiem subtercutaneum morbum dicere tentauerunt, quod similia supradictis signis videatur ostendere, et contagionem transferre per proximos, et tardius sanari. Sed quia nec necem nec gregi infert facile periculum, a pestiferi illius mallei societate discretus est, et seorsum ab illa dicetur.

VI. Articularis autem morbus, quem ἀρθρίτην<sup>a</sup> Graeci vocant, per haec monstratur indicia. Interdum paucis interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, vt aut ictu calcis animalis alterius percussus, aut negligentia impactus, aut saxo vel fuste videatur elisus. Sed haec solet esse distantia, vt<sup>b</sup> illa quaelibet laesio loco figatur,

b. hoc facile curabitur S. M.

c. Ita pro cubet Go. cacabit F. et S. margo. quod probabat Gesner, quia ad eam rem opus nixu pulmonum. cubat G. cacabit margo Fabr.

d. Habet suspirium notat insanabile. Goth. suspirium insanabilem vocant.

Cap. V. a. Ita pro vulnera S. M.

b. quae S.

c. durant S. M.

d. Ita S. vinet Go. Antea bibet. Goth. etiam cibum respuit et potum. Idem verba quod similia — tardius omittit, deinde habet sanare quia necem nec gregi infert nec facile periculum patiatur a pestifera.

Cap. VI. a. ἀρθρίτην F. Articen supra se. artice Goth. In marg. al. disinctum. Idem deinde claudicat.

b. quod illa passio subito ad pedem alterum migrat. S. M. quod — passio grata erratica G.

figatur, haec autem passio, quia erratica est, subito ad pedem alterum migrat. Praeterea ossibus astringitur<sup>2</sup> cutis, et ad<sup>c</sup> tactum tractanti dura resistit. Rigescit<sup>d</sup> spina, corpusque contrahitur, pilus<sup>e</sup> erectus et horridus, (ac) deformis aspectus, macie cito corpus affectum, et quamvis non recuset alimenta, nec curat, si desint: indies tamen deterior fit et tristior, difficulterque<sup>f</sup> curatur.

VII. Farciminosum vocabulum ex genere passionis euenit. Huiusmodi deprehenditur argumento. In lateribus et in coxis et in verendis<sup>a</sup> quoque partibus et praecipue in iuncturis membrorum vel in toto corpore collectiones<sup>b</sup> instantur: rursusque his velut sedatis aliae renascuntur: cibum potumque ex more recipiunt, marcescunt tamen, quia digestio eis plena non prouenit. hilares aspectu sanisque similes creduntur ab indoctis artis mulomedicinae, quia exterius agitur causa: quibus imperitia artificum sanguinem festinat<sup>c</sup> auferre. Sed contraria ista curatio est. nam affectis farcimino, quidquid superest virium, tollit. In initio tamen, ne morbus increseat, vel in fine, cum iam vires redire coeperint, emissio sanguinis iuuat.

VIII. Subrenalis morbus non minus nomine, quam ipsa passione monstratur. Nam animal, velut<sup>a</sup> renibus laesis, a posteriori parte deficiens, prodit mortiferae necessitatis indicium. tussiet grauiter, horrebit aspectu: cutis duritia ex spinae rigore proditur: parcus potum, parcus

c. ad tactum S. G. ad tractum F.  
d. (in) inf. S.

e. pilis erectis et horridis S. M.  
Deinde ac omitt. G. et cito post macie inferit. Postea curet si desinit in die sanatur.

f. laborioseque S. M.

Cap. VII. a. Goth. margo testiculis.

b. omittit Goth. Idem rursusque venit bis suprasc. veniunt, al. rursusque noluit. Deinde nascuntur — marcescunt.

c. extimat Go. Idem quicquid est virium — morbus marcescat. In S. est tollitur.

Cap. VIII. a, in renibus laesus Go.

parcius adpetit cibum. Huic quia tota vis morbi possidet lumbos, a femoribus incipit prima<sup>b</sup> curatio.

IX. Elephantiasis autem dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter pellis dura et aspera morbo nomen et in hominibus et in animalibus dedit. Cuius<sup>a</sup> signa haec sunt. In toto corpore vredo<sup>a</sup> nascitur, praecipue in dorso squamas similes corticibus facit<sup>b</sup>. In naribus, in pedibus etiam et in capite papularum fervor emergit, vel ozoenae asperiores frequenter oriuntur<sup>c</sup>. Priusquam haec ostendantur indicia, ventre soluto erit, et marcescet<sup>d</sup>, et asperere tussiet. Cuius os totum cum lingua asperum et simile creditur esse combusto<sup>e</sup>: quae passio pullis a matre depulsis plerumque perniciem consuevit inferre. Hunc diligenter curare<sup>f</sup> cupientes, non ante desoris aliquo medicamento fovere contendunt, nisi prius potionibus datis pestis<sup>g</sup> elevetur interior. Nam extrinsecus capta<sup>h</sup> medicamenta morbum non eximunt<sup>i</sup>, sed ad interiora compellunt, et hac ratione periculum generant. In animalibus eius<sup>j</sup> modi morbo laborantibus generalia ista sunt vitia: tussis aspera<sup>k</sup> et crebra suspiria, spina contracta et rigida, macies semper increfcens, cum studium et alimenta non desint<sup>l</sup>, demissior ceruix, stupentes oculi, tardior incessus. Nunc signis omnibus generaliter singulariter<sup>m</sup> que digestis, singulorum morborum speciales propriaeque curas oportet adiungere. Post<sup>m</sup> haec de generali minu-

b. quietis curatio Go.

Cap. IX. a. nigredo Go.

b. facit in pedibus et in capite papularum s. emigrat velut ozoenae Go. margo: ozoenae.

c. ovindis Go.

d. Vulgo marcescit. Go. marcescat.

e. combustum Go.

f. non desoris ante Go. margo: alij non curare desoras.

T. IV. P. I.

g. pus euellatur interius S. M. euellatur mentior Go.

h. Ita pro cepta coniec. Gesn.

i. admittunt sed interius — generant in animalibus — morbo eodem Go.

k. asperior S. M. ista — suspiria om. Go.

l. Ita pro desinant S. M.

m. Hinc ad finem omittit S. M.

minutione singulorum, et aduisione docens, concludam librum primum.

X. Malleus<sup>a</sup> morbus si humidus fuerit, ita vt per vtramque narem virides defluant mucii, inter<sup>b</sup> exordia caput eius adhibita curatione purgandum est ita<sup>c</sup>; Olei optimi vncias 3, liquaminis floris vnciam 1, vini veteris cyathos 3, sereno tranquilloque die pariter commisces<sup>d</sup>, et cum tepesceris, infundes in naribus. caput religabis ad pedes, sensimque iumentum impeditum compelles<sup>e</sup> incedere, vt omnis humor emanet. (ad siphonem<sup>f</sup> autem paulatim infundes<sup>g</sup>, non semel a<sup>h</sup> cornu). Quod si sanguis postmodum coeperit fluere, nihil timendum, sed potius sciendum est, animal legitime fuisse purgatum. Post quod seuum caprinum resolutum oleo miscebis; sic infusis<sup>i</sup> naribus exulcerationis illius mitigatur asperitas. Radicem<sup>k</sup> quoque laseris tunfam, et per fistulam vento naribus insitam, vt sterutum prouocet, adhibere commodum est. Caput etiam extrinsecus auriculasque oleo calente<sup>l</sup> diligenter perunges, et lana cerebro indita, ab omni perfrictionis necessitate munies<sup>m</sup>. Nasturtii quoque semen<sup>n</sup> bibendum dabis ex aqua. Praeterea potionem dabis, quae<sup>o</sup> diapente vocatur, et hac ratione conficitur: Myrrhae troglodytis<sup>p</sup> gentianae, aristolochiae<sup>q</sup> longae, baccarum<sup>r</sup> lauri, rasuras eboris bene tritas et cribratas aequis.

Cap. X. a. *Malleus* Go.

b. *intra* Go. deinde *capitis eius*.

c. *om.* Go.

d. *commiscebis* S.

e. *compelletur* Go.

f. *siphonem* S. M.

g. *infundens* S. M. *infundas* Go.

h. *ad* S. M.

i. *infusum* S. M. *exulceratione* Go.

k. *Item, accipe febrisugam et asarini radicem, et fac puluerem, quem naribus per fistulam insuffla, vt sternuter. multum prodest* S. M. ex V. C. Go. *omittit post vulgatum consum*

*copulam et.*

l. *calido* Go.

m. *frictionis n. munies myrrabis* Go. *Vulgo munibus.*

n. *seminis ad bibendum cum aqua immisceas.* Go

o. *ita pro qui* Go. *deinceps vulgo diapentou.*

p. *Vulgo Myrrae solum legitur* S. M. *myrrhae troglitae.*

q. *Vulgo aristolochiae.*

r. *bacca* S. *vulgo baccis.* *Mecum Go. qui deinde eque miscebis seruibisque.*



sequis miscebis ponderibus seruabisque. Exinde prima 7 die<sup>s</sup> vnum coclearium cumulatun cum sextario vini veteris, secunda die vnum et semis, tertia autem die duo coclearia<sup>t</sup> tepefacto mero aspersa et diligenti agitatione permista dabis ad cornu. Postea ex ceruice de<sup>y</sup> matricali vena sanguinem detrahes, permixtumque acerrimo aceto, omne<sup>x</sup> equi corpus perunges, et contra pilum diligenter fricabis, vt<sup>y</sup> ad similitudinem glutinis adhaereat. iumentum quoque in loco calido constitues. Si cibum fastidit, aestate<sup>z</sup> duntaxat farinae hordeaceae 8 sextarium vnum quinque sextariis aquae permixtum equo dabis in potu. Triticeam quoque farinam simili mensura et ratione offeres ad bibendum. Si autem fastidit, non ideo<sup>a</sup> aliud dabis, quousque<sup>b</sup> hoc ex ista necessitate sanitatem percipiat. De palato quoque post<sup>9</sup> ea<sup>c</sup> sanguinem detrahes, vt omni<sup>d</sup> ex parte, si qua morbus praegravare coeperit, releuetur. Scito, nisi diligenter occurras, hunc esse periculosissimum morbum. Nam cito in suspirium, hoc est, anhelitum transit, et spem omnem salutis excludit.

XI. Aridus vero morbus, qui et suspiriosus praecipue dicitur: et hic negatur a quibusdam posse curari, propterea, quod phthisi, quae hominibus mortifera est, similis inuenitur. Quotidie enim macie crescente exilior redditur, penitusque<sup>a</sup> siccatur. In omni autem<sup>2</sup> ratione medicinae facilius est, quae abundauerint diminueri<sup>b</sup>, quam quae videntur deesse supplere. Salus

B 2

tamen

s. qua dederis add. Go.  
t. iam iam add. Go. deinde asperso al. aspersa.  
v. vel Go. deinde permixtum.  
x. in omni parte corporis equi infundes Go. perfundes S. M.  
y. ubi — inhereat Go.  
z. Ita F. et S. vterque in margine annotauerat. statim receptum a Gesnero. Mecum Go. qui far-

rinam ordiatiam sex. et quinque sex.  
a. ideo om. Go.  
b. quam hoc ex necessitate fitis S. M. quousque post extimas necessitate percipere Go.  
c. postmodum Go.  
d. omnem quam morbo Go.  
Cap. XI. a. partisque S. M. penitus Go.  
b. adinere S. M. de materiae Go.

tamen iumentis etiam in hac passione praestatur, si in-  
 3 ter<sup>c</sup> principia possit occurri. Sanguinem ficcis detra-  
 here contrarium est. Sed vino et oleo sufficienter ad-  
 mixto et tepesfacto perungendum toto corpore animal  
 est, ita vt caput et maxillae et<sup>d</sup> extrinsecus fauces eidem  
 largius infundantur, et contra pilum vsque ad sudorem  
 diutissime confricentur. Intrinsicus autem a prima die  
 4 hac potione<sup>e</sup> curandum est. Succum ptisanæ, adipem  
 suillum remissum, et amyllum<sup>f</sup> ex melle passoque de-  
 coctum per cornu in potione dabis<sup>g</sup>, vt canalis gutturis  
 eidem maxillarumque compago laxetur, quam ficitas  
 astrinxerat<sup>h</sup> morbi. Quo factò, in loco calido stabit.  
 5 Infusum hordeum herbamque viridem, si inuenta fue-  
 rit, debet<sup>i</sup> accipere, vt omni ex parte periculosa aridi-  
 tas temperetur. Consequenter talis eidem<sup>k</sup> potio prae-  
 6 paretur. Passi optimi sextarium vnum, iridis Illyricæ  
 vnciam vnam, piperis nigri semiunciam, croci scrupu-  
 lum, myrrhae troglodytis<sup>l</sup> semiunciam, pollinis thuris  
 vnciam vnam, oua cruda quinque pariter mixta prima  
 die dabis ex integro, ita vt per triduum ipsam misceas  
 semper et offeras, vt tam grauis morbi asperitas, po-  
 7 tionis dulcedine mitigetur. Post haec<sup>m</sup> melle, butyro,  
 axungia, salibus et picula<sup>n</sup>, offis pro aequa omnium  
 portione confectis, succo ptisanæ ac passo inuolutis ad-  
 tinctum animal replebis, [et] die prima quinque pilulas,  
 sequenti septem, tertia die nouem daturus ex more.  
 8 Expensis autem his, nec vngere cum vino et oleo tepe-  
 facto desit industria. nam amarissimus morbus cum sit<sup>o</sup>,  
 aliter

c. in principio p. occurri velostes  
 Go. voluit velociter addere.

d. et om. Go.

e. ratione Go.

f. Vulgo amyllum. antea suilli  
 margo: alii porci, Go.

g. damus Go.

h. astrinxit omisso morbi Go.

i. debeat Go.

k. ei Go.

l. draganti S. M. Troglodytidis  
 conic. Gesn. vulgo mirrbæ trigo-  
 nitis.

m. hoc Go.

n. Ita ex coniect. Gesner. panul  
 caophis F. cum nota mendi, et  
 Go. piculam salem S. M. margo Go.  
 alii paucula aspero.

o. est Go.

aliter non potest nisi amaris potionibus solui. Contra-  
 ria enim non nisi<sup>p</sup> contrariis medicinis curantur. Potio-  
 nem diapente<sup>q</sup>, sicut superius monstratum est, non so-  
 lum per triduum cum vino sed per dies plurimos dabis<sup>r</sup>,  
 vt tantum discrimen possit euinci. Quod si grauior<sup>10</sup>  
 tussis et strangulans vrgebit, accipe fabae fractae sexta-  
 rium vnum, seui caprini vncias tres, allii<sup>s</sup> capita ma-  
 iora tria permixta decoques, et cum passo vel succo  
 ptifanae hordeaceae tepidum dabis ad cornu. Quod si<sup>11</sup>  
 tardius profecerit ista curatio, ficus siccae pondera<sup>t</sup> duo  
 diligentissime tundis<sup>v</sup> in pila<sup>x</sup>, foenigraeci sextarium  
 decoques, quousque aqua ad medietatem veniat, post  
 colabis, et foenumgraecum in mortario cum ficu<sup>y</sup> con-  
 teres. allii quoque vncias tres contundes similiter in  
 mortario, et tam rutae quam apii fasciculos ternos:  
 quibus omnibus pariter mixtis, diligenter tritis, addis  
 dracontii<sup>z</sup> vncias duas. Aqua in qua foenumgraecum<sup>12</sup>  
 coctum fuerit, superfundis, potionemque facias, quae  
 per cornu possit effluere: quam etiam tussientibus vel  
 vulsis aut<sup>a</sup> ruptis animalibus per triduum dabis. Se-<sup>13</sup>  
 quens remedium ad<sup>b</sup> aridum morbum: Inter<sup>c</sup> nares  
 iumenta scalpello<sup>d</sup> secabis, et aquam frigidam per<sup>e</sup>  
 fistulam latam eius ori suppones, naresque ipsius<sup>f</sup> assi-  
 due diebus plurimis merges, vt suspirium distabescat in  
 aqua. Potionem quoque ei quotidie dabis huiusmodi.  
 Succum ptifanae cum seuo<sup>g</sup> caprino decoctum, sexta-<sup>14</sup>

B 3 rium

p. non nisi om. Go.

q. Vulgo diapenten. Go. dyopenton.

r. dabis om. Go.

s. scorodou S. M. allia Go.

t. diuis partes S.

v. tondis F. tunde S.

x. in mortarium. deinde addas  
 alli gallici (anagallici corr. Gesn.)  
 vncias III et tam rutae quam apii  
 fasciculos ternos, quibus pariter in  
 mortario missis et diligenter contritis  
 ad las draganti vncias II, et aquam  
 in qua foenum graecum coctum fue-

rit, superfundens S. M. Vulgo est  
 foenigraeci vt paulo post foenu-  
 graecum.

y. fico Gō.

z. draganti S. M. et Go.

a. aut om. Go.

b. in S.

c. intus S. M. iumenti Go.

d. sagitella S. M.

e. fistula latiori S. M. deinde ei  
 ori Go.

f. ipsas S. M.

g. sero S. M.

rium vnum, sulphur<sup>h</sup> viuum, thus quoque masculum aquis ponderibus deteris atque commifces: ex eo co- clearea fingula diebus fingulis cum ptifana permixta de- fundis ad cornu. Cum autem coeperit effe validior, de ceruice fanguinem detrahes, additoque aceto animal perfricabis.

XII. Subtercutaneus morbus, cum<sup>a</sup> humor pestifer inter<sup>b</sup> corium et viscera comreat<sup>c</sup>, hac ratione curan- dus est. Fistulam<sup>d</sup> ei facies vel cauterium, inter armos eius et ventrem loco consueto ad<sup>e</sup> mensuram incisa cute, die sereno, et si<sup>f</sup> spatium est, luna minuente, Indis<sup>g</sup> vt mos est, per quam omnis e<sup>h</sup> visceribus humor edu- citur<sup>i</sup>, coloris aurei vel crocei, languoris<sup>k</sup> tabe cor- ruptus. Quae si minus<sup>l</sup> traxerit, radicem herbæ tithy- mali in<sup>m</sup> eodem<sup>n</sup> vulnere inferes septem diebus, quae residuum virus<sup>o</sup> educat. Est et aliud remedium. Ra- diculam, quam<sup>p</sup> quidam consiliginem vocant, quidam pulmonaceam<sup>q</sup>, qua mulomedici frequenter et<sup>r</sup> bubulci vtuntur, in pectore animalis hac aegritudine laborantis eatenus<sup>s</sup> pones, vt acuto cuprino<sup>t</sup> circines locum. Post- modum<sup>v</sup> perforato corio radiculam interferis<sup>x</sup>. quae  
ibi-

h. sulphur, vinum F. vinum, et infundis per cornu S. M.

Cap. XII. a. cui S. M. est, cui Go.

b. Ita pro intra S. M. et Go. qui: inter cutem et carnem vel viscera.

c. meat S. M.

d. fac incisionem S. M.

e. et mensura in cute S. M.

f. et sit lunaris incisio S. M.

g. fiat ad octo. Go. margo: al. in die.

h. de S. M. et Go.

i. deducitur Go. A verbis coloris pergit MS. Corb.

k. longiori S. M.

l. non bene laboraret S. M.

m. tytimali F. tytimallei in C. in etiam Go. addit. tithymalli Gesn. Vulgo in deerat.

n. impone S. M.

o. venenum Go.

p. vnam bellebori nigri perforato corio inferes, quae ibidem sponte sua permanebit, quousque cutis signata decidit in putredinem versa. ex toto enim corpore ad illum locum humor attrahitur et per vulnus emittitur S. M.

q. pulmonicium C.

r. et bub. om. C.

s. margo Go. al. ca tenera.

t. cyprino G.

v. Ita pro Postea C. et Go.

x. inferas C. inferas et insuas Go.

ibidem<sup>y</sup> sponte tamdiu permanebit, quousque cutis, quatenus cuprino<sup>z</sup> fuerit signata, decidat in putredinem versa, et a toto corpore ad illum locum humor trahatur<sup>a</sup>, et per vulnus emittatur. Hinc<sup>b</sup> potionem<sup>c</sup> diapente superius designatam cum vino veteri optimo per triduum, vel si necesse fuerit<sup>d</sup>, per dies plurimos dabis. Apium quoque viride et baccas lauri, vel<sup>e</sup> istae res si non inuenirentur<sup>f</sup>, lauri et cucumeris siluatici<sup>g</sup> folia per partes minutissimas concides, hordeoque miscebis, vt<sup>h</sup> animal languidum<sup>i</sup>, sicut e potione diapente, ita ex cibo sentiat medicinam. Huic<sup>k</sup> tamen<sup>5</sup> aquam tepidam cum farina hordeacea vel triticea dare te conuenit, et in<sup>l</sup> loco tepido stabulare. Nam frigus humoris<sup>m</sup> augmentum est, et<sup>n</sup> rheumatis. Cibum quoque magis siccum quam viridem in hac passione debet accipere, et<sup>o</sup> exerceri vehementer, vt<sup>p</sup> sudore siccet humor infestus.

XIII. Articularis morbus his declaratur signis<sup>a</sup>. Claudicabit alternis<sup>b</sup> pedibus, modo prioribus modo posterioribus, et quasi tumor eidem in articulis circa coronas vel certe in genibus apparebit. propterea quod pestilentia morbi corruptus sanguis neruos et venas implet et<sup>c</sup> laedit atque debilitat. Huic sanguinem primo<sup>2</sup>

B 4 de

y. futa add. Go. voluit sua.

z. Ita pro cuprino signata in putred. sit versa. Corb nisi quod cypro habet. cipro fuit signata Go.

a. attrahitur C. post emittitur.

b. Huic S. M.

c. sup design. quae vocatur diapente S. M. et C. Vulgo diapenten.

d. Ita pro necessitas erit C. erit om. Go.

e. folia inserit S. vel si ista inueniuntur folia et cucumerem siluaticum per partes C.

f. baccae add. S.

g. anguinei Go. deinde pro folia S. M. radicem.

h. et animali languido pro cibo dabis, sicut potionem diapente pro potu. Huic tamen S. M.

i. languidum ex C. addidi. deinceps ex potione C. diapenton F. Go.

k. Huic Go.

l. in om. C.

m. humorem auget S. M.

n. et rheum om. C.

o. et om Go.

p. in addit Go.

Cap. XIII. a. indiciis C.

b. pedibus diuersis C. ped. diuersis S. M. de ped. prioribus diuerso modo et quasi. Go.

c. et laedit om. C.

de ceruice, hoc est, de matricali vena, detrahes: quem aceto acerrimo permixtum per<sup>d</sup> totum animalis corpus induces, ita, vt illa<sup>e</sup> loca, quae vexata sunt, diligentius vngas<sup>f</sup> quia creditur sanguis emissus e corpore et corpori rursus cum aceto impositus<sup>g</sup> vitia morbosa sic care<sup>h</sup>. Quod si vel<sup>i</sup> in genibus vel articulis se morbus ostenderit, de eisdem locis sanguinem detrahes, cui adicies cretam<sup>k</sup> cimoliam, id est, albam, vrticae<sup>l</sup> libram, tres sextarios aceti, cimini triti libram, resinae frixae libram; picis liquidae libram, salis communis pugillum, stercus<sup>m</sup> bubulinum recens, quantum creditur posse sufficere. ex hoc vbicunque tumor apparuerit, 4 diligenter saepius illinies<sup>n</sup>. De palato specialiter sanguinem detrahes, ne contagio caput occupet. Ab armis quoque deplendum<sup>o</sup> est, si in<sup>p</sup> prioribus pedibus claudicatio<sup>q</sup> apparuerit. Vel certe de coxis auferendus est 5 sanguis, si a posterioribus coeperit claudicare. Dabis quoque ei<sup>r</sup> potionem aduersus omnes morbos probatissimam<sup>s</sup>. Centauream, absinthium, peucedanum<sup>t</sup>, serpillum<sup>v</sup>, sagapinum, betonicam, saxifragam, aristolochiam rotundam. haec omnia aequis ponderibus 6 tundes<sup>x</sup> diligenter et cernes<sup>y</sup>: si febrit<sup>z</sup> animal, cum aqua; si vero<sup>a</sup> non febrit<sup>b</sup>, cum vino optimo dabis<sup>c</sup>;

vt

d. totum animal corpus per totum Go.

e. illa om. C.

f. vngas C.

g. adpositus C. et Go.

h. habere addit Go.

i. vel om. C.

k. id est albam cimoliam, aceto sext. III. vsti aeris lib. I. cuminum tritum lib. I. resinae C. cimoliam, aceti sextarii III, item lib. vnam cimini triti, vel lib. vnam resinae vel picis liquidae lib. I. salis etc. S. M. vbi verba vsti aeris pro vrticae probabat Gesner.

l. g. lib. III. sext. aceti exstinctam, cimini Go.

m. ster. bub. om. C.

n. interlines C. linies S. M.

o. desplendus C. sanguis detrahendus S. M.

p. de C.

q. cladinem C.

r. eadem C.

s. Herbam addit C.

t. peuchidanium C.

v. serp. sag. om. C. et deesse in MS. notat S. M. contra Goth. interserit: paruae ydamuris.

x. tondes. tonde S.

y. cribra S. M.

z. februnt animalia C.

a. vero om. C.

b. februnt, in vino optimo, ita vt C.

c. ita Go.

vt singulis diebus per sextarium vini vel aquae tepidae cocti praedicti<sup>d</sup> medicaminis singula<sup>e</sup> maiora coclearia plena et cumulata commisceas, et per fauces degeras<sup>f</sup>; vt amaritudinem morbi herbarum amaritudo compugnans possit expellere.

 4 ctus ad curandum habere quam ferrea. Praeterea si  
 in capite morbus est, inuritur ceruix: si subrenalis est,  
 lumbis ignis adhibetur. Interdum autem puncta in-  
 figuntur<sup>q</sup>, interdum ad similitudinem lineae<sup>r</sup> candens  
 deducitur ferrum<sup>s</sup>, aliquando velut palmulae<sup>t</sup> fiunt.  
 In hoc enim mulomedici cum<sup>v</sup> arte laudatur ingenium,  
 si

Cap. XXVIII. a. curis ac om.  
 Go. deinceps rem esse vol. auctores  
 Go.

b. scilicet addit S. M. nihil Go.  
 minutione Go.

c. etiam addit S. M. nihil add.  
 Go. deinde vstione Go.

d. Ita pro quod S. M. laxa S. M.

e. vis tamen eius S. M.

f. vstio S. M.

g. humecta siccat S. M.

h. Ita pro farcin. F. S. Go. ex  
 M. S. dedit Gesn.

i. alienas Go.

k. Ita pro subtrahita, et S. M.

l. sinit. nam beneficio cauterii  
 rumpentis cutem caro coquitur et ma-

turatur, et beneficio ignis dissoluta  
 per foramina, quae facta fuerunt  
 S. M. sinit etiam Go.

m. candenti ferro vero rup. Go.

n. quam S. quod S. M.

o. hoc propria inf. Go.

p. quoque S. M. Go.

q. adhibentur vel S. M. impin-  
 guntur supra ser. in Go.

r. liniae candente ducitur verum  
 Go.

s. veru S. M.

t. palmate fit S. M.

v. mulomedicinae cum arte lauda-  
 tur ingenium Go. vnde vulgatum:  
 laudatur mul. ing. auxi et cor-  
 rexi.

fi ita animal cauterio curauerit ne deformet. Pro<sup>x</sup> 5  
 locis autem, in quibus est passio, et pro pellis aestima-  
 tione<sup>y</sup> cauteria vehementius imprimuntur<sup>z</sup> aut leuius.  
 Memoria autem retinendum est, quassaturas<sup>a</sup>, emota  
 vel extorta aut eiecta de locis suis, vri<sup>b</sup> penitus non de-  
 bere. nam perpetua debilitas consequitur. sed melius<sup>6</sup>  
 est<sup>c</sup> cum locis suis reposita<sup>d</sup> fuerint, et ligaturis dili-  
 gentius<sup>e</sup> communita, atque ita naturae industriaeque  
 beneficio corroborata<sup>f</sup>, chalaasticis<sup>g</sup> vnctionibus et ma-  
 lagmis<sup>h</sup>, postremum causticis<sup>i</sup> eadem percurare<sup>k</sup> ad  
 spem perpetuae sanitatis. Quod specialiter admonen- 7  
 dum est, ne mulomedici festinantes, dum<sup>l</sup> foco curare  
 cupiunt, animalia debilitent<sup>m</sup> aut<sup>n</sup> deforment, cum  
 flebotomis, potionibus, vnguentis, syringis<sup>o</sup> medica-  
 minibusque diuersis ante<sup>p</sup> sit temptanda curatio; et si  
 nihil profecerint, ad extremum<sup>q</sup> ignis adhibetur.

x. In S. M.

y. extenuatione S. M. Go.

z. insiguntur S. M.

a. fracturas F. M. et S. cum  
 margine Go. qui exorta habet.

b. moueri S. M.

c. vt addit S. Go.

d. inposita fuerit Go.

e. diligentibus composita S. M.  
 commonita Go.

f. corroborata Go. roborata S. M.  
 deinceps vt inferit Go.

g. calaasticis S. M., colacaasticis

Go. Vulgo colasticis.

h. malacmis S. deinceps ad inf.

S. M. et Go.

i. calaasticis S. M. causticis cola  
 eadem Go. Voluit colacaasticis.

k. procurari S. M. procurare Go.

l. cum ferro Go.

m. potius vexant addit Go. supra-  
 scripto: alias vacat.

n. atque deformant Go.

o. om. S. M.,

p. at sit temptata Go.

q. vltimum Go.

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVLQ MEDICINAE  
LIBER SECVNDVS.  
(VVLGO I. C. XXIX.)

CAPVT I.

Quaecunque passiones plus iumentis periculi<sup>a</sup> inferre consueuerunt, et difficilioribus obscurioribusque<sup>b</sup> indigent curis, has primo<sup>c</sup> amplectimur libro, vt et facilius reperiantur<sup>d</sup>, quae in exordiis ipsis<sup>e</sup> occurrent, et legentibus fastidium non possint adferre<sup>f</sup>. Febrientibus itaque animalibus quam<sup>g</sup> primum conuenit subuenire. nam<sup>h</sup> non amplius quam triduo caloris vim<sup>i</sup> sustinere posse creduntur. intra quod<sup>k</sup> si curata non fuerint, moriuntur. Oportet igitur prius passionis<sup>l</sup> huius signa causasque praedicere, et<sup>m</sup> mox medicinas exponere. Febriens iumentum deiectum caput e<sup>n</sup> terra alleuare

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

Cap. I. a. periculum Go. deinceps adferre S. M.

b. et auarioribus S. M.

c. vno complectimur S. M.

d. intelligantur Go.

e. Vulgatum ipsius ex coniectura Gesneri correxi.

f. possent offerre Go. Deinceps vulgo addita leguntur: De curis quae prima sunt. quae verba recte incluserat Gesner, cum Sambucus monuerit, ea in MS. omitti, ibique duo capita distincta adesse,

quorum alterum inscriptum sit: de curis febrium: alterum de lassitudine, quae videtur febribus similis: et incipit: Febrientibus anim. Omittit etiam verba haec Go. qui Quae febrientibus habet.

g. quam ex S. addidi.

h. quae S. M. voluit quia,

i. inde Go.

k. quos Go.

l. huiusmodi s. c. praedici Go.

m. postea medicinam ponere S. M.

n. a terra lenare non Go.

alleuare vix poterit, erit oculis apertis, labiis demissis, tristitia turpis<sup>o</sup> et grauitas totius corporis insequitur, testiculi tumidiores laxius<sup>p</sup> pendent, membra caloribus feruent, venae vehementi pulsu saliant, anhelitusque creber et calidus, tussis assidua, incessus nutans, fastidium cibi, bibendi cupiditas, vigiliae iuges. **Causa** 4 autem huius passionis ex magno labore et fatigatione est, si negligentia consequatur<sup>q</sup>. Interdum aestu nimio, aut perfrictione<sup>r</sup> vehementi, vel ex cruditate ciborum, aut sudoris subita infrigidatione, vel ex feruore hordei nouelli euenire<sup>s</sup> consuevit. **Curatio** 5 autem ista solennis<sup>t</sup> est. Continuo<sup>v</sup> sanguinem eis de facie vel de temporibus aut palato oportet emitti, ab omni esca prima die penitus abstineri<sup>x</sup>, tunc foeni optimi aut<sup>y</sup> herbae viridis subiinde<sup>z</sup> pusillum offerri oportebit, et quiescere etiam ab omnibus rebus, et etiam sequestratum temperato tempore, et inambulationibus leuibus animal commoueri<sup>a</sup>: calidis quoque locis<sup>b</sup> coopertum stabulari. Cum coeperit melius esse, 6 herbam minutatim concisam<sup>c</sup> porrigito. quae si defuerit, hordeum maceratum, ablatisque suis folliculis tusum<sup>d</sup> in modum ptisanæ, paulatim offeratur et frequenter exiguum.

II. (I. 30.) Plerumque autem equi ultra vires adursum coacti aut ponderibus praegravati aut<sup>a</sup> sudore defecti similia febricitantibus<sup>b</sup> signa demonstrant. Quod

o. turpi S.

p. laxius<sup>o</sup> Go. sic.

q. consequitur Go.

r. Ita pro *perfrict.* scripsi. *perfricatione* S. M.

s. accidere S. M.

t. solennis Go. vbique.

v. autem addit Go.

x. abstinent S. M. *abstineat* Go. inceptis tunc add. Go.

T. IV. P. I.

y. vel S. M.

z. subiinde p. dare Go. *subiinde oportebit ambulationibus animal commoueri* omittis reliquis S. M.

a. comm. om. Go.

b. parum add. Go.

c. *incisam* S. M.

d. *tusum* Go.

Cap. II. a. Ita pro *ac* S. M.

b. Ita pro *febricitantibus* S. M.

D

Quod<sup>c</sup> sic intelliges: Oculi sublachrymantes erunt et tanquam subfusi sanguine, praeterea spiritum crebrius agitatur, foenumque fastidit et de posterioribus pedibus melius se sustentabit. nam priores<sup>d</sup> quasi subtritos tardius ponit.

III. (I. 31.) Quod si febris interna fuerit, non<sup>a</sup> facile animal dormiet, et quotidie deterior<sup>b</sup> fiet, interdum furunculos<sup>c</sup> in dorso vel in lateribus habebit: et tunc<sup>d</sup> scias eum<sup>e</sup> a morbo, de<sup>f</sup> quo supra disputatum est, malleo detineri<sup>g</sup>. Cui lotium aliquot diebus<sup>h</sup> tam hominum quam<sup>i</sup> arietum per nares infundes. Et sic potiones, quae de isto morbo supra scriptae sunt dabis.

IV. (I. 32.) Si autem autumnus<sup>a</sup> tempore coeperit febrere iumentum, statim de ceruice sanguinem detrahes, vel gradu tertio de palato; post herbae triaxaginis sextarium, traganti, rosarum<sup>b</sup> ana unciam i in pila lignea pistabis, cernesque<sup>c</sup> subtiliter, ex aqua<sup>d</sup> cum mulla et oleo potionabis, atque ita restitues sanitatem.

V. (I. 33.) Si autem aestate febrere coeperit, totum sudabit, fataget<sup>a</sup> salientibus venis, naturam<sup>b</sup> mincturo similis demittet ad terram, transuerse ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano venam

- c. Ita pro Quos S. M.  
 d. Ita pro primos S. M.  
 Cap. III. a. non — dormiet om.  
 S. M.  
 b. Ita pro deterius Go.  
 c. funiculos S.  
 d. et tunc addidi ex S. M.  
 e. eum om. S. M.  
 f. Verba de quo — est ex S. M. addidi. Vulgo qui superius disputatus est malleus. Sed S. M. malleo.  
 g. teneri Go.  
 h. Ita pro dierum S.

- i. q. ar. om. Go.  
 Cap. IV. a. autumnus — febrere Go.  
 b. ros. om. S. M. deinceps an<sup>7</sup> F.  
 c. tenesque S. M. continisque Go.  
 An comerisque?  
 d. ex qua S. M. et Go. probante Gesnero. deinceps commulsa Go.  
 Cap. V. a. fatagat Go.  
 b. Ita pro mincturam et naturam simul dimittere S. M. in Go. est in mincturam. Vulgo etiam ante ad terram interpungebatur.



nam inquiris<sup>c</sup>, et ex ea sanguinem detrahes. Si autem non inueneris, de ceruice tollendus est. Cui hanc potionem pro<sup>d</sup> tempore dabis: Herbae<sup>e</sup> portulacae plenam manum tundis, succumque eius cum draganto<sup>f</sup> et thure et<sup>g</sup> succo rosae campanae mulsa addita offeres, potionem non satis grandem, ne plus quam oportet infrigides: quia<sup>h</sup> cum quasi splene careat simul et defectione sanguinis calore priuatur.

VI. (I. 34.) Hieme vero si febrerit, supra dictas<sup>a</sup> species aridas contundito<sup>b</sup>, diligenterque misceto. et per sinistram narem dato, sanitas<sup>c</sup> consequitur. Febrientibus autem haec potio utilis traditur: Mannae, thuris uncias 2 semis, iridis illyricae<sup>d</sup> uncias 6, piperis unciam 1, baccarum lauri, seminis apii ana unciam 1, cum<sup>e</sup> passo potionabis. Item post detractio-<sup>2</sup> nem sanguinis de matrice aut de palato sic<sup>f</sup> potionabis febrientem: Hyssopi libram unam, abrotani uncias 6, lactis caprini sextarium, amyli<sup>g</sup> cyathum, olei optimi<sup>h</sup> uncias 3, herbae vrceolaris<sup>i</sup> succi cyathum unum, misce cum caeteris, et per cornu<sup>k</sup> faucibus infunde, erit salutare remedium. Item alia potio.<sup>3</sup> Lactis libram unam<sup>l</sup>, olei cyathos 2, croci scrupulum<sup>m</sup> 1, myrrhae  $\Theta$  2, apii seminis cochlearium<sup>n</sup> plenum, miscebis pariter, et dabis ad cornu. Hieme farinam triticeam cum aqua tepida, aestate autem fari-  
D 2 nam

a. maris Go.

d. parabis S. M.

e. Ita pro *Herbam portulacae* Go. nisi quod *portulacae* tenet.

f. Vulgo *dragante*.

g. vel *rosae cum pane* S. M. cum thure vel *succo rosae cum panae* Go.

h. Hinc ad finem cap. om. S. M. quia tum Go.

Cap. VI. a. *scriptas* S. M. Go.

b. cum digito Go.

c. *sanitatem* S. M.

d. Vulgo *yris illyricae*.

e. *edmpasso* Go.

f. *pot. sic febr.* Go. *febrient in-mentum* S. M.

g. *an cy.* om S. M. Vulgo *amili*.

h. *quieti* S. M

i. *urciol.* F. S. Go.

k. *cornum* Go.

l. Ita pro *sextarium* S. M.

m. *scrupulum* I. om. Go. *drachnam unam* S. M. deinceps vulgo *mirrae* — *appii*.

n. *cochleare* S. M. *cochlearium* Go.

nam hordeaceam cum aqua frigida<sup>o</sup> dabis in potu. Si febrienti tensura<sup>p</sup> non desit illorum, loca cauterio  
 4 inurenda sunt, et vsta curanda. Item alia potio. Lactis capriini heminam, amyli<sup>g</sup> cyathum, oua 4, olei cyathum<sup>q</sup>, succum<sup>r</sup> herbae vrceolaris quotidie potum<sup>f</sup>  
 5 dabis vsque ad sanitatem. Item vnctio<sup>t</sup> qua perfricandi sunt febrientes. <sup>v</sup> Rosae libram, olei veteris libram 1, aceti heminas 3, olei cyprini<sup>x</sup> libram semis<sup>y</sup> portulacae feminis et nucis amarae ana vncias 6, menthae vel rutae quantum sufficit<sup>z</sup>. teres et commisces, et tepelacto vttere, ita vt diutissime confrices contra pilum, et in loco tepido vnctum animal coopertumque statues.  
 6 Item<sup>a</sup> potio alia si hieme febrierit. Gentianae vnciam vnani, aristolochiae, hyssopi, absinthii, abrotani<sup>b</sup>, singulorum vnciam vnani, caricarum vncias 6, feminis<sup>c</sup> apii vncias tres, rutae fasciculum<sup>d</sup> 1, omnia in cacabo cum aqua decoques vsque<sup>e</sup> ad tertiam, et cum nigrescere videris, coctum est. Exinde vnani<sup>f</sup> heminam misceto sicut<sup>g</sup> supra scriptum est, et per cornu faucibus infundito<sup>h</sup>.

VII. (I. 35.) Si quod iumentum ab indigestione vel pletura febricitauerit, naribus spiritum ducet<sup>a</sup>, et  
 ilia

o. frigida om. S. M. deinceps vulgatum potum ex Go. correxi.

p. Ita vulgatum febrient mensuram non des, illorum autem loca correxi ex S. M. et Go. nisi quod hic dedit habet. illorum S.

q. quantum Go.

r. succi — vrceol. Go. vrceol. etiam F. S.

s. potionabis S. M.

t. vnguentum quo S. M.

v. Go. inserit Recipe per notam scriptum. deinceps rosarum libram vncias sex Go. libram semis S. M.

x. Ita pro lactis capriini S. M. nisi quod cyprini habet.

y. vnani S. M. deinceps portulacae vnc. nucis amarae S. M. Vulgo portulacae erat.

z. Ita S. M. Vulgo erat expedit f. teres. vli literam f. ex nota verbi sufficit ortam esse suspicabatur Gesner. Deinceps vnctum pro vnctum Go. supra scr. habet.

a. Item potio alia om. Go. et post febricitat inserit Recipe.

b. vnciam vnani omisso singulorum Go.

c. sem. om. S. M.

d. Ita pro fasciculum S. pro numero bonum habet S. M.

e. vsque ex S. addidi.

f. Ita pro vini S. M.

g. cum supra scriptione S. M. si cum Go.

h. infundas Go.

Cap. VII. a. ducit Go.

ilia frequenter agitabit, anhelitusque<sup>b</sup> erit feruens et aridus, spinam facilius flectet<sup>c</sup>, nam qui ex perfri-  
ctione<sup>d</sup> febrit, rigidus est; quia calor membra dissoluit,  
frigus astringit. Ex pletura igitur febrienti copiosus  
sanguis emittitur de ceruice, nares aceto perfricantur,  
vt sternutet saepius. Venter quoque febrientis si du-  
rior fuerit, per anum iniecta manu stercus extrahatur<sup>e</sup>,  
a cibo abstineat, paucissimum<sup>f</sup> potum per interualla  
suscipiat, et vnctum<sup>g</sup> supra scripto medicamine, diu-  
que fricatum<sup>h</sup>, loco stabit calido horis tribus aut qua-  
tuor coopertum, postea ad ambulandum<sup>i</sup> producet<sup>k</sup>  
nihilominus inuolutum.

VIII. (i. 36.) Si quando ex vulnere aliquo<sup>a</sup> vel  
suppuratione oris aut faucium nascitur febris, de tempo-  
ribus nec non etiam de palato detrahendus est sanguis.  
De maxillis quoque siue de ceruice, et ad postremum  
quicunque locus febrienti doluerit, ex<sup>b</sup> eodem cum<sup>c</sup>  
mensura sanguinem oportet auferri. Quod si cibum  
penitus respuerit, farinam aquae mixtam ad cibi<sup>d</sup> instar  
faucibus eius infundes. Offas<sup>e</sup> quoque de passio facies  
iustae magnitudinis, et septenas<sup>f</sup> cum oleo digeres, vt  
possit habere substantiam. Ita<sup>g</sup> denique febrienti utilis  
est, ex quacunque parte detractio sanguinis fiat, si con-  
sideratis viribus animalis mensura seruetur. Nam vt  
emissus ratione humor<sup>h</sup> releuat, ita enormiter<sup>i</sup> ablatus  
euirat<sup>k</sup> vel turbat.

D 3

IX.

b. anhelitus erit frequens et oli-  
dus Go.

c. flectit Go. deinceps nam et qui  
Go

d perforatione S. M. Vulgo per-  
frictione.

e. egeritur S. M.

f. pauc. — et om. S. M. parniss. Go.

g. unto Go.

h. fricato Go.

i. deamb. S.

k. ducitur Go.

Cap. VIII. a. vulnere vel aliqua  
supp. Go.

b. idem fricandus est et sanguis  
S. M.

c. omni Go.

d. clini instantiam S. M. ad  
instar cibi — infundis Go. ad oli-  
vae instar coniciebat Gesner.

e. Offeras Go.

f. pitifanas Go.

g. ac demum febr. Go.

h. Ita pro rationabiliter Go. hu-  
mor addit etiam S.

i. in enormiter Go.

k. occidit S. M. curat Go.

IX. (I. 37.) Coactio in animalibus passionis est nomen, ex qua aegritudinum<sup>a</sup> diuersa genera nascuntur, ideo sic appellata<sup>b</sup>, quod ab iniuria vel labore vel<sup>c</sup> ex coactione contingat. Quoties enim lassum animal fatigatione itineris vel nimietate cursus vel magnitudine ponderum non studiose refouetur, vel aestate sitire vel hieme algere<sup>d</sup> compellitur, vel certe penuriam<sup>e</sup> sustinet cibi<sup>f</sup>, aut hordeo nouo aut<sup>g</sup> foeno pessimo laeditur, et per<sup>h</sup> dies aliquot circa curam eius nulla adhibetur industria;<sup>i</sup> sic totius corporis compago et interiorum viscerum dispositio per iniuriam et fatigationem vitiatur.

X. (I. 38.) Ex qua coactione haec passionum genera<sup>a</sup> nascuntur. Ex perfrictione<sup>b</sup> enim fiunt opisthotonici<sup>c</sup>, podagratici, phthistici. Ex aestu autem euenit<sup>2</sup> grauedo, febris, infania, capitis dolor. Ex sudore oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus, febris, spasmus, et tussis. Ex humore quoque, qui de naribus profluit, passio apertissima declaratur. A cerebro enim<sup>d</sup> vel a capite venit multa pituita<sup>e</sup>, crebra et<sup>3</sup> spissa. A perfrictione<sup>f</sup> erit humor tenuis, aquaticus et frigidus: ex qua re fiunt coriaginosi<sup>g</sup> et epatici<sup>h</sup> et phthistici. A tolibus<sup>i</sup> et glandulis et arteriis humor erit candidus<sup>k</sup> et viscosus, ex quo<sup>l</sup> euenit fastidium et faucium

Cap. IX. a. aegret. Go.

b. est addit Go.

c. et S. M. contingit deinceps Go. et quotiens postea laxum.

d. frigore in Go. supra scr. voluit frigere.

e. iniuriam Go.

f. coniectus S. M.

g. vel Go. deinceps vulgo distinguitur: laeditur. et per.

h. per aliquot dies Go.

i. et inserit F. S. Go. omittit S. M.

Cap. X. a. signa S. M. deinceps nascantur Go.

b. praefocatione S. M. Vulgo perfrictione.

c. Vulgo epistomici. S. M. epistetonici. Go. epistomachi.

d. vero S. M.

e. prauitas S. M. et Go. margo habet spurcitas.

f. Vulgo perfrictione. S. M. praefocatione humorum erit.

g. corriginosi Go.

h. tenatici et tussici et a talis S. M. epatici et tussiculatores et glandulosi.

Ex glandulis et arteriis Go.

i. Vulgo colibus.

k. calidus Go.

l. hoc S. M.



partem diuidiam decocta fuerint, vniuersa conteres  
 7 atque liquabis<sup>q</sup>, praeterea vini veteris optimi sextarios  
 tres, mellis heminiam, piperis triti drachmam<sup>r</sup> adicies  
 supra scriptis, rursumque feruere facies omnia, ex  
 qua<sup>s</sup> calidam potionem plurimis diebus dabis, quae  
 8 mirifice iuuare consuevit. Si de labore itineris suffusio  
 pedum forte prouenerit, caue ne sanguinem calido<sup>t</sup>  
 detrahas, sed requietum [pausatunque<sup>v</sup>] flebotomabis,  
 huiusmodi<sup>x</sup> beneficio potionis vsurus<sup>y</sup>: Turis masculi  
 drachmas<sup>a</sup>, foliorum<sup>b</sup> caprifici libram, grana pi-  
 peris 25, fermenti uncias 3, croci drachmam<sup>c</sup>:  
 9 Omnia bene trita in tres partes diuides, et expausatum<sup>d</sup>  
 iumentum triduo cum oleo potionabis et vino: si  
 hiems fuerit, tepida os abluēs, aestate<sup>e</sup> frigida: si  
 tardius, aut<sup>f</sup> non recte ambulat, sulphurem<sup>g</sup> et resi-  
 nam calentem vngulis imponis, non semel tantum,  
 sed aliquoties donec rectus<sup>h</sup> incedat. Si vero ista non  
 profuerint, semissabis<sup>i</sup> eum, vt de vngulis sagitta con-  
 tactis competenter profluat sanguis, et vulnēra trauma-  
 10 tico<sup>k</sup> curabis pharmaco<sup>l</sup>. De lassiss<sup>m</sup> haec signa erunt: n<sup>o</sup>  
 toto corpore grauabitur, et posteriora crura quasi inli-  
 gata<sup>o</sup> habebit. posca itaque et pulegio nares eius et to-  
 tam faciem fouebis, panem et<sup>p</sup> merum dabis<sup>q</sup> vt man-  
 ducet, offeresque ei lactucas vel gramen diligēter lo-  
 tum

- q. item addit S. M.  
 r. unciam vnā S. M.  
 s. quo S. M.  
 t. calidum Go.  
 v. omittit S. M. et Go. hinc  
 inclusi.  
 x. huius S. M.  
 y. vsus Go.  
 a. uncias duas S. M.  
 b. folia Go.  
 c. quartam partem drachmae S. M.  
 Go.  
 d. expausatum S. M.  
 e. Si aestus S. M.  
 f. rectum S. M. rectus ambulat  
 suprafer. recte Go. pro his verbis:  
 aut non recte.

- g. fursurem F. M. Go. et S. M.  
 deinceps impones.  
 h. recte Go.  
 i. semissabis ipsum S. M. deinceps  
 sagittis Go.  
 k. tragmatico S. M. trainatico Go.  
 l. autem addit Go.  
 m. Vulgo laxis. Ante haec duo  
 verba S. M. inserit: Febris ex lassit-  
 tudine haec signa habet. cum lem-  
 mate noui capitis: De febre et  
 lassitudine.  
 n. monstrabis Go.  
 o. longa S. M. crura inligata quasi  
 habebit. posca Go.  
 p. etiam S. M.  
 q. dabis om. Go.

tum atque concisum, consequenter daturus huiusmodi  
 potionem: Succum ptisanæ, passum, oua, oleum **11**  
 rosatum, quæ omnia pariter<sup>r</sup> mista per triduum dabis,  
 ita vt hordeum primo<sup>s</sup> decorticatum siccatumque man-  
 ducet. Praemonendum autem est, ne<sup>t</sup> iumento ex  
 coactionis iniuria laboranti pulses venas calentes. con-  
 tinuo enim neruorum<sup>v</sup> contractio et debilitas conse-  
 quitur. Oportet autem armos eorum et genua vino **12**  
 calido et oleo tepido<sup>x</sup> suffundere, totumque<sup>y</sup> corpus  
 multorum manibus diutissime confricare, et loco sta-  
 tuere tepido, mollia<sup>z</sup> de siccato stercore vel de paleis<sup>a</sup>  
 strata præbere. Posterio<sup>b</sup>rem partem flebotomo lassis<sup>c</sup>  
 non oportet contingi, ne penitus euirentur<sup>d</sup>. Quod  
 si venæ in cruribus tument; et<sup>e</sup> plenæ sunt humore<sup>f</sup>,  
 de coronis sanguis auferatur.

XI. (I. 39.) Non minus multæ et obscuræ vale-  
 tudines<sup>a</sup> in internis<sup>b</sup> animalium quam hominum existere  
 consueuerunt. imo si verum quaerimus, prope pares  
 atque<sup>c</sup> consimiles sumus. Nam<sup>d</sup> animalibus, quia<sup>e</sup>  
 rationales sumus, sola mente præstamus: corporis  
 vero natura communis est, maxime in doloribus.  
 Dolorem<sup>f</sup> ventris in iumentis Veterinariorum<sup>g</sup> impe-  
 ritia putat facile<sup>h</sup> posse curari, quod<sup>i</sup> graue, nescit:

D 5

et

r. par. mista om. S. M. mista  
 om. Go.

s. pro modo totum S. M. promo-  
 dulatum Go.

t. ne iumentum ex euacuationibus  
 in iniuriam laborum impulsus, venas  
 enim calentes habens, continuo ner-  
 uorum S. M. calentes etiam Go.  
 Vulgo calenti.

v. neruo Go. deinde contracto.

x. tepido om. S. M.

y. et totum Go.

z. et supponere ei mollia, et pa-  
 leam S. M.

a. paliis Go.

b. autem addit S.

c. Vulgo laxis.

d. enerventur S. M.

e. hac pl. sint Go.

f. humores decoctiones — aufer-  
 tur Go.

Cap. XI. a. valitud. Go.

b. iumentis Go.

c. atque om. Go.

d. Nam — sumus om. S. M.

e. quæ corrigitur qua Go.

f. Dolor enim Go.

g. Vulgo Veterinorum. Go. Ve-  
 taviorum. Mecum S. M.

h. ex facili Go.

i. quod — vitium om. S. M.

et<sup>k</sup> ex ventositate vel constipatione vitium, torsiones vocant et interiorum incisiones, quibus aut praecantationes<sup>l</sup> anicularum more; aut aliquod quasi<sup>m</sup> physicum remedium adferre conantur. Cum quid enim intrinsecus iumentis dolere inceperit, statim se allidunt et volutant, et solius ventris creditur esse causa, cum plures et difficiles et diuersae<sup>n</sup> sint passiones, ex quibus dolor et volutatio illa contingit. et nisi singulis procausarum genere competens medicina subuenerit, sanitas redire non poterit. Efficaciter autem curare potest<sup>o</sup> nemo, nisi qui internarum aegritudinum signa rationesque cognouerit.

XII. (L. 40.) Primum venter<sup>a</sup> ipse, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miscetur, ac per digestionem naturali calore decoctus, separatis humoribus, partem<sup>c</sup> ad substantiam membrorum conuertit in sanguinem<sup>b</sup>, partem in vrinas resoluit, partemque fecernit<sup>d</sup> in stercora. Quod si loca illa perfrictio<sup>d</sup> longi temporis vitiauerit: intestinorum dolor, et<sup>e</sup> corruptio digestionis necessario sequitur<sup>f</sup>. Nam pars humoris coagulatur ex frigore, et fit conglutinosa in praecordiis, atque in intestinorum partibus<sup>g</sup>, quae ducuntur<sup>h</sup> ab aqualiculo vsque ad colum<sup>i</sup>, quod appellatur Graece<sup>k</sup> typhlon enteron, latine<sup>l</sup> ieiunum dicitur, retinetur et haeret, per quod in colum<sup>i</sup> humor pessimus transit,

k. et om. S.

l. verborum rationes S. M.

m. conphysicum S. M.

n. et diuersae ex S. addidi.

o. non poterit S. M. nemo potest

Go. deinceps aegret. Go.

Cap. XII. a. Plurimum ipse Go.

b. Vulgo additum et om. S. M. vrina deinceps Go.

c. Ita pro fecum trahit S. M. stercore Go.

d. Vulgo praestriccio. Goth. perstriccio.

e. et cor. dig. om. S. M.

f. consequitur S. M.

g. partes Go.

h. ducunt S. M.

i. collum F. et Go. sed correctum.

k. Vulgo deest typhlon. Go. typhlon interou. S. M. cyphon, interim. De meo Graece addidi.

l. Vulgo post retinetur et haeret legebatur: quod Latine ieiunum dicitur. Go. ieiunium.



transit, et interclufione sua cibum non patitur ad interiores partes in ore solito descendere<sup>m</sup>. Hinc [etiam<sup>n</sup> 3 tortura et] extensio ventris dolorque cum magno periculo generatur: quae<sup>o</sup> passio Graece emphragma, Latine praecoccupatio dicitur.

XIII. (I. 41.) Exoritur et alia causa doloris asperior<sup>a</sup>, quae Graece chordapfos<sup>b</sup> appellatur, cum praecclusa intestina viscerum vento [fumoue<sup>c</sup> se] urgente colligant<sup>d</sup>, vsque adeo<sup>e</sup>, vt et<sup>f</sup> aquam et cibum et stercus animalia etiam interdum reuomere cogantur. Praeterea ad similitudinem hominum propter<sup>g</sup> inflationis iniuriam coli quoque<sup>h</sup> dolore vexantur; propter quam necessitatem animalia diu se<sup>i</sup> vehementerque<sup>k</sup> voluendo rumpuntur, quod curari<sup>l</sup> iam non potest, et ideo moriantur.

XIV. (I. 42.) Ilei<sup>a</sup> quoque vitia ex perfrictione<sup>b</sup> huiusmodi humoris nascuntur: qui cum intestina maiora et praeccluserit, et in eorum<sup>c</sup> sinibus stercora coeperit detinere: prohibet<sup>d</sup> illa ad cataclytum longanoni decurrere. (Longanon autem intestinum vocatur, per quod stercus egeritur.) tunc ventus<sup>e</sup> crassus vel praecclufione ipsa intra<sup>f</sup> viscera increfcit ac faeuit, et<sup>g</sup> dolores morfus-

m. Ita pro *peruenire* Go.  
 n. etiam — et om. S. M. *antem* Goth.  
 o. q. p. *Gr.* om. S. M.  
 Cap. XIII. a. a *superiori* S. M.  
 b. *cardaphos* S. M.  
 c. *funoue* om. S. M. *se* om. Go.  
 hinc vtrumque inclusi.  
 d. *colligunt* S. M.  
 e. Ita pro *eo* S. M.  
 f. et ex S. addidi.  
 g. *per infrictionis iniuriam colicumque dolorem* S. M. *frictionis* Go.  
 h. *quoque* om. Go.  
 i. Ita pro *diu se* S. M.  
 k. *vehementer* — *rumpunt* S. M.

l. *curare non* Go.  
 Cap. XIV. a. *Aliqua* S. M. *Alia* Go.  
 b. *praeforatione istius* S. M. *perfricatione* Go.  
 c. *renibus eorum* S. M. *in renibus eorum* Go.  
 d. *illam* Go. *deinceps vulgo catachlytum.* S. M. *catocidem.* Go. *cataclietum.* Idem *longanoni* — *Longaon.*  
 e. Ita pro *venter* S. M. *crossus* Go.  
 f. *intrinsicca* — *crefcit* Go.  
 g. Ita pro *sibinet* S. M. Go. *deinceps proiciunt* Go.

morlusque excitat vehēmentes, ex quo iumenta se  
 proiciunt ac volutant, extensisque pedibus calcitrant.  
 2 sed per impatientiam se saepe<sup>h</sup> iactando ventus increfcit,  
 et mixtus stercorei vsque ad<sup>i</sup> intestina descendit, nec<sup>k</sup>  
 iam, vt supra, rumpitur. Quod<sup>k</sup> vitium Ileos vo-  
 catur ab eo, quod intestina locis suis exclusa, quasi  
 obices faciunt. quae valetudo periculosa est, nisi cum  
 3 celeritate subueneris. Huiusmodi autem sunt adhibenda  
 remedia: Aqua calida renes animalis diutissime fomen-  
 tabis, foenumque cum calida, vt vapor magis penetret,  
 frequenter apponis, post ciliciis<sup>l</sup> diligenter absterges,  
 item<sup>m</sup> oleum vetus et picem liquidam, et oleum lauri-  
 num misces<sup>n</sup>, calefacies, et diutissime perfricabis, ita  
 vt<sup>o</sup> testiculos eius perungas, et in auriculas calidum  
 4 medicamen infundas. Tam diu autem fricabitur<sup>p</sup>,  
 vt sudare incipiat et ventum emittēre, ex quo spes  
 ostenditur sanitatis. Quod loco calido statues, ac  
 sagis<sup>q</sup> cooperies diligenter, hanc daturus quotidie  
 potionem. Piperis grana quinquaginta, petroselinum  
 quantum quatuor digiti comprehendunt, cumini<sup>r</sup> Alex-  
 andrini tantundem, cumini quoque Africani tantun-  
 dem, semen apii, myrram<sup>s</sup>, nepetam, triflaginem,  
 aequis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium par-  
 tem nitrum admiscere te conuenit. Quae omnia bene  
 trita ex vino calido et oleo aequis ponderibus, et melle  
 5 quantum satis fuerit dabis. Haec [autem<sup>t</sup>] potio et  
 cale-

h. iam om. S. M. Go. vulgo additum.

i in S. M.

k. quod vitium Ileam vocatur, ab eo quod intestina suis locis exclusa quasi obices faciunt, quae valet S. M. Vulgo rumpitur, sed iumento quod in vitium qui Ileos vocatur (ex eo — exclusa, animal quasi elices facere faciunt) incidit, ea valet. etc. In Goth est: sed in vitium, quod yleon — ab eo — faciunt: quae valetudo. In Samb. est Ileo.

l. stramine S. M.

m item ex S. additum.

n. et inf. S.

o. et S. M. et Go. Vulgo et — perunges — infundes. Sed Go. perunges (sic) — infundas.

p. fricabis S. M.

q. satis M. S. faccis Go.

r. Vulgo cimini bis.

s. Vulgo myrram, nepitam, triflaginem. Go. seminis — myrram — traxaginem

t. autem om. S. M. et om. Go.

calefacit, et ventrem<sup>v</sup> resoluit. Quod remedium si tardius subuenerit, saccellos<sup>x</sup> cum furfure calentes super<sup>y</sup> totum dorsum et renes animalis imponis. Clysterizabis<sup>z</sup> etiam ex aqua calida et oleo, quod cum sale et melle et afronitro<sup>u</sup> miscebis ouoque, et ita ventre laxato et stercora emittuntur et ventus. Quod si 6 clyster defuerit, sal bene tritum et mel coques<sup>b</sup>, pastillosque longos et duros facies, et in anum iumentis<sup>c</sup> [interius] immittes. Quae res omnem spurcitiem humoris intus obstantem<sup>d</sup> abstrahit, et ad sanitatem perducit; nec est aliud quod magis valeat subuenire.

XV. (I. 43.) Sunt animalia quibus assidue ventris interuenit<sup>a</sup> dolor, qui<sup>b</sup> strophus appellatur, et hac ratione concipitur. Interdum sudor animalium vel nimio cursu vel labore<sup>c</sup> profluens in internis residet intra<sup>d</sup> ventris intestinorumque compaginem, qui punctiones doloresque praestat interius. et<sup>e</sup> cum totum a labore cessauerit ac refrixerit corpus animalis, cessat et dolor: sed cum<sup>f</sup> a labore calefieri coeperit<sup>g</sup>, rursus<sup>h</sup> exoritur, et ideo strophus<sup>h</sup> vocatur. nam frequenter volutatur, et cum surrexerit, terram pedibus tundit<sup>i</sup>, et interdum [terram<sup>k</sup>] quasi manducare conatur, et iacens videtur quasi pusillum requiescere; et surgens citius ambulare se cogit. Sed<sup>l</sup> ex hac iniuria frequenter volutando ventum sibi nutrit<sup>m</sup> intrinsecus, et fit tympa-

v. ventum Go.

x. saccellationes ex fur. calidissimo plenas S. M. saccellatores calidissimae ex furf. per Go.

y. Ita pro per S. M. semper S.

z. Ita pro clysterizabis S. M. Go.

a. Ita pro melle Afro et nitro uoque miscebis et ita Go. ouo i. M.

b. et miscebis inf. S. paulo antea listere Go.

c. iumentis immittis Go.

d. Ita pro stantem S. M.

Cap. XV. a. Ita pro impendit S. M. Go.

b. stropholus S. M.

c. dolore S. M.

d. inter S. M.

e. et cum — et dolor om. Go.

f. totum addit Go.

g. incipit suprafer. alias ceperit Go. deinceps rursusque.

h. strophos Go.

i. tondit Go.

k. terram om. S. M.

l. Si Go.

m. alias immittit Go. margo.

tympanites, ex quo et omentum<sup>n</sup> rumpitur, et praesens<sup>o</sup> vitae periculum consequitur. Quod vitium si in perpetuum auferre volueris, paracentesim<sup>p</sup> facies sic: quatuor digitis sub umbilico ad<sup>q</sup> veretrum versus medio<sup>r</sup> climate ventris sagittam iniicies<sup>s</sup>, ut non solum cutem, verum etiam peritonaeum<sup>t</sup> ipsum aperias. Peritonaeum enim<sup>v</sup> dicitur membrana<sup>x</sup> quae intestina omnia continet. Ad mensuram autem cum magna cautela peritonaeum<sup>t</sup> aperies, ne intestina laedas, et 4 praesens discrimen inferas. Post<sup>y</sup> exenta sagitta subiicies fistulam centinalem, quam mulomedici portare consueverunt, minutis foraminibus multisque pertusam, per quam<sup>z</sup> foras humor emanat, quem suscipies in vase, et<sup>a</sup> inuenies limpido<sup>b</sup> lotio similem, tolles vero 5 non minus sextario. Haec cura etiam illa animalia sanabit, quae vel stupida vel macra sunt ex coactione longi temporis, quibus nitrum diligenter cribratum<sup>c</sup> in hordeum debes aspergere, quod omnes asperrimos<sup>d</sup> humores et spurcitas corporis purgat. Sed strophosis dabis potionem superius declaratam plurimis diebus. Etiam acopo thermantico<sup>e</sup> renes eorum totumque corpus perunges, et diebus aliquot a pluribus<sup>f</sup> facies confricari. Ad vltimum renibus eorum causticum induces, et sic reuoces<sup>g</sup> ad laborem.

XVI. (I. 44.) Intolerabilem dolorem intestinis inferunt

n. Ita pro inmentum S. M.  
 o. praesentis Go.  
 p. paracenth. a Gesn.  
 q. ad ex S. et Go. addidi.  
 r. medium Go.  
 s. iniicies Go. ita addit S.  
 t. periconium S. M. et Fab. peritonium Go. qui sequentia ipsum ap. Perit. omittit.  
 v. quod Go.  
 x. membranam quod Go. supra ser. vulgata membrana.  
 y. Omissio Post Go. exempta — subicies — centinalem sed margo

centinalem. S. M. exentam sagittam — centinalem.  
 z. perquam om. Go. fistulam addit S.  
 a. et om. Go.  
 b. limpiddum lota S. M. limpiddum etiam Go. deinde tolle.  
 c. cribellatum in bordio Go. boydeo S. M.  
 d. accerrinos Go.  
 e. Vulgo thermantico. Go. tinantico.  
 f. plurimis S. M.  
 g. reuocas Go.

ferunt lumbrici<sup>a</sup>, vermes, et tineolae<sup>b</sup>, quas alii pediculos appellant. Nam<sup>c</sup> coagulare et aqualiculum intus erodunt, et vulnera faciunt. ex qua necessitate animalia macrescunt, et coriagiinosa<sup>e</sup> fiunt, et sine febre non sunt<sup>e</sup> et celeriter moriuntur. Huiusmodi passionis signum est, cum inuenitur humor in ano fabae coctae similis: est<sup>f</sup> namque sanies ex illis<sup>g</sup> vulneribus<sup>h</sup>, quae bestiolae intrinsecus fecerunt. Ieiuna animalia ex hac<sup>a</sup> necessitate<sup>i</sup> vehementius torquentur. Nam cum his deest cibus, magis vitalia consumuntur a vermibus: Haec animalia<sup>k</sup> non sunt inflata, et tamen per<sup>l</sup> dolorem se volutant, et in spinam se proiiciunt, et caput sibi intra<sup>m</sup> pedes mittunt, et ostendunt doloris<sup>n</sup> sui locum, dentibus ilia sibi quasi scalpunt, et rodunt nonnunquam lumbos, et caudam<sup>o</sup> parietibus confricant<sup>p</sup>. Cum ista signa ostendere coeperint, et crebro clamare, hoc est, vehementer<sup>q</sup> hinnire, scias eos iam morti esse vicinos. Quibus adhibetur ista curatio. Olei viridis<sup>3</sup> et<sup>r</sup> amari sextarios 2, fasciculum absinthii Pontici concoques<sup>s</sup>: praeterea nasturtii feminis, santonici, coriandri feminis, radicum feminis, sinopidis<sup>t</sup> Pontici uncias<sup>v</sup> singulas, mirtis<sup>x</sup> et foenigraeci selibram: haec infusa et decocta in oleo illo facies permanere, ex quo oleo<sup>y</sup> heminam et aquae tepidae heminam<sup>z</sup> dimidiam per

Cad. XVI. a. et add. S. Go.

b. tineae minutae S. M.

c. Ita pro coagula Go. nisi quod quagulare habet. Namque gulam et aliquantulum interius elidunt S. M. aqualiculum Go.

d gibbosa S. M. coriatiniosa Go. qui sequens et omittit.

e. Ita S. M. pro erunt.

f. cum autem sanies exit a vuln. S. M. est autem san. Go.

g. illis om. S.

h. et add. Go. omisso deinceps fecerunt.

i. passione S. M.

k. Ita S. M. pro Hi non sunt inflati.

l. propter S. M.

m. inter S. M. in Go.

n. dolorem cum S. M.

o. caudas Go.

p. fricant S. M. Go.

q. suprafer. frequenter Go.

r. et om. Go.

s. decoques Go.

t. Sinopis S. M. sinopiden ponticum Go.

v. aequis ponderibus misce unciam unam et foenigraeci libram semis

S. M. foenigraeci Go.

x. unviti malebat Gesn.

y. Ita S. M. pro ex quo heminam olei et.

z. aquae repetit S. M.

4 per cornu dabis. quae virtus medicamentorum et lenitas olei animalia ipsa intus occidit, et foras eiicit<sup>a</sup>. Ex qua potione si per multos dies acceperit, permixto nitro tunso<sup>b</sup> et castoreo, omnes lumbricos et tineolas vel colfos<sup>c</sup>, et vermes excludit<sup>d</sup> a corpore, et cum stercore eiicit<sup>a</sup>, et restituit sanitatem. Alia potio ad lumbricos, tineolas, et<sup>e</sup> colfos: Santonici, absinthii<sup>f</sup> Pontici pulueris, lupini crudi, feminis nasturtii, scobis<sup>g</sup> cornu ceruini, feminis<sup>h</sup> radicum vncias ternas, sinopidis Pontici pastillos tres<sup>i</sup>, pollinis<sup>k</sup> erui vncias 3, vini austeri sextarios tres<sup>l</sup>, olei Hispani<sup>m</sup> sextarium<sup>n</sup> vnum, opopanacis vnciam 1, feminis coriandri heminam: haec omnia diligenter trita decoques, et quotidie ieiunis heminas singulas dabis.

XVII. (I. 45.) Sed quia pestes ipsae saepius<sup>a</sup> ad coagulare<sup>b</sup> se conferunt, et potio, quae per os data, ad loca vbi morantur rarius peruenit<sup>c</sup>, ideo etiam per anum adhibenda sunt clysteria: aceti acerrimi sextarium vnum semis<sup>d</sup>, olei viridis tantundem, opopanacis vnciam<sup>e</sup> 1, centaureae vncias 2<sup>f</sup>, absinthii Pontici vncias 3<sup>g</sup>, santonici vncias 3, farinae lupini crudi vncias 3, farinae orobi<sup>h</sup> vncias 3, feminis rafani, feminis coriandri vncias<sup>i</sup> ternas, nitri triti vncias 3, radicis cappa-

- a. eicit Go.  
 b. tunso Go.  
 c. vel colfos addidi cum S. et Barthio 58, 18.  
 d. Ita pro discludit S. M. deducit Go.  
 e. vel S. M.  
 f. absinthium Ponticum puluerem Go. pollinem S. M. pro pulueris.  
 g. scoben — ceruino Go.  
 h. semen Go. idem suprascr. radicis  
 i. quatuor S. M.  
 k. pollinis om. S. deinceps orobi S. M. pollis herbi Go.  
 l. quatuor S. M.

- m. Spani legit Rhodius Lexic. Scribon. p. 443.  
 n. sextarios S. M.  
 Cap. XVII. a alias peius Go.  
 b. Ita pro coagula S. M. quagulare Go.  
 c. peruenitur, ideoque Go. idem clysteria.  
 d. semis om. S. M.  
 e. vncias quatuor S. M. semis addit Go.  
 f. tres S. M.  
 g. quatuor Go.  
 h. Ita pro erui S. M. 4, herbi Go.  
 i. ana vncias III Go.

capparis tunfae<sup>k</sup> vncias 3. haec omnia decoques cum oleo et aceto, et per triduum singulos<sup>l</sup> sextarios bene calentes per anum de<sup>m</sup> clystere infundis<sup>n</sup> animali. Memento autem<sup>o</sup> quoties per os potionem das<sup>p</sup>, animal contra clium teneri debere, vt facilius quod acceperit ad interiora descendat. quoties autem clysterizabis<sup>q</sup>, caput animalis in valle statues, et clunes ad altiora conuertes, vt quod per clysterem defundis<sup>r</sup> ad interiora perueniat. Diutissime autem post potionem in talibus locis animal retinetur, vt facilius necentur vel eiiciantur<sup>s</sup> pestes internae. Ad cossos et<sup>t</sup> lumbricos<sup>4</sup> specialis potio. Herbae<sup>v</sup> chamaeleontis radicem ex aqua ad tertiam decoques, et cum opopanax duabus vnciis misces<sup>x</sup> ac vini heminam, et ad cornu per sinistram narem infundis<sup>y</sup>. Item alia<sup>z</sup> ad lumbricos.<sup>5</sup> Seminis<sup>a</sup> coriandri quantum vna manus ceperit friges, nasturtii quoque feminis tantundem diligenter teres, quae vtraque cum aqua tepida per triduum faucibus infundes. Ad<sup>b</sup> matricis dolorem medicamen. Aloen<sup>c</sup> epaticam, mastichem, castoreum, lauri baccas, ammoniacum cum<sup>d</sup> vino et melle mittis in ollam, et bullita atteres, dabisque ad bibendum.

XVIII. (I. 46.) Si quod iumentum calculosum fuerit, haec signa monstrabunt<sup>a</sup>: torquetur, gemit<sup>b</sup>, extendit se ad conatum migendi, stillat veretrum eius guttas,

k. tunfae Go.

l. singula — calentia Go.

m. ad S. M. Go. voluerunt cly-

sterem.

n. Ita pro diffundis S. M.

o. omisso autem Go. quotiens.

p. potiones anim. Go.

q. Ita pro clysteriabis S. M. et Go.

r. Ita pro diffun. malebat Gesn.

nuentis — clystere Go.

s. eiciantur Go.

t. et om. S. M. et lumbr. om. Go.

T. IV. P. I.

v. Herbae om. Go. deinceps  
vulgo chamaeleontis.

x. misceas Go.

y. Ita pro diffundis S. M. Go. ;

z. Item alia om. Go.

a. Semen — frigi. Go.

b. Hinc ad finem om. Go.

c. Ita vulgat. aloen epaticum, ma-

sticem corlexi cum Gesnero.

d. cum addidi cum Gesnero.

Cap. XVIII. a. monstrabit Go.

b. gemet et extendet F. S. Go.

E

guttas<sup>c</sup>, et vrinam modicam mittit, ex pleno mingere non potest; quod quotidie patitur. Sed huiusmodi vitium teneris aetatibus plerumque contingit; quod sic inuenies: Manum<sup>d</sup> ad interiorē partē mittes, et a ceruice vesicae sub ipso ano ad<sup>e</sup> hypotaurium versus palpabis digitis, et calculum ibi inuenies. Quod vitium difficile curatur. Nam interdum nimio conamine prope ipsum anum vesica dirumpitur, et lotium per anum emittit, et quasi aquae<sup>f</sup> adsimilatur. Ideoque missis digitis per foramen quod fecerit longanoni<sup>g</sup> et ipsius vesicae, aculeo<sup>h</sup> calculum eximis, et curabis clysteriis colleticis<sup>i</sup>, [id est, quae glutinent,] vt foramina illa sanentur. Potionabis autem illos diuretica<sup>k</sup> potione. Difficilis autem huiusmodi cura est, quia vim patientes ex corruptione vesicae tortione moriuntur.

XIX. (I. 47.) Quodcunque iumentum ex qualibet causa se<sup>a</sup> inueneris volutare, statim<sup>b</sup> oleo manum perunges, et ipsum anum oleo satiabis<sup>c</sup>: post quod manum in interiorē partē longanoni<sup>d</sup> protendis, et si inueneris ipsum longanone m clibano subtili<sup>e</sup> patere, scias<sup>f</sup> eum strophum pati; et continuo stercora eiicies<sup>g</sup> paulatim ad manum<sup>h</sup>; quibus egestis cito noueris animal<sup>2</sup> percurandum. Si vero manu iniecta longanoni praeclosurem inueneris, et<sup>i</sup> stercoris modicum, hoc est, duas

c. Ita S. M. pro guttis materiam modicam in et plene. Go. etiam modicam.

d. Digito ab interiori parte mittas Go.

e. versus hipp. S. M. ipocentaurum Go. Vulgo hippocentaurum. Verba ad hipp. versus omitt. Cod. Mediceus et Vatic. teste Rhodio ad Scrib. p. 238.

f. aquam omisso adsim. S. M. et Go.

g. longanoni S. M. Go.

h. reticulo Go. margo tituleo.

i. Vulgo colleticiis. S. M. colleticis.

k. Vulgo diuretica. S. M. diuretica. Go. diuretica.

Cap. XIX. a. se addit S.

b. statim ex S. addidi.

c. sanabis pone que S. M.

d. longanoni Go. quater.

e. similem S. M.

f. et scias ipsum Go.

g. eiicies Go.

h. anum S. M.

i. et — modicum om. Go.



duas aut tres pilulas, [squibala<sup>k</sup>] et<sup>l</sup> praefocatum longanone[m], qua<sup>m</sup> manus vix introëat; scias cum emphragma<sup>n</sup> pati, et periclitari; et ideo curandi sunt renes medicaminibus supra scriptis, et clystere vtendum, quod indignationem<sup>o</sup> intestini resoluat et curet.

XX. (I. 48.) Si manum inieceris, et totum ventrem tympano similem pertractando senseris, scias eum ileum<sup>a</sup> pati, et cito periclitari. Et<sup>b</sup> ideo vnctionibus calidis fricandus<sup>c</sup> est vehementer et diu<sup>d</sup>. Si ventum coeperit emittere, tunc in illo spes incipit esse viuendi.

XXI. (I. 49.) Item si manum miseris, et inueneris valde patere<sup>a</sup> longanone[m], et stercora non multa habere, nec esse vehementer inflatum, scias ipsum ventrem dolere, id est, aqualiculum<sup>b</sup>. Cito requiescere solet, si celeriter supra dictas [et<sup>c</sup>] calidas acceperit portiones, diligenterque ex calido vnguento fuerit perfricatum. Si moram<sup>d</sup> curationis non abstuleris, difficile euadet, nam ex hac passione chordapsus<sup>e</sup> fieri consuevit.

XXII. (I. 50.) Si<sup>a</sup> manum miseris, et similiter longanone[m] patere<sup>b</sup> sine vlla inflatione repereris, et

E 2

non

k. scias S. M. paulo antea vulgo pilulas a. Geln. pustulas elias pilulas Go.

l. et om. Go.

m. quod Go.

n. emphragma Go.

o. indignum in intestinis — euat Go.

Cap. XX. a. ileon S. M. ylion Go.

b. Et om. Go.

c. perfricandum S. M.

d. dimissi Go.

Cap. XXI. a. pati F. S. Go. longanone[m] Go.

b. aqualiculum Go. deinceps scito Go.

c. et om Go. et deinceps verba ex calido vnguento.

d. autem cur. attuleris Go. attuleris etiam S. M. pro non abst.

e. eorum dapsun Go.

Cap. XXII. a. Si — similiter om. S. M.

b. longanone[m] pati Go. pati etiam F. S. repereris postea Go.

non frequenter volutantem se<sup>c</sup>, sed proiicientem se<sup>d</sup> subinde<sup>e</sup> in dexteram<sup>f</sup> partem, et quasi extendentem se<sup>g</sup> interdum ad conamen<sup>h</sup> minctionis<sup>i</sup>, inuenies duritiem in intestino<sup>k</sup> ingentem cuburbitae similem; scias animal coli dolore vexari: et<sup>l</sup> quanto durius intestinum inueneris<sup>m</sup>, tanto pluribus diebus dolore cruciatur. 2 Ex qua causa raro periclitantur, et dolent biduo vel triduo vel, si nimium, quinque diebus. Sed quanto inueneris molliorem ipsum<sup>n</sup> locum, tanto velocius mitigabitur<sup>o</sup> dolor. nam quaedam stercora in longanone<sup>p</sup> reperies. et erit salubris curatio, si post clysterem<sup>q</sup> vel potionem multum stercoreis adfellatus<sup>r</sup> ediderit. quo facto, statim intestinum, quod a<sup>s</sup> colo induratum fuerat, et tumebat, non apparebit, reddita sanitate.

XXIII. (I. 51.) Si [vesica<sup>a</sup>] currendo fuerit inuersa, similis dolor sine inflatione ex cursus<sup>b</sup> iniuria et nimietate frequenter emergit<sup>c</sup>. Huic manum<sup>d</sup> subiicies in anum, et deprimēs vsque ad veretrum versus, vbi inuenies<sup>e</sup> vesicam eius lotio plenam, quam a dextra<sup>f</sup> et sinistra parte leniter adducis sursum ad<sup>g</sup> anum versus<sup>h</sup> [cum<sup>d</sup> oleo,] et minctionem prouocas, tam diu

- c. se om. Go.  
 d. se ex S. inserui. proiicientem Go.  
 e. subinde — extensionem om. Go.  
 f. dextera parte S. M.  
 g. Ita S. M. pro extensionem.  
 h. conatum S. M.  
 i. et addit Go.  
 k. intestino, omisso ingentem Go.  
 Vulgo intestinis.  
 l. nam quando S. M.  
 m. inu. tanto om. S. M. inuenies pluribus Go.  
 n. eum Go.  
 o. refrigerabitur S. M.  
 p. longanone Go.  
 q. clystere Go.  
 r. inuenies — quo Go. reddiderit S. M.

- s. de col. praedur. S. M. de etiam Go.  
 Cap. XXIII. a. vesica addit Gesn. Si passio fuerit in vesica et facilis dolor sine inflatione et vrinam de iniuria nimia S. M. Si curanda fuerint vniuersa simul dolor in infl Go.  
 b. cursu S.  
 c. irrupit Go.  
 d. Hic inferi volebat Gesner cum oleo.  
 e. inueneris Go.  
 f. ad dexteram partem leniter adduces sursum aliqui aduersus anum et opprimas cum oleo Go.  
 g. ad om. S. M.  
 h. et deprimis addit S.

diu<sup>i</sup> donec vrinam faciat: liberabitur<sup>k</sup> periculo, de quo animalia difficile euadunt.

XXIV. (I. 52.) Sunt alii qui assidue dolorem ventris patiuntur sine vlla inflatione, nec vehementer se volutant, et quasi in cursu prouocant, aliquando se proiciunt<sup>a</sup>, et ilia sibi corrodunt, et<sup>b</sup> quasi scalpunt. In huiusmodi dolore manum immittis<sup>c</sup> in longanone[m], per circuitum [et<sup>d</sup>] interiore parte per<sup>e</sup> plurima loca diligenter tentabis, et inuenies vermes collectos exisse<sup>f</sup> in<sup>g</sup> singulis locis, et intestinum pertundere, ex qua necessitate nascitur dolor periculosus<sup>h</sup>. Digitis euellere eos, 2 qui quidem vix<sup>i</sup> euelluntur, et ipsa<sup>k</sup> tibi in manu<sup>l</sup> cohaerent, vt difficile eos proicias. ex qua ratione<sup>m</sup> multa iumenta caudam frequenter parietibus fricant, propter morsum<sup>n</sup> vermium, quos purgare de longanone<sup>o</sup> studiose debebis, et potionem<sup>p</sup> dare per plurimos<sup>q</sup> dies eam<sup>r</sup>, quae ad lumbricos faciat<sup>s</sup>. ita omnes vermes, quos coffos<sup>t</sup> appellamus et tineolas, purgabis. Similiter etiam<sup>v</sup> qui lumbricos habent in ventre, 3 sic eis<sup>x</sup> conuenit mederi. Pice liquida et oleo calido<sup>y</sup> renes et totam spinam cum dorso perfricari oportet tam diu, donec calefactionem<sup>z</sup> patiantur ex manibus. et auriculas eorum et anum ex oleo complebis. ventrem

E 3

quo-

i. tantum Go.

k de peric. a quo S. M.

Cap. XXIV. a. proiciunt Go. deinceps se pro sibi.

b. et om. Go.

c. mittis — longanone[m] Go.

d. et om. S. M. in Go.

e in S. M. omittit Go. qui postea temptabis.

f. hessse Go.

g. et in sing. locis intest. S. M. postea pertundere Go.

h. et inser. S.

i. vix om. Go.

k. hora inf. S.

l. manum S. M. deinceps ita inserit S. post cohaerent. postea proi-

cias Go.

m. occasione S. M.

n. morsus S. M.

o. longanone Go.

p. post Go. potes S. M.

q. singulos S. M.

r. ea S. M. et Go.

s. faciunt S. M. et Go.

t. coffus Go.

v. etiam om. Go.

x. Ita pro eos S. M.

y. caldo Go.

z. calefactionem ex manibus omisso patiantur Go. patiantur: manibus auriculas eorum, et anum oleo perfricabis ventrem quoque et testiculos S. M.

4 quoque et testiculos perunges. sal tritum et<sup>a</sup> cum melle decocto<sup>b</sup> mixtum in anum subiciēs, animal<sup>c</sup> crebris ambulationibus potionatum exercebis. Si ex hac ratione non mītigauerit<sup>d</sup>, clysterizabis<sup>e</sup> eum calida et afronitro et sale. Praeterea super renes et<sup>f</sup> dorsum facellos calidos ex furfure plenos imponis, et tam diu innouabis calefactionem<sup>g</sup>, donec ventum<sup>h</sup> reddat. Potionabis cum<sup>i</sup> potionibus supra dictis et clysteribus<sup>k</sup>, vt a discrimine liberetur.

XXV. (I. 52.) Si quod iumentum syncopauerit<sup>a</sup>, his agnoscitur signis: Pigrius ambulabit, tanquam suffusione<sup>b</sup> constrictum. Inter suffusos autem et syncopatos haec distantia est, quod<sup>c</sup> suffusi licet tardius a terra leuent pedes, tamen<sup>d</sup> hectentes crura incedere solent: 2 Syncopati autem vniuerso corpore constricti et rigidi sunt, etiam cum se proiciunt, non sine gemitu et<sup>e</sup> toto corpore decidunt<sup>f</sup>. Hi vero non sine febre erunt, cibum et potum fastidiunt, magis iacere cupientes, qui<sup>g</sup> cum se leuare voluerint, impetu conantur exurgere, sed propter dolorem omnium membrorum tardius exurgunt. 3 Quod contingit ex magno labore et cursu nimio, vel ex oneribus<sup>h</sup> nimis, cum plurimus sudor fatigatis neruis membra conquasset, vnde<sup>i</sup> syncope,

a. et ex S. addidi.  
 b. Ita pro decoctum S. M. deinceps subicies.  
 c. Vulgo interferturum potionibus om. S. M. et Go.  
 d. refrigerauerit S. M.  
 e. Ita pro clysterizabis S. M. et Go.  
 f. eius faccellationes calidas — plenas S. M. et faccell. calidas — plenas Go.  
 g. calefactas S. M.  
 h. verum Go.  
 i. autem S. M. cum om. Go.  
 k. Ita pro clysteriis Go.  
 Cap. XXV. a. syncop. his sig. agn. Goth.

b. tang. suffusionem constrictam patiatur S. M.  
 c. Ita pro vt S. M. et Goth., deinceps licet a terra tardius eleuentur pedes Goth.  
 d. tamen ex S. addidi.  
 e. ac non sine febre reliq. omisissis S. M. paulo antea corpore vniuerso Goth.  
 f. decidunt Goth.  
 g. quod Goth.  
 h. Ita pro humoribus S. M. deinceps plurimum — conquasset Goth.  
 i. vnde et syncopis et desectio S. M. vnde sui corporis desectio Goth.

cope, id est, defectio nascitur: cuius ista<sup>k</sup> curatio est. Calida cum flore foeni eum fomentabis a spina armis et renibus tepefactumque<sup>l</sup> diligenter tergendo siccabis, tunc vino et oleo calido<sup>m</sup> totum perunges, diutissimeque confricabis<sup>n</sup>: coopertum deinde locis<sup>o</sup> calidis statures, molliaque<sup>p</sup> substernes vt dormiat. Quod cum<sup>q</sup> per triduum feceris, hac potione resouebis. Myrrhae<sup>q</sup> vncias 2, draganti vncias 4, croci drachmas 4, meliloti<sup>r</sup> vnciam vnam, anagallici<sup>s</sup> libram, thuris masculi pondus<sup>t</sup> vnum. quae<sup>v</sup> omnia cribrata in puluerem rediges, ex quo duo cochlearia cum aquae calidae hemina et mellis cochlearibus duobus et<sup>x</sup> olei rosei cyathis duobus potionem dabis plurimis diebus, donec sanum fiat. Etiam<sup>y</sup> vulsis haec potio et tensione laborantibus prodest.

XXVI. (I. 54.) Saepe ex cursu nimio iumenta sanguis infestat, et per nares emanat, qui difficile, veluti<sup>a</sup> ruptis venis labore et calore, substringitur<sup>b</sup>, et velocissimam<sup>c</sup> postulat medicinam. Succum<sup>d</sup> itaque viridis coriandri, vel si defuerit, porri sectiui<sup>e</sup> succum in naribus periclitantis infundes. pollinis triticei drachmam<sup>f</sup>, thuris puluerizati drachmam 1, anagallici<sup>g</sup>

E 4 vnciam

k. c. cura ista est Goth. haec est cura. Aqua calida ipsum cum flore fomentabis S. M.

l. tepif. Goth.

m. calido perfricabis S. M.

n. fricabis Goth.

o. locum calidum Goth.

p. mollissima quoque S. M. Goth. deinceps substernis Goth.

q. Vulgo Mirrae.

r. mellis loti S. M.

s. Symplici S. M. Voluit Symplyti. cf. II. 28. (I. 56.) 19. deinceps vnc. semis Goth.

t. vnciam vnam S. M.

v. quae om. S. M.

x. et — duobus om. S. M. cum Goth. qui autem cochlearia duo potionem etc. habet.

y. Euulsis S. M. Voluit Et vulsis vt Goth.

Cap. XXVI. a. veluti om. Goth. disruptis S. M.

b. stringitur Goth. recte puto.

c. additum vulgo etiam cura S. M. omisi. deinceps postulant Goth.

d. succum — infundes om. S. M. et pro iis habet: Quibus sic subuenias: Goth. Itaque coriandri lib. II, si defuerit, porri sectiui succus. naribus Goth.

e. Ita pro satini Goth. et Morgagn. IV. 14.

f. vnciam vnam S. M. Goth.

g. consolidi maioris S. M. vide II. 25. Cap. (I. 53.) lit. s.

vinciam r, amyli<sup>h</sup> feiniunciam, commixta et in tres partes diuifa, cum<sup>i</sup> vino nigro suffundes naribus, sanguineinque praecludes.

XXVII. (I. 55.) Animal sanguine laborare haec signa declarant: Oculi tument<sup>a</sup>, frigidum erit corpus et ceruix<sup>b</sup>, tristitia fastidiumque iungetur<sup>c</sup>, difficileque curabitur<sup>d</sup>. Hac ratione curandum<sup>e</sup>. A cibo potuque temperabitur, somnique<sup>f</sup> indulgebatur copia mollibus stratis; tum<sup>g</sup> de matrice quantum ratio postulerit sanguis auferatur, nec potionum<sup>h</sup> cura cessabit.

<sup>2</sup> Succum itaque viridis coriandri, vel si defuerit, porri sectiui, trixaginis<sup>i</sup> quoque et centaureae violaceae et nitri aequi<sup>k</sup> ponderis mixtura iungitur<sup>l</sup>. Ex quibus tunsis<sup>m</sup> atque cribratis diurnum<sup>n</sup> cochleare ex hemina aquae tepidae infundatur faucibus. Quae potio humores<sup>o</sup> et sanguinem minuens, imminentes<sup>p</sup> alios morbos purgat prohibet<sup>q</sup> et sanat.

XXVIII. (I. 56.) Obscuras<sup>a</sup> difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad caetera pergentes. Sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus incolumitas iumentorum incorrupta seruetur. Melius enim est diligenti studio custodire sanitatem, quam aegritudinibus<sup>b</sup> praestare remedia. Diligens itaque

h. cornioli sem. in tres diuidis partes omnia commixta, ex vino etc. Goth.

i. Ita pro ex S. M. deinceps suffundis — procludis Goth.

Cap. XXVII. a. tument S. M.

b. ex ceruice iungitur om. reliquis Goth.

c. adest S. M.

d. difficile curabitur Goth. curabit S. M.

e. Ita pro curandum S. M.

f. somnoque indulget copiose S. M. somnoque — copiam Goth.

g. et tunc S. M.

h. Ita pro potionis S. M.

i. trixaginis itaque Goth.

k. aequis ponderibus impetura iungitur Goth.

l. iungatur S. M. Post sectiui deesse verbum, est manifestum.

m. tunsis Goth.

n. diurnum S. M. Goth.

o. humorem S. M.

p. minuens vulgato imminentesque substituit S. M. equidem prius addidi, alterum correxi.

q. prohibet et om. S. M. purgat atque sanat Goth.

Cap. XXVIII. a. et add. G. omisso deinceps que.

b. aegrotantibus S. M.

que dominus stabulum frequenter intrabit, et primum dabit operam vt stratum<sup>c</sup> pontilibus emineat, ipsumque sit non ex mollibus lignis, sicut frequenter<sup>d</sup> per imperitiam vel negligentiam euenit, sed roboris viuacis<sup>e</sup> duritia et soliditate compactum. Nam hoc genus ligni equorum<sup>f</sup> ungulas ad saxorum instar obdurat. Fossa<sup>g</sup> 3 praeterea quae lotium recipiat, deductorium debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans vrina<sup>h</sup> contingat. Patena<sup>i</sup>, quae appellatur, hoc est, alueus ad hordeum ministrandum, sit munda semper, ne sordes aliquae<sup>k</sup> cibariis admisceantur et noceant. Loculis<sup>l</sup> praeterea vel marmore vel lapide vel ligno<sup>m</sup> 4 factis distinguenda est, vt singula iumenta hordeum suum ex integro<sup>m</sup> nullo praeipiente<sup>n</sup> consumant. Nam sunt animalia ad edendum auidissima, quae cum celeriter propriam<sup>o</sup> deuorauerunt, partem confortis invadunt. Alia vero naturali fastidio tardius comedunt, et nisi separatim<sup>p</sup> acceperint, vicinis rapientibus<sup>q</sup> 5 crescunt. Cratis, quae iacca<sup>r</sup> vocatur a vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit, ne<sup>s</sup> cum iniuria<sup>t</sup> guttur extendatur, nec nimis humilis, ne<sup>v</sup> oculos contingat<sup>x</sup> aut caput. Luminis plurimum stabulo infundi 6 oportet, ne tenebris assueta, cum producuntur ad solem vel caligent, vel aciem visus imminuant<sup>y</sup>. Aestate in apertis<sup>z</sup> locis tam noctibus quam diebus

E 5

iunen-

c. cum stratum pontile S. M. stratum etiam Go. unde vulgatum stratum pontilis corvexi.

d. plerumque S. M.

e. vinaci et deinceps: sompno leni suprafer. summo. margo: alias: et soliditate: Go.

f. eq. vn. ad om. S. M.

g. tum pr. fossa S. M.

h. vr. om. Go.

i. illa quae app. pat. S. M.

k. aliqua — admisceatur — noceat Go.

l. Ita pro Loculi — facti — distinguendi sunt S. M. et Go.

m. exigendo Go.

n. impediante S. M.

o. propriam de. part., conf. partem inv. S. M. et Go. qui tamen alterum partem omittit. Vulgo propria.

p. separatim Go.

q. petentibus S. M. emacrescunt Go.

r. cocca S. M. zaca Go.

s. nec Go.

t. inedia aguntur extendant S. M.

v. conterat oculos caput Go.

x. contingant caput S. conterant et caput S. M.

y. minuant S. M. Go.

z. coopertis Go.

iumentis libera aura praestanda est. hieme<sup>a</sup> vero tepere  
 7 debent stabula potius<sup>b</sup> quam calere. nam nimius<sup>c</sup> calor  
 licet ad custodiendam<sup>d</sup> pinguedinem proficere<sup>e</sup> videatur,  
 tamen indigestionem facit, et vehementius nocet  
 naturae. Nam<sup>f</sup> praeter ea, quod diuersa genera mor-  
 borum ex vapore ipso animalibus generantur, si pro-  
 ducuntur ad frigus insolitum<sup>g</sup>, statim aegritudinem  
 8 ex frigoris nouitate percipiunt. Curandum est praeci-  
 pue, vt siue foenum siue paleas vel manipulos viciae  
 pro regionum vsu vel copia animalibus praebeas<sup>h</sup> incor-  
 rupta<sup>i</sup> ac bene olentia et munda mittantur. De hordeo  
 quoque non erit sollicitudo dissimilis, ne aut pulueru-  
 lentum sit, aut lapidosum, aut mucidum, aut vetustate  
 9 nouitate praeferuidum<sup>k</sup>. Aqua etiam limpida ac<sup>l</sup> fri-  
 gida, et<sup>m</sup> perennis ac profluens ministranda est. Nam  
 10 quicquid importunius<sup>n</sup> fluit, virus non admittit. Bis  
 in die multorum manibus animalia sunt toto corpore  
 confricanda<sup>o</sup>. quae cura et mansuetudinem docet, et  
 laxata cute pinguedinis<sup>p</sup> praestat augmentum. Hor-  
 deum quoque non semel nec bis, sed pluribus portio-  
 nibus praebere conueniet. quidquid enim paulatim acce-  
 perint, legitima digestionem conficiunt: quod vero semel  
 et enormiter sumserint, cum fimo indigestum inte-  
 11 grumque transmittunt. Vicinum vero stabulo<sup>q</sup> conue-  
 nit esse locum arido stercore<sup>r</sup> vel paleis mollibus<sup>s</sup> ad-  
 oper-

a. hiemis vero tempore tep. S. M.

Go. qui tamen om. tepere.

b. esse temperata add. Go.

c. vel nimis Go.

d. Ita pro custodiat S. M.

e. Ita pro et rescire S. M.

f. Ita pro naturae. Propter quod  
S. M.

g. insol. om. S. M.

h. praebere Go.

i. non corrupta des, sed bene olen-  
tia. De S. M. ac munda Go.

k. Ita pro praefendum F. S.  
dedit Gesn. ex S. M. Go.

l. et Go. om. S. M.

m. Ita pro etiam S. M. deinceps

Go. perhennis.

n. in potu noxium est virus ve-  
neni comitatur S. M. Go. nisi quod  
hic: veneni virus immittatur.

o. perfricanda S. M. quod Go.  
correxit in confr.

p. pinguedini S. Go.

q. Ita pro stabulum — loco S. M.  
Go.

r. stramine malebat Morgagni  
IV. 12.

s. lenibus opertum S. M.



opertum in quo ante potum animalia volutentur. Quod exercitium et sanitati proficit, et aegritudinis initium<sup>t</sup> commonstrat. nam quoties animal, aut non solito more se tranfuoluit, aut omnino detrectat<sup>v</sup> accumbere, scias illud ex taedio laborare, et ideo<sup>x</sup> separari debere, atque curari, Ad<sup>y</sup> quod opus quoque plurimum iuuat<sup>z</sup>, **12** si saepius et cum moderatione animalia fedentur<sup>a</sup>. Nam imperitia rectoris et<sup>b</sup> incessus eorum debilitat<sup>c</sup> et mores, praecipue seruorum impatientia<sup>d</sup>, qui absentibus dominis ad cursum equos vehementer stimulant, et non solum flagellis sed etiam calcaribus<sup>e</sup> caedunt, dum aut inter suos velocitatem cupiunt experiri, aut cum alienis vehementi obstinatione contendunt, nec<sup>f</sup> reuocant aliquando currentes, nec temperant. neque enim de damno<sup>g</sup> domini cogitant, quod eidem<sup>h</sup> contingere gratulantur. Quam<sup>i</sup> rem diligens paterfamilias **13** summa seueritate prohibebit, et iumenta sua idoneis et<sup>k</sup> moderatis hominibus, scientibusque tractare permittet<sup>l</sup>. Post sudorem quoque si aestus sit, posca<sup>m</sup> os **14** ablu<sup>n</sup> conuenit: si hiems, muria<sup>o</sup>. Vinum quoque et oleum faucibus infundi oportebit ad<sup>p</sup> cornu, aestate frigidum, hieme tepefactum, ita vt hieme meri<sup>q</sup> sextario<sup>r</sup>, olei vnciae tres, aestate autem duae tantummodo misceantur<sup>s</sup>. Nec conuenientium<sup>t</sup> potionum **15** debet

t. Ita pro vitium S. M. Sequens  
commonstrat om. Go.

v. desinit S. M. detraclat Go.

x. exinde seperari Go.

y. Ad quod om. S. M.

z. etiam si cum moderatione an-  
seruentur Go.

a. equitentur S. M. Con. Gesner  
corr. exerceantur.

b. et om. Go.

c. debilitant Go.

d. impotentia malebat Gesner.

e. calcibus S. M.

f. neque se vocant Go.

g. dampno Go. vt semper sum-  
ptus, et sompnus.

h. dum contingit gratulantur S.  
M. enim Go.

i. ob addit Go.

k. et mod. om. Go.

l. Ita pro committet S. M. per-  
mittat Go.

l. Vulgo posca.

n. lauari S. M.

o. Myrrham. Vinum et oleum  
S. M. byens miria. Vinum oleum-  
que faucibus Go.

p. cum S. M.

q. remedium Go.

r. et addit Go.

s. admisceantur S. M.

t. ob hoc pot. S. M.

debet cura cessare. nam languor, macies et tussis, et  
 interiorum<sup>v</sup> dolor facile submouetur<sup>x</sup>, si sulphuris  
 16. viui<sup>y</sup> semiunciam<sup>z</sup> [1. ) 12.] myrrhae ) 4. redactos  
 in puluerem, ouoque<sup>n</sup>. crudo immixtos cum hemina  
 vini optimi per os dederis<sup>b</sup>. Est et<sup>c</sup> alia suntuosior  
 quidem<sup>d</sup> sed accommodatior potio<sup>e</sup>, quae et celeriter  
 reficit, et cum intrinsecus purgauerit, curat omnes  
 morbos, tussim veterem, phthisicos, vultus, et quae-  
 17. cunque vexata sunt in opertis<sup>f</sup>. Ptisanae sextarium 1,  
 feminis lini heminam, foenigraeci<sup>g</sup> heminam, croci  
 vnciam 1, acronem<sup>h</sup> falsum porci pinguis, vel longan-  
 onem<sup>h</sup>, vel si porcina defuerint, caput haedinum  
 depilatum, cum pedibus suis, et cordulis intestinorum  
 mundis<sup>i</sup>, hyssopi fascēs<sup>k</sup> duos, cochleas germanas xv,  
 bulbos<sup>l</sup> xv, ficus duplices xx, rutae fasciculum 1,  
 18. baccarum lauri cum<sup>m</sup> virent sextarium, dactylos xx,  
 allii capita tria, seui caprini vncias 6, pulegii ficci  
 fasciculum. haec omnia purgata leniterque contusa<sup>n</sup>  
 decoques in aqua cisternina, donec acron<sup>o</sup> ille, vel  
 certe caput haedi<sup>p</sup> lique scat et dissoluatur ab ossibus.  
 propter quod saepe<sup>q</sup> aquam infundis ne aduratur<sup>r</sup>, sed  
 19. feruendo pinguis<sup>s</sup> succus appareat. Post haec<sup>t</sup> diligen-  
 tissime colabis ad colum<sup>v</sup>, tum traganti<sup>x</sup> vnciam 1 in  
 tres

v. interiorum Go.  
 x. summov. Go.  
 y. vini om Go.  
 z. vnciam S. sed verba inclusa,  
 quae Go. omittit, semiunciae scri-  
 ptula seu scrupulos XII arguere  
 recte monet Gesner.  
 a. ouaque cruda S. M. immixto  
 Go.  
 b. frequenter infundes S. M. Go.  
 c. et ex S. addidi.  
 d. quidem ex S. M. addidi.  
 e. Verba vulgo addita ad omnes  
 morbos omisi cum S. M.  
 f. locis addit S. Cf. IV. 8. 1.  
 g. foenigr. Go.  
 h. longanem Go. vbique.  
 i. mundissimi Go.  
 k. fasciculos duos Go. Vulgo duas.

l. bulbos XV. om. S. M.  
 m. dum Go.  
 n. tinsa Go. deinceps cisternae  
 Go.  
 o. acron — certe om. S. M. acro  
 ille vel caput Go.  
 p. illud S. M.  
 q. Ita pro assidue aq. refundis  
 S. M.  
 r. adur. S. M. cumburantur Go.  
 Vulgo comburatur.  
 s. Ita pro pinguescat, vel succus  
 ipse pinguior efficiatur S. M. pingue-  
 do sua appareat Go.  
 t. hoc Go.  
 v. colatorium cum draganti vn-  
 cias tres divides in partes S. M.  
 x. Vulgo drag.

res diuides partes, ita vt<sup>y</sup> exinde in vnam potionem  
 niffurus<sup>z</sup> pridie infundas<sup>a</sup> in calidam vt inturgescat.  
 unc addis passi sextarios 3, et<sup>b</sup> tribus diebus singulos<sup>c</sup>  
 sextarios dabis, oua numero sex<sup>d</sup>, (in die<sup>e</sup> secundo  
 olei rosati oua plena numero 2) butyri<sup>f</sup> vncias 3, (in  
 die tertio) anagallici<sup>g</sup> vncias 3, amyli vncias 3, pulue-  
 ris quadrigarii felibram, lomenti<sup>h</sup> fabae felibram.  
 Quae omnia mifces<sup>i</sup>, vt dictum est, aequis ponderibus 20  
 per triduum diuides, et ieiunum animal potionabis, et  
 moris aliquot<sup>k</sup> deambulare facies, vsque ad septimam,  
 cibo abstineatur<sup>l</sup> et potu. Animalia vero macie at- 21  
 enuata non absque studio diligenti reuocantur ad cor-  
 porum firmitatem<sup>m</sup>. Nam oleo veteri vinoque per-  
 nixtis et tepefactis in sole per totum corpus vnguntur,  
 et contra pilum multorum manibus perfricantur, vt et<sup>n</sup>  
 nerui mollescant, et cutis laxetur, et sudor erumpat.  
 Quo facto cooperta<sup>o</sup> in pontili<sup>p</sup> strato collocentur.  
 Et si hiems fuerit, conditum<sup>q</sup> cum femiuncia apii se- 22  
 minis<sup>r</sup> triti et olei tribus vncis calefacto<sup>s</sup> per os ipsius  
 portet infundi. Si aestas fuerit, absinthiatum<sup>t</sup> vel  
 osatum cum 4<sup>v</sup> scrupulis croci et duabus vncis olei  
 rigidum per os similiter debet accipere. Quorum si  
 non suppetit copia, vinum<sup>x</sup> simpliciter conuenit prae-  
 beri

y. Ita pro quod S. M.

z. Vulgo additum es omisi cum

M.

a. infundis in cal. ita vt Go.

b. et om. Go.

c. singuli sextarius singulos dabis

d. Voluit singulis sextarios singu-

s d.

e. id est add. Go.

f. hoc est in quolibet die duo olei

sei, oua plena numero 17, butyri

ac. III, pulueris origani vnc. III.

uae omnia S. M.

g. ros. oua plena numero II butyro

o.

h. alliuua gallicum Go.

i. lomenti Go.

i. et addit Go.

k. aliquibus Go.

l. abstenturus et potione Go.

m. sanitatem S. M.

n. et om. Go. idem mollescant  
 cutisque.

o. coopertus Go.

p. loco tepido S. M. pontili tepido  
 Go.

q. Ita pro condita Go. Intelli-  
 gitur vinum conditum.

r. seminis om. S. M.

s. calefacta Go.

t. Ita vulgarem absinthium cor-  
 rexit Morgagni II. 20.

v. tribus S. M.

x. vini Go. vniu S. M.

23 beri<sup>y</sup> cum caeteris. Praeterea eiusmodi<sup>z</sup> species tem-  
pore hiemis cum hordei modiis 4 misces<sup>a</sup>, fabae sex-  
tarios 8, tritici<sup>b</sup> sextarios 4, ciceris sextarios 8, foeni-  
graeci sextarios 4, erui<sup>c</sup> sextarium 1, et, si meritum  
equi vel facultas domini suppetit, vuae passae et nuclei  
24 sextarios singulos. quae omnia sollerter<sup>d</sup> commista cum  
fuerint, vnum modium in aqua mundissima pridie de-  
bes infundere, et paululum mane siccare, ex quo equo  
semimodium<sup>e</sup> ante prandium, et semimodium ad vespe-  
ram<sup>f</sup> dabis per<sup>g</sup> plurimos dies in loco optimo. viginti<sup>k</sup>  
25 vno die ita stabuletur vt<sup>i</sup> intrinsecus bibat. Quod si  
vltra modum sagina<sup>k</sup> prouenerit, ue pletura noceat,  
auferendus est sanguis de<sup>l</sup> matrice. Praeterea grami-  
nis<sup>m</sup> radices, quas aratrum frequenter euertit<sup>n</sup> studiose  
collige, quantum potueris<sup>o</sup> et lotas<sup>p</sup> minutatim con-  
cide, hordeoque commisce, et quotidie praebere non  
26 dubites. Aestate vero, excepto eruo<sup>q</sup>, species illae<sup>r</sup>  
quas diximus, pro aestimatione mensurae farraginis<sup>s</sup>  
ad inuicem praebentur, hoc est, hordei viridis plures  
maioresque fasciculi<sup>t</sup>, tritici et ciceris vel foenigraeci  
minores et pauci. Quae omnia confusa<sup>v</sup> oportet ap-  
27 poni. Procurandum autem<sup>x</sup> in longa via iumentis ne  
vrinae

y. praebere S. M.

z. cuiusmodi S. M.

a. misceantur Go.

b. tritici — cic. sext. 8. om. Go.

c. erui se. 1. om. Go.

d. solemniter admista S. M. so-  
lenter admixta Go.

e. semodium S. M. Verba ante  
pr. et semim. om. Go.

f. vesperum Go.

g. per pl. d. om. S. M.

h. vno et viginti diebus S. M.  
vicesima prima die Go. Margo ad  
vicesima annotauit: alias in sta-  
bulo.

i. et Go.

k. sagus Go. margo alias: im-  
pinguetur.

l. Ita pro a S. M.

m. Ita pro graminum Go.

n. Ita pro euellit S. M.

o. Ita pro et quam Go. colliges  
quantas poteris S. M. et postea:  
minutatim cotidie cum hordeo com-  
misce et praebes.

p. Ita pro longas S. M. Go.

q. herbo Go.

r. illas Go.

s. Ita pro farragines corrigebat  
Gesner. ferragines F. Go. adinui-  
cem cum farragine S. M.

t. Ita pro fasciculos tritici vel  
S. M. et ciceris Go. deinceps foe-  
nigraeci Go.

v. Ita pro confusa Go. commixta  
S. M.

x. Ita pro: Praecauendum tamen  
vt in longiore uestatione vel itineri-  
bus iumentis vrinae copia non nege-  
tur S. M.

vrinae<sup>y</sup> copia denegetur, quae res non sine periculo plerumque differtur. Pedes quoque eorum post viam eluendi<sup>z</sup> sunt diligenter, ne quid luti vel sordium in articulis basibusque<sup>a</sup> permaneat. Vnguento etiam con- 28  
fricandi sunt<sup>b</sup>, quo vngulae nutriantur, vt<sup>c</sup> medicami-  
nis beneficio subcreseat<sup>d</sup> quod itineris attriuerat iniuria<sup>e</sup>.  
Allii capita tria, rutae viridis<sup>f</sup> fasciculum, aluminis 29  
tunsi<sup>g</sup> et cribrati vncias 6, axungiae veteris pondo<sup>h</sup> 2,  
stercoris asinini recentis manum plenam, quibus com-  
mixtis atque decoctis domi, vt volueris in itinere vteris  
ad vesperam. Praeterea aliud quod vngulas nutrit et  
firmat. Picis liquidae libras 3, absinthii libram 1, allii 30  
capita 9, axungiae libram 1<sup>i</sup>, olei veteris libram se-  
mis, aceti acrioris<sup>k</sup> sextarium vnum, vniuersa contun-  
des<sup>l</sup> et misces, et<sup>m</sup> decoques, et ex eo coronas vel  
vngues animalium confricabis. De palato<sup>n</sup> singulis 31  
mensibus minuente luna sanguis detrahetur. quo fa-  
cto<sup>o</sup> si qua fuerit<sup>p</sup> capitis passio releuatur, et ciborum  
fastidium tollitur. Oportet autem ferramento conci-  
forio<sup>q</sup> animalium soleas ranulasque<sup>r</sup> purgari, quod  
euaporat atque<sup>s</sup> refrigerat, et fortiores vngulas reddit.  
Si animal domi forisue<sup>t</sup> perfrixerit, calidioribus vn- 32  
guentis, quae multa sunt, lumbi eidem<sup>v</sup> confricentur  
et cerebrum, potionesque<sup>x</sup> ex pigmentis et herbis, qua-  
rum

y. itineris, iumentis vestere copia  
Go.

z. Ita pro eruendi corrig. Gesn.  
abluendi S. M. Go.

a. basibusque S. M. Vulgo basi-  
que.

b. sunt om. Go. deinde nu-  
triantur.

c. Ita pro et S. M. Go.

d. subcreseat quos supra scripto  
quod Go.

e. Quod est addit S. M. deinde  
Allii Go.

f. Ita pro veteris S. M.

g. Ita pro scissi S. M.

h. pondera Go.

i. libras tres S. M.

k. acerrini S. M.

l. contondis Go.

m. et om. S.

n. Ita pro palatis S. M. Go.

o. et add. S. Go.

p. fuerit S. M.

q. ocissorum S. M. lotiosorum solo  
ranulaque Go.

r. Ita pro ranulasque recte Conr.  
Gesner. vngulasque S. M.

s. ad quod Go.

t. Ita pro forisque scripsi: vel  
foris frigerit S. M.

v. eiusdem Go.

x. Ita pro potionibusque et pig-  
mentis S. M. Go. nisi quod hic  
ex pigmentis.

rum feruentior est vis, per<sup>y</sup> os continuo oportet infundi, vt perfrictionis<sup>z</sup> incommodum euincatur atque pellatur. Nam si in visceribus permanferit alboris iniuria<sup>a</sup>, diuersos, periculososque procreat morbos. Si vero dierum canicularium tempore aestu<sup>b</sup> animal fatigabitur, vel aquis frigidis est perfundendum, vel in mare flumenue<sup>c</sup> mittendum<sup>d</sup>, frigidis etiam potionibus recreandum, vt necessitati<sup>e</sup> laboris aut temporis aptior medicina succurrat. Sed in equis non solum utilitas, verum etiam decoris ratio seruanda est. Nunquam itaque<sup>f</sup> nisi necessitas passionis exegerit, de articulis  
 34 refecandi sunt cirri. Naturale enim<sup>g</sup> ornamentum pedum natura ipsa<sup>h</sup> in illis constituit. Ceruicem etiam ipsam diligens<sup>i</sup> debet ornare tonsura. Multi enim sicut curulibus<sup>k</sup>, ita et sellaribus iumentis pressius<sup>l</sup> collaradunt. Quae res licet praestare credatur<sup>m</sup> augmentum,  
 35 tamen sub honesto fessore<sup>n</sup> deformis est. Alii<sup>o</sup> ita tondent, vt arcum videantur imitari. Nonnulli<sup>p</sup> Armeniorum more crines<sup>q</sup> aliquos in tonsura ipsa per ordinem derelinquunt; sed gratiora sunt quae translata de Persis posterior<sup>r</sup> vsus inuexit<sup>s</sup>. Nam media iuba ad omnem accurationem ex sinistra parte tondetur,  
 36 a dextra vero omnino infecta seruatur. Et nescio quo pacto<sup>t</sup> plurimum<sup>v</sup> deceat, quia illud quod naturaliter laudat

y. pedes Go. margo alias: os.  
 z. frigiditas S. M. voluit frigiditatis. Go. perfricationis.  
 a. iniuriam et Go.  
 b. aestu om. S. M. aestatis Go.  
 c. flumineque Go.  
 d. et add. Go.  
 e. necessitate laboribus et temporis astior Go. et temporis etiam S. M.  
 f. ita Go.  
 g. autem S. M. sed Go. supra scripto enim.  
 h. ipsa ex S. addidi.  
 i. diligenter S. M. omitt. Go.  
 k. clitellaribus S. M. currantibus a.

Gesn. curvibus iumentis colla pressius radunt Go.  
 l. studiosius S. M.  
 m. Vulgo creditur. deinceps argumentum Go.  
 n. sexure Go.  
 o. Alii — imitari om. Go.  
 p. Non. Ar. more om. S. M.  
 q. cirros S. M.  
 r. prior Go. Voluitne prior?  
 s. introduxit. Nam a sinistra parte medietatem cirrorum tondere iubent: a dextra vero omnes intactos seruant S. M.  
 t. pacto Go.  
 v. plurima Go.

laudat<sup>x</sup> Vergilius imitantur: Densa<sup>y</sup> iuba, et dextro  
 iactata recumbit in armo. Quod si bicomis fuerit, vt<sup>z</sup>  
 vulgus appellat, mediae cervicis fetas aequaliter oportet  
 attondi<sup>a</sup>, ita<sup>b</sup> vt tam dextri quam sinistri limitis contin-  
 uata<sup>c</sup> ferie iubae relinquuntur intactae<sup>cc</sup>. Quod ni-37  
 hilominus inuentum constat a Parthis<sup>d</sup>, quibus consue-  
 tudo est equorum gressus ad delicias dominorum hac<sup>e</sup>  
 arte mollire. non enim circulis atque ponderibus prae-  
 grauant crura, vt tolutim<sup>f</sup> ambulare condiscant, sed  
 ipsos equos, quos vulgo Trepidarios<sup>g</sup>, militari verbo  
 Tottonarios<sup>h</sup> vocant, ita edomant ad leuitatem, et  
 quaedam<sup>i</sup> blandimenta vecturae, vt Asturconibus<sup>k</sup> si-  
 miles videantur. In sicco itaque<sup>l</sup> aequalique solo quin-38  
 quaginta passus<sup>m</sup> in longum, et quinque in latum plenis  
 cophinis<sup>n</sup> digeritur per ordines creta, ad similitudinem  
 stadii, quod aulacibus<sup>o</sup> asperius sit, tum difficultatem  
 coronam velocitatis optantibus ingerit, in quo spatio<sup>p</sup>  
 cum equus frequentissime exerceri coeperit, in illos  
 aulaces<sup>q</sup> necessario [offendit<sup>r</sup>,] et priores et poste-  
 riores vngulas impingit, et aliquando vel cadit, vel  
 sic<sup>s</sup> offendit, vt cadere videatur, post quod admo-  
 nitus

x. laudatur Virg. imitatur F. S.  
 laudatur Virga emittatur Go. Cum  
 Gesnero S. M.

y. densa Go.

z. quod Go.

a. tonderi S. M.

b. quod tam dextra quam sinistra  
 S. M. ita om. Go.

c. continua ferie iuba relinqua-  
 tur Go. relinquatur etiam S. M.

cc. intacta Go. Sectionem 37.  
 omittit S. M. et statim haec sub-  
 iicit: Parthi cum primo equitant  
 pullos, vadunt cum eis in siccum  
 aequalemque locum, cuius longitudo  
 sit 50. passuum, latitudo 5, ubi sit  
 creta ad modum spatii.

d. patribus Go.

e. de hac Go.

f. Vulgo soluti. omisso crura.  
 Go. cruru et attollantim condiscant.

g. Ita pro Trepidarios Go.

h. Trettonarius Go.

i. quidam Go. omisso :ecturae.

k. asturconibus praesent Go.

l. itaque om Go

m. passuum in l. et p. X. in la-  
 tum Go

n. confinis Go.

o. a ducibus asperatum difficulta-  
 tem Go. Vulgo aulicibus — diffi-  
 cultate. Glossarium Goth. aulices  
 id est littae vel steccati.

p. loco cum pullus S. M.

q. Vulgo aulices.

r. offendit om. S. M. Go. vnde  
 inclusi.

s. ita offenditur S. M.

nitus<sup>t</sup> iuiuria, tollit altius crura, et<sup>v</sup> inflexione geniculorum atque<sup>x</sup> gambarum molliter vehit. Praeterea minutos gressus<sup>y</sup> imitatur, vt<sup>z</sup> inter aulaces<sup>a</sup> vngulas ponat<sup>b</sup>. nam si extendere voluerit, offendit<sup>c</sup> in cumulum. Minutum<sup>d</sup> autem equus ambulans commodius vehit, et pulchrius videtur incedere. Potiones etiam hiemales aestiuasque conscripsimus, quibus aut<sup>e</sup> conferuetur<sup>f</sup> sanitas perpetua, aut vehemens<sup>g</sup> aegritudo<sup>h</sup> pellatur<sup>i</sup>.

XXIX. (I. 57.) Dum aestas feruescit<sup>a</sup>, haec potio animalibus commoda<sup>b</sup> est, quia humectat et refrigerat: Croci vnciam<sup>c</sup> vnā infundes in vino veteri, traganti<sup>d</sup> vncias tres infundes in aqua calida, his adiunges fasciculum viridis porri 1, item<sup>e</sup> fasciculum viridis<sup>f</sup> apii, herbae portulacae<sup>g</sup> succi heminam, lactis caprini sextarios tres, oua septem, olei rosei<sup>h</sup> libram, mellis vncias 3<sup>i</sup>, passi sextarium 1, vini veteris quod sufficiat<sup>k</sup>. ex quibus omnibus diligenter commistis atque contritis ad cornu per triduum sextarios singulos animalibus dabis. Alia quoque<sup>l</sup> refrigeratoria potio: Vini veteris sextarium, olei libram semis, oua tria, succi coriandri cyathum 1, lactucae succi<sup>m</sup> cyathum 1, solerter commisces<sup>n</sup>, et in tres diuides partes, daturus per triduum iumentis aestuantibus salutare remedium, tamen

t. monitus in iniuria S. M. quos monitus iniuriam Go.

v. et om. Go. deinceps vulgo inflexione.

x. vt statum moll. vehit Go.

y ingressus S.

z. et crura applicat, cum in terram S. M.

a. Vulgo aulices. Go. orilices.

b. ponatur Go.

c. offenditur, in quo magis minutim equus ambulat S. M.

d. Minutum Go.

e. vt Go.

f. feruetur S. M.

g. veniens S. M.

h. valitudo Go.

i. appellatur S. M.

Cap. XXIX. a. aestas feruescit

S. M. Vulgo aestus incanduit.

b. utilis S. M.

c. vncias tres S. M.

d. Vulgo draganti.

e. item om. Go.

f. apii virginis S. M. Go.

g. portulacae succum Go.

h. rasfaii Go.

i. IV. Go.

k. sufficit Go.

l. vero Go.

m. Ita pro lactucarum S. M.

Deinceps vulgatum solerter ex Go. correxi.

n. Ita pro admisces S. M.



men<sup>o</sup> eo momento quo<sup>p</sup> potionem defufurus es, per fingula animalia fingulas heminas aquae frigidae et recens<sup>a</sup> sumtae potioni debes adiungere.

XXX. (l. 58.) Hieme quoque potio ista praebetur: Vini veteris sextarios <sup>a</sup>, olei scilibrum, piperis vnciam 1, rudae viridis vncias 6, cerefolii<sup>b</sup> viridis vel<sup>c</sup> feminis ipsius vncias 3, traganti<sup>d</sup> vncias 3, feminis feniculi vncias 3<sup>e</sup>, baccarum lauri vnciam 1, mellis vncias 6<sup>f</sup>, oua quot volueris, et passi quantum vsus exegerit.

XXXI. (l. 59.) Vere<sup>a</sup> vero et autumnno haec detur potio. Costi femiunciam, cassiae fistulae vnciam<sup>b</sup>, Celticae<sup>c</sup> femiunciam, petroselinii femiunciam, betonicae femiunciam, glycyrrhizae<sup>d</sup> femiunciam, sagapini femiunciam, spicae Indicae femiunciam, saxifragae, eupatorii, meliloti, iris Illyricae<sup>e</sup>, ana femiunciam, centaureae, gentianae, aristolochiae<sup>f</sup> longae, ana vnciam 1,<sup>g</sup> amomi, aristolochiae<sup>f</sup> rotundae ana femiunciam, schoenanthos<sup>h</sup> femiunciam<sup>i</sup> asari, aloes<sup>k</sup> ana femiunciam, murræ vnciam, opopanacis<sup>l</sup>, radicis dracontae<sup>m</sup>, ana femiunciam, croci vnciam, traganti<sup>n</sup> vncias 6, castorei vnciam, absinthii Pontici fasciculos

F 2

culos

o. addendo hora, qua datur potio, heminam aquae frigidae S. M.

p. quod fuffurus es singulas hem. Go.

q. recenter sumptae.

Cap. XXX. a. 6 Go.

b. capullae S. M. carfolii Go.

c. lib. S. Go.

d. Vulgo draganti. Go. tracanti omittis vncias 3.

e. amborum tantunden addit Go.

f. duas S. M.

Cap. XXXI. a Vere — potio om. F. Go. et Codex alter Sambuci.

b. hemiunciam S. M.

c. sansuci spicae Indicae, saxifragae femiunciam, schoenanthos etc.

S. M. f. minis Go. deinceps verba betonicae — sagapini fem. omittit.

d. Vulgo glycyrrhizae.

e. iris illyr. om Go.

f. Vulgo aristolochiae.

g. iris illiricisem inserit Go.

h. squinanti Go. Vulgo schoenanthos.

i. (Draganteae femiunciam) addit S. femiunciam om. vt paulo antea ana femiunciam Go.

k. Vulgo aloes.

l. opop. radicis femiunc. opopantis vnc. i. dragantidis vnc. septem, cast. femiuncias S. M.

m. traganteae Go.

n. Ita pro drag. Go.

culos 2, haec omnia in puluerem redacta ad XII animalia<sup>o</sup> per triduum sufficere creduntur, ita vt cum vino optimo digerantur<sup>p</sup>.

XXXII. (I. 60.) (Alia<sup>a</sup> potio, quae omni tempore exhibetur.) Costi, meliloti<sup>b</sup>, hyssopi, iris Illyricae, astrolochiae<sup>c</sup>, sampfuci<sup>d</sup>, draconteae, asari, traganti, centaureae minoris<sup>e</sup>, marrubii, gentianae, spicae Celticae folia, aquis ponderibus misces<sup>f</sup>, redactaque in puluerem cernes. Sed si aestiuam dare volueris potionem, commisces croci<sup>g</sup>, mellis, et traganti quod sufficiat. Si<sup>h</sup> autem potionem facies hiemalem, addis<sup>i</sup> seminis piperis, apii seminis, et seminis sinapis. Vtroque autem tempore cum<sup>k</sup> boni vini sextario plenum cochleare miscetur, faucibusque<sup>l</sup> animalium diffunditur.

XXXIII. (I. 61.) De vrinae difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt, sed viatorium<sup>a</sup> istud, et physicum, et semper paratum<sup>b</sup> te scire conuenit. Lutum<sup>c</sup> ex cuiuscunque equi lotio factum vino permisces, colatumque per nares infundes, et confestim prouocat vrinam. Item allium conteres et in anum<sup>d</sup> iniicies, et veretrum mox egerit lotium. Item, puluerem quoque

thuris

o. coclearia S. M. per trid. om. Go.

p. misceantur S. M.

Cap. XXXII. a. Alia — exhibitur om. F. Go.

b. mellis — loti S. M.

c. Vulgo aristologiae.

d. sampfuci tragotidis asari draconteae Go. sampf. dyaganteae asari dragatidis S. M. Vulgo draconitii as. draganti.

e. vincidae Go. an violaceae? vt cap. 55. Nam glossarium violaceam interpretatur minorem.

f. miscens pulveriza, et si aestate dare S. M. redactasque omisso cernes Go.

g. zncari quantum sufficit et mellis Go. omittis et dr q suff.

h. Etsi in hieme S. M.

i. addis pip. sem. apii, semen sinapis Go. Vulgo apii.

k. potum S. M.

l. que om. Go.

Cap. XXXIII. a. in adiutorium istis physicum remedium semper S. M.

b. partum Go.

c. Potum S. M.

d. naribus S. M. in quo natibus latere putabat Gesner. manu mittes in feretrum qui minuturus (minuturus?) est inferes Go. Vulgo erat iniicies et veretrum, mox.

auris cum ouo vinoque permixtum, addito succo apii et caulium, si in<sup>e</sup> potione dederis, prouocabit vrinam. Item<sup>f</sup>, betas ac maluas ad tertiam decoques, ex quibus aquam calentem ad medium sextarium cum melle commifces, et per os digeres<sup>g</sup>, proderit minctioni. Item<sup>h</sup>, cimicem quoque viuum<sup>i</sup> in aurem equi mitte, et alterum<sup>k</sup> supra naturam in ipso foramine quo mingit confrica, facillimum certumque remedium est.

XXXIV. (I. 62.) Itinerum casibus subuenire cupientes, de pluribus<sup>a</sup> pauca, sed manifesta libabimus<sup>b</sup>. Nam animalia sub feffore<sup>c</sup> vel onere dolor ventris frequenter affligit ita<sup>d</sup>, vt volutentur et procumbant. Semen itaque rutae siluestris vel hortensis, si illa defuerit, diligenter tritum cum vino calido per fauces oportet infundi<sup>e</sup>. Praeterea aquam in qua vsque ad tertiam betae<sup>f</sup> decoctae sunt, succumque earum nitro trito solerter<sup>g</sup> admifces, oleique addes<sup>h</sup> heminam, tepefactaque in intestinum per clysterem diffundes<sup>i</sup>, cum prius pronum<sup>k</sup> animal statueris, vt iniectione ad interiora<sup>l</sup> perueniat<sup>m</sup>. quae si forte defuerint<sup>n</sup>, mel coctum cum tertia parte salis triti cogis<sup>o</sup> in pilulas, ita vt collyria ad oui magnitudinem facias, similiterque prono animali in intestinum vel quinque vel septem aut<sup>p</sup> nouem collyria inferere curabis. post quod<sup>q</sup> soluntur

F 3

venter

e. Vulgo *potionem*. Gesner in addendum censebat. Deinceps *provocabis* Go.

f. Item om. Go. deinceps *betas* Go.

g. *dirigit* Go. *ad cornu dabis*, statim confert. S. M.

h. om. Go.

i. *viuum* om. S. deinceps *eius* pro equi Go.

k. *in foramen viuae*. Certum remedium est. S. M. *facillimum* Go.

C. XXXIV. a. *plurimis* S. M. Go.

b. *dicamus* S. M. *libamus* Go.

c. *feffione* S. M. deinceps *ventris dolor* Go.

d. ita addidit S.

e. *diffundi* Go.

f. *blitae* Go.

g. Vulgo *sollerter*. Mecum S. Go. *solemniter* S. M.

h. *addas* Go.

i. *diff.* om. Go.

k. *stat veris pronum an. vt iniectione* Go. Vulgo *iniectionum*.

l. *intestinum* Go.

m. *decurret* S. M.

n. Ita pro *defuerit* S. M.

o. *coges* Go. *reducis* S. M.

p. *vel — coliria mittere cur.* Go.

q. *quod addit S. quae et resoluitur* Go.

venter et mitigatur<sup>r</sup> dolor. Item<sup>s</sup> physicum traditur, os limacis neque manu immunda neque terra neque dente contactum alligare umbilico dolentis<sup>t</sup>, curare continuo.

XXXV. (I. 63.) Plerumque dorsum animalibus aut fagma<sup>a</sup> laedit, aut fella, propter sternentis<sup>b</sup> negligentiam vel oneris iniuriam. quod in itineribus interdum necesse est euenire, sed recens tumor hac ratione curatur<sup>c</sup>: mallonem<sup>d</sup> ceparum vel ipsas cepas in feruenti aqua decoques, et calentes quantum corium valet sustinere, tumori superimpones<sup>e</sup>, et fascia ligabis. vna nocte omnis aufertur inflatio. Praeterea sal tritum cum aceto miscebis, additoque vitello oui<sup>f</sup>, loca quae tumere coeperint perfricabis, recens indignatio astricta<sup>g</sup> ficcabitur.

XXXVI. (I. 64.) Cui<sup>a</sup> curae est animalium salus, potionem superius declaratam, quam specierum numerus diapente<sup>b</sup> Graeco vocabulo nuncupauit. Gentianae, aristolochiae, murræ, baccarum lauri, rasurae eboris paria pondera diligenter trita atque permixta, domi, siue in itineribus prius condita<sup>c</sup>, habere oportet in promptu, vt quoties<sup>d</sup> moestum aut horridum videris animal, aut morbi alicuius labe<sup>e</sup> tentatum, statim plenum cochleare ex puluere memorato cum sextario vini optimi per fauces diffundas, et per triduum, etiam

r. mitigabitur Go.  
s. Item om. S. M. Physicum traditur ossium velos Go.  
t. et addit Go.

Cap. XXXV. a. Vulgo sarcina.

S. M. fagma.

b. Ita pro strauenti S. M.

c. pellatur S. M. compellatur Go.

d. malonem Go.

e. super expone Go.

f. et addit Go.

g. Ita pro destrieta S. M. sic. destri. Go.

Cap. XXXVI. a. Potio diapentem nominata superius in capitulo morbi tumidi praeterea haec est S. M.

b. Vulgo numero diapentem nuncupant Mecum Go.

c. dicta S. M.

d. aut addit S. vel horridum videris aut morbi Go.

e. labore temperaturum Go.

etiam<sup>f</sup> equo in labore constituto, digeras, vt aduersus virus internum subueniat. probata<sup>g</sup> curatio. Tuffienti<sup>2</sup> autem cum passi hemina<sup>h</sup> dabis, et statim sentiet curam. Si liber, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice vsque ad vngulas ex diuersis<sup>i</sup> auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, vt ordo, qui a<sup>k</sup> natura datus est, in medendi<sup>l</sup> dispositione seruetur, ne indigesta ac membrorum consequentiae<sup>m</sup> repugnans pagina quaerentem confundat aut tarded.

f. in lab. const. equo dabis S. M.  
equo om. et deinceps constitutum  
habet Go.

g. opprob. Go.

h. Ita pro heminam Go.

i. vniuersis — enucleatus Go.

k. antea S. M.

l. praesenti expositione Go.

m. consequenti — quaerenti Go.

---

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVLOMEDICINAE  
LIBER TERTIVS.  
(VVLGO SECVNDVS.)

---

PROLOGVS.

**M**ulomedicinae ars iamdudum<sup>a</sup> vitio cupiditatis et  
exiguitate mercedis, nullo studiosius<sup>b</sup> discente,  
collapsa est. Nuper<sup>c</sup> vero exemplo Hunnorum siue  
gentium aliarum artis ipsius etiam vsus intercidit<sup>d</sup>, dum  
homines refugientes expensas barbarorum consuetudi-  
nem imitari velle se simulant, et incurata animalia hi-  
2 bernis pascuis et negligentibus calonibus<sup>e</sup> dedunt. Quae  
res nulli compendium<sup>f</sup>, plurimis attulit damnum. Pri-  
mo quod Barbaricorum<sup>g</sup> animalium alia<sup>h</sup> natura, et  
ad omnem iniuriam durius corpus est. Deinde quod  
sic instituuntur a paruulis, vt nec potionem medicina-  
lem requirant<sup>i</sup>, et hibernis pascuis vigeant<sup>k</sup>, ac sine  
3 pernicie frigora pruinasque<sup>l</sup> sustineant. Nostra vero  
iumenta

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

- |                                    |                                 |
|------------------------------------|---------------------------------|
| Libri III. Prol. a. non dubium     | f. sed addit S, deinde dampnum  |
| Go.                                | Go. et Primum postea.           |
| b. studio finis S. M. studiosus    | g. Ita pro barbarorum S. M. et  |
| Go. deinde collapsa                | Go.                             |
| c. Ita pro Numquid S. M.           | h. Ita pro aliae naturae iidem  |
| d. Ita pro intercidet S. M. et Go. | libri.                          |
| e. Ita pro negligentiae casibus    | i. inquirant S. M.              |
| S. M. ex negligentia suprascr. ne- | k. degant S. M                  |
| gligentiae Go.                     | l. nivesque S. M. sustinent Go. |

iumenta et mollioris<sup>m</sup> generis sunt, et tectis frequen-  
tioribus aslucta, calidissimis<sup>n</sup> etiam stabulis imbuta,  
cum<sup>o</sup> indignationem ex aliqua necessitate contraxerint<sup>p</sup>,  
continuo<sup>q</sup> in aliquod genus incidunt morbi. Diligens  
itaque<sup>r</sup> paterfamilias, (si<sup>s</sup>) cum mortibus animalium  
suorum et cum medicinae expensis atque mercedibus<sup>t</sup>  
faciat rationem, intelliget, vnius vilissimi iumentiv<sup>v</sup> pre-  
tium ad multorum, quae sine dubio peritura sunt<sup>x</sup>, si  
curata non fuerint, salutem<sup>y</sup> posse sufficere.

## CAPVT I.

In vniuerso animantium genere caput obtinet princi-  
patum, quod eminentius caeteris, dominatum quen-  
dam circa loci<sup>a</sup> ipsius conditionem sortitur. In eo est  
odor, gustus, auditus, ac visus: quod quantum habet  
potestatis, tantum sustinet ex labore discriminis. Cau-  
sas itaque, ex quibus aegritudines generentur, et signa,  
per quae qualitas earundem possit agnosci, curas etiam,  
quarum medela sanitas reuocetur, per ordinem indi-  
care tentabimus<sup>b</sup>. Plerumque autem in corporibus<sup>3</sup>  
iumentorum indigestionis vitio<sup>c</sup> sanguis<sup>d</sup> corrumpitur:  
quod euenit cum [ex<sup>e</sup>] aestu vel frigore debilitata sunt  
membra, et noxii<sup>f</sup> sanguinis virus in caput se rapit.  
tunc enim repletis venis cerebri membrana distenditur,  
et somni salubritas<sup>g</sup> frequenter excluditur. Ex quo ne-

F 5 cessa-

m. melioris Go.

n. calidisque Go. recte, puto.

o. vbi si Go.

p. sustinuerint S. M.

q. om. S. M. pergit Goth. ma-  
teriali quod genus incurrunt morbi  
sine incidunt.

r. igitur Go.

s. si ex con. Gesneri addidi.

t. excidibz Go.

v. animalis Go.

x. essent S. M.

y. non addit Go. in quo sequun-  
tur Lemmata huius libri.Cap. I. a. subiecta loci ips. con-  
ditione S. M.

b. temptauimus. Plurimum Go.

c. vitiiis Go.

d. Ita pro et in capite frigus san-  
guis vertitur in virus S. M. verba  
sanguis — frigus sanguis om. Go.

e. ex om. S. M.

f. Ita S. M. pro et in capite fri-  
gus sanguis vertitur in virus. Go.  
conuertitur habet.g. Ita pro salubritatem fr. exclu-  
dit S. M. somni Go. deinceps idem  
imbecilitas.

cessario dolor capitis, moestitia et imbecillitas subit<sup>h</sup>. Quae valetudo et prima videtur et leuior, si velox medicina subuenerit.

II. Caeterum cum noxius sanguis membranam cerebri<sup>a</sup> ex vna parte pertuderit, et eandem<sup>b</sup> dolore nimio coeperit praegravare<sup>c</sup>, efficitur animal appiofum<sup>d</sup>: cuius et<sup>e</sup> mens hebetatur et visus. Nam cerebri incolumitas et oculos pascit et sensus. In qua passione quia<sup>f</sup> vna pars capitis praegravatur, tanquam ad molam<sup>g</sup> vadit in gyrum.

III. Cum vero medium cerebrum corrupti sanguinis virus infecerit<sup>a</sup>, animal freneticum redditur, vt repente saliat, et velut<sup>b</sup> effugere velit<sup>c</sup>, parietibus<sup>d</sup> se tanquam irregibilis impingat<sup>e</sup>, nec possit ratione aliqua contineri.

IV. Cardiacus<sup>a</sup> is est, cui cor dolet. Cardiacus<sup>b</sup> autem fit, quoties sanguinis illa corruptio stomachi vel<sup>c</sup> thoracis impleuerit venas, cerebrumque<sup>d</sup> percusserit, cor etiam pestiferi humoris labe constrinxerit<sup>e</sup>. Quae valetudo<sup>f</sup> mentis alienatione et corporis sudore monstratur, ex qua<sup>g</sup> difficillime liberatur.

#### V. Quod

h. *subsequitur S. M. Go. deinde valetudo Go.*

Cap. II. a. *Vulgo additum et omisi cum S. M. cerebri eximam partem Go. et pertunderit.*

b. *eadem S. M.*

c. *praegravauit S. M.*

d. *opiosum S. M.*

e. *et om. Go.*

f. *quia suppositis punctis delet Go.*

g. *vti equum aut malum rapit S. M. ita equi (suprascripto aequi) mulo addit nigrum Go*

Cap. III. a. *infestauerit S. M.*

b. *velut om. S. M. vt velit eff. Go.*

c. *velit — contineri om. Go. sed*

*habet post Cap. IV. contra S. M. omittit se tanquam — contineri et in fine Cap. IV. repetit.*

d. *quoque addit Go.*

e. *impingunt nec possunt rationaliter cont Go.*

Cap. IV. a. *Cardiacus F. om. S. M. Card. — dolet om. Go.*

b. *Cardica S. M.*

c. *et S. M. Go.*

d. *cerebrum concusserit S. M. conclusi dederit Go.*

e. *perstr. S. M.*

f. *Vulgo inducit — alienationem: sed S. M. om. inducit, et Go. plane necum facit, nisi quod alien. mentis habet.*

g. *Ita pro quo S. M. Go.*



V. Quod si appiosum<sup>a</sup> simul passio thoracis inuen-  
 rit, facit<sup>b</sup> continuo rabiosum. Ex ardore enim nimio  
 iecinoris<sup>c</sup> et sanguinis venae cordis neruique praefo-  
 cantur, ex qua constrictione fit dolor ipsius loci vsque  
 adeo, vt mordendo se comedat. Ex quibus valetudi-  
 nibus<sup>d</sup> si animal fuerit liberatum, et post curationem  
 aliqua pars cerebri fuerit imminuta<sup>e</sup>, vel tumor subcre-  
 verit, ineptum iumentum, pigrumque<sup>f</sup> redditur. et  
 in<sup>g</sup> illa parte capitis, vbi vitium remansit, difficile se  
 gyrabit, et ex eo<sup>h</sup> latere se parietibus iungit, et tarde  
 incedens, non sentiens plagam, ambulaturae<sup>i</sup> gratiam<sup>3</sup>  
 perdit, et<sup>k</sup> erit submisso capite, et cum stare coeperit  
 cum tarditate se mouet, minus etiam videbit, nec ci-  
 bum nec potum recusat. Quem si curare volueris,  
 cyclo<sup>l</sup> curabis. In omnibus autem<sup>m</sup> supra scriptis vale-  
 tudinibus primū<sup>n</sup> de temporibus minuendus est san-  
 guis, sed et de matrice aliquando tollendus. Cura  
 autem pene omnium similis<sup>o</sup> est; cuius ordinem se-  
 quentia declarabunt.

VI. Memineris autem omnes valetudines capitis,  
 praecipue veteres, periculosas<sup>a</sup>, cyclo oportere curari.  
 Cui haec obseruantia et ordo est adhibendus: Triduo  
 ab hordeo abstinebitur<sup>b</sup> animal, temperabitur etiam  
 mollibus cibus, post diem tertiam de dextra ac<sup>c</sup> sinistra,  
 prout aetas aut<sup>d</sup> vires vel validudo permiserint, de  
 matrice sanguis auferetur. Quo facto, per triduum<sup>2</sup>  
 viridi<sup>e</sup> cauliculorum ac lactucarum sustentabitur cibo.

et

Cap. V. a. *apiosum S. M. ra-  
 biosum Go. deinceps similis.*

b. *cont. rab. efficitur S. M. facit  
 om. Go.*

c. *iocin. Go.*

d. *valetudinibus animal liberatum  
 Go.*

e. *minuta deinde ineptus Go.*

f. *pigrum Go.*

g. *et illa pars S. M.*

h. *ipso Go.*

i. *ambulans grauiter pergit S. M.  
 ambulaturam Go.*

k. *et om. S. M. Go.*

l. *ex cyclo et belleboro cur. S. M.*

m. *autem ex S. M. addidi.*

n. *prius S. M. Go.*

o. *eadem S. M.*

Cap. VI. a. *periculoso cibo Go.*

b. *abstinebit S. M.*

c. *aut S. M.*

d. *aut om. Go.*

e. *inve S. M. Go.*

et post<sup>f</sup> primo vno die, a cibo eum<sup>g</sup> sustinebis et aqua. nono<sup>h</sup> autem die offas caulium cum liquamine et oleo optimo<sup>i</sup> temperatas non minus viginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo ter<sup>k</sup> in die. post  
 3 potionem bibere semper incipiat<sup>l</sup>. Si vero venter vehementer solui<sup>m</sup> inceperit, caulium offas<sup>n</sup> dare desistes<sup>o</sup>: et dabis paleas et furfures, ita vt sequente die<sup>p</sup> penitus nihil manducet, sed solam aquam percipiat ad bibendum, ac postero<sup>q</sup> die inducatur in cellam balnei  
 4 calidam, et sudet. Opus est autem diligentia vt reducatur<sup>r</sup> celeriter de calore, ne intercluso spiritu pereat: tunc extergetur<sup>s</sup> diligenter, vinoque et oleo largiter perfricatus accipiet cum<sup>t</sup> nitri puluere folia rasani con-  
 5 spersta, quantum commodum est. Postmodum cum radicibus cucumeris asinini viridis minutatim concisis oleum optimum misces, et<sup>v</sup> in vase nouo ita<sup>x</sup> decoques vt tertiam perdat. ex quo singulas heminas per capita animalium per triduum dabis, vt potio ventrem  
 6 resoluat. Sed si ultra modum fluere coeperit, lentikulam et hordeum pari<sup>y</sup> mensura friges, et de<sup>z</sup> his singulas bilibres per dies singulos cum furfure et paleis  
 7 dabis. Quinque itaque diebus operam refectioni<sup>a</sup> eius impendes, et leuiter exercebis, vt<sup>b</sup> intelligas<sup>c</sup> quantum vires corporis sanitasque profecerit. Post haec<sup>d</sup>  
 eum

f. Ita procibo. Primo vno S. M. ac a cibo post diem vnam eum abstin. Go.

g. et aqua abstinent. nouo iam die S. M.

h. Vulgo nouo. Go. nouo iam die offeras.

i. opt. om. Go.

k. ita vt secunda die S. M. Go.

l. incipere Go.

m. soluere Go. vehementius S. M.

n. offeres Go.

o. desistis Go. deinceps sed om. S. et S. M. Vulgo sed. postea paliis Go. aut furf. S. M.

p. die om. Go.

q. postremo S. M.

 rior, et periculum creat<sup>e</sup>. Collyrium vero omnem callositatem fistulae de alto a radice eius eximit. Quod si os fuerit vexatum, quod oporteat radi, patens vulnus post<sup>f</sup> medicamenti curam non potest impediri. Si vero in alto tabes aliqua vel neruus aut cartilago remanserit, ex eodem collyrio puluerem facies, et frequenter iniicias. Omnia enim vulnera elimpidat atque perfanat.

XXVIII. Interdum ad similitudinem synanches animalibus fauces et caput interius intumescunt, adeo ut bibere aut manducare non possint. Cuius totum caput<sup>a</sup> et os et lingua aqua calida fomentatur, et taurino felle perlinitur. Potio autem datur huiusmodi ad<sup>2</sup>  
 cornu. Olei veteris libras 2, vini sextarium 1<sup>b</sup> commisces, nouem<sup>c</sup> quoque Caricas cum nouem capitibus porrorum decoques, et diligentissime conteres, et in  
 H 2 aqua

b. Ita pro *syringotomio* Edd. *syringotomio* Goth: *cum rasorio* S. M. Morgagni, Platner, Io. A. Fabr. et Gesner.

c. Ita Goth. pro *praer*.

d. Ita pro *astalticis* Go. *causticis* S. M.

e. Ita pro *creant* Go. *creatur* malebat Gesn.

f. Ita pro *per* Go. deinde *impedire*. Vulgo legebatur: *vexatum quod — radi patens vulnus, per sine distinctione*.

Cap. XXVIII. a. *caput* ex Go. addidi.

b. Pergit hinc Corb. et *commiscibus* habet.

c. *ofo* S. M.

aqua ipsa nitrum Alexandrinum tritum quantum<sup>d</sup> sufficit miscebis<sup>e</sup>, et ex his omnibus potionem mane et ad vesperum heminas singulas dabis, vt tumoris<sup>f</sup> ipsius  
 3 relaxetur<sup>g</sup> et mitigetur asperitas. Manducet autem herbam viridem, aut quod melius est pascatur. Quae<sup>g</sup> si defuerint, farinam de hordeo facies, cui nitrum admiscebis, et sic appones<sup>h</sup>. Foenum quoque molliissimum eliges; quod nihilominus nitro et aqua consper-  
 4 ges. Sanguinem non detrahas, nisi forte de palato despumes. Cum coeperit conualescere, nitrum tunsum et cribratum pulueri<sup>i</sup> de radicibus cucumeris [asini<sup>k</sup>] siluatici commisces; in<sup>l</sup> vini sextarium i cochleare pulueris ipsius iunge<sup>m</sup>, vt huius potionis vi resolu-  
 5 luto ventre purgetur. Alii<sup>n</sup> auctores tumorem capitis ac linguae vel faucium, etiamsi obdurauerit, ita festinantes propter periculum curare nituntur: lapides molares plures igne succendunt; cum candere coeperint, caput equi cooperiunt, et vas plenum lotio sub ore et naribus adponunt<sup>o</sup>, et per vices singulos candentes lapides in lotium<sup>p</sup> immittunt, vt ille vapor ac fumus, a<sup>q</sup> calore lapidum concitatus, os equi et nares im-  
 6 pleat. Nam<sup>r</sup> et fustem transuersum, vt apertum os habeat, debet accipere. Quod cum diutissime feceris, aquam marinam calefacito, vel certe salem in aqua<sup>s</sup> dulci miscebis, feruendoque<sup>t</sup> dissolues; addito aceto acerrimo, caput eius et<sup>v</sup> os et gingiuas diutissime confricabis. Postea fimum bubulinum<sup>x</sup> cum arci aceto  
 misce-

d. quod C. G.

e. Ita pro *misces* C.f. *tumores* — *relaxentur* C.g. *quae* om. C.h. Ita pro *adponis* C.i. Ita pro *pulueres* C.k. *asini* om. C. et Goth.l. Ita pro *et. vini sextarium cochlearia* Corb.m. *iungas, vt hac potione C. iunge et hac potione resoluta* G.

n. Hinc ad fin. cap. om. S. M.

o. Ita pro *supponunt* Corb.p. *lotio mittunt* C.

q. a om. C.

r. Ita pro *impleat, et fuste* ex Corb. Gesn. *nam si steteris visum apertum* Goth.s. *aquam dulcem* Corb. *salinam quam dulci* Go.t. Ita pro *feruendoque dissoluis* ex C. Gesn. *fomento* Goth.

v. et om. C

x. *bubulum* C.

miscabis, et tepefacies, ex quo caput totum<sup>y</sup> frontemque et labia perunges, tunc farinam hordeaceam cum aqua tepida sufficienter pro cibo dabis et potu.

XXIX. Quod si ex<sup>a</sup> pletura sanguinis tumor ille indignationis euenerit, ita intelliges, si venis tensis obturabitur<sup>b</sup> auditus<sup>c</sup>, et oculi sanguinei apparebunt. cui de temporibus, si non tumbent, aut certe de palato, si ibi indignatio non erit, sanguinem oportet auferri. Cretam<sup>d</sup> Cimoliam duabus partibus, et tertiam partem cretae nigrae ex vino aufero temperabis, et dum calet<sup>e</sup>, illinis caput.

XXX. Sciendum est autem tubera in corporibus frequenter excrefcere, quae Graeci oncomata<sup>a</sup> vocant. Horum variae qualitates et<sup>b</sup> diuerfa sunt nomina. Steatoma<sup>c</sup> est tuber, quod in se adipem vel<sup>d</sup> pinguedinem continet. Meliceris<sup>e</sup> est tuber, in quo caro inspissata<sup>f</sup>, quomodo in verrucis, inuenitur. Aneurysma<sup>g</sup> est tuber, in quo sanguis conspiratus<sup>h</sup> vberis venae similis inuenitur. Atheroma<sup>i</sup> est tuber, in quo farinosa<sup>ii</sup> congeries reperitur. Ganglion est tuber, quod<sup>k</sup> fit ex duplicatione nerui, similis tubero<sup>l</sup> cum dolore immobili. Horum omnium vna est curatio. Iumentum<sup>m</sup> colligatum deponitur, et<sup>m</sup> contra locum causae sagitta

H 3 aut

y. et frontem et labra perungues. Cui Corb.

Cap. XXIX. a. Ita pro ex sanguine Corb.

b. venis fessis Go. praebdurabitur C. praebt. S. M. Go.

c. Ita pro halitus F. M. et Go. auditus vel auditus S. M.

d. Hinc ad finem capitis om. S. M.

e. cadet C. forte candet conii- ciente Gefn.

Cap. XXX. a. intomata F. S. oncomata S. M. oncomata C.

b. sed C.

c. stechatoma F. S. stephiloma S. M. stetatomaon C.

d. velut S. M. C.

e. Melicaceps S. M.

f. conspissata C.

g. aneurysma F. S. aneurysma G. aneurysma S. M.

h. conspicitur vberis bene C. vt vberis venae G.

i. atheroma F. S. adheromata C.

Hinc lacuna in C. ad c. XXXVII.

ii. farcimiosa S. M.

k. quod om. S. Glation Goth.

l. Vulgo tubero et postea tuberrum.

m. et om. S. deinceps circa locum aut S. M.

aut scalpello in longum dextra ac sinistra pro mensura tumoris aperitur, ita ut media fasciola cutis, quae supra tuber est, intacta permaneat. Post<sup>n</sup> egestis vel euerfis omnibus, quae tumorem mouerant, medicamentis competentibus, et<sup>o</sup> quae supra declarata sunt, perducitur<sup>p</sup> ad cicatricem.

XXXI. Si iumento lingua fuerit incisa, statim eam<sup>a</sup> fibulis confuito, deinde vino lauato, post gallam tundo et puluerem cernito, ex eo imponis, donec sanetur. cui dabis foenum mollissimum concisum, et pro hordeo furfures. Alii<sup>b</sup> postquam fibulas acceperit<sup>c</sup> linguaque vino fuerit elota, mel imponendum esse duxerunt: ut plagam purget et curet. Ad vltimum ex malo granato puluerem iniecerunt.

XXXII. Si iumento loculamenta<sup>a</sup> dentium [id<sup>b</sup> est gingiuae] vel dentes doluerint, his<sup>c</sup> agnoscitur signis: hordeum solidum glutiet, macescit, saliuarum plurimum effundit, gingiuae intumescunt. Cretam Cimoliam cum aceto acerrimo macerato, et calentem extrinsecus maxillis inducito ne minus quinque diebus: gingiuas autem interius cum puluere corticis<sup>d</sup> mali granati et melle tertia die diutissime confricato, donec egesta sanie conualescat. Quod<sup>e</sup> euenit, cum humor acrior ex capite in maxillarum defluerit venas.

XXXIII. Quod si animal iuxta collum vel<sup>a</sup> molares vel alio oris loco os fregerit, ut morsum claudere non possit, et apertis dentibus horreat propendentibus labris,

con-

n. Hinc ad finem omitt. S. M. egestis vel crassis omnibus — mouerunt. medicamentis omnibus, et quae — perducitur Go.

o. Ita pro ea Go.

p. Ita Go. pro produc.

Cap. XXXI. a. Vulgo euis.

b. hinc omitt. S. M.

c. Vulgo acceperint.

Cap. XXXII. a. loca S. M.

b. inclusi ut glossam.

c. hiis F.

d. corticis om. Go.

e. Haec retrahenda erant et ante Cretam ponenda.

Cap. XXXIII. a. vel om. Go.

continuo calida fomentabis, et labrum et quae sunt disrupta componis, fasciola tenuissima aceto et oleo madefacta<sup>b</sup> diligenter vniam partem, deinde alteram eompingis ad locum, et similiter fasciato, ne iterum dissipetur: Cui et curcumam<sup>c</sup> constrictam oportet<sup>2</sup> imponi, ne deprauet dentes et labia<sup>d</sup>. Cum solueris ad curandum, manu quae ante composueris contineto, sursurem et farinam hordei mixta in cophino ad manducandum dabis, ita vt quamdiu manducat, manus tua a loco, quem continet, non recedat. Cum iam manducare noluerit, offero ei aquam, vt bibat. Cum biberit, curato similiter, vt supra scriptum est. cui et succum ptisanæ<sup>e</sup> conuenit dari, si minus fortasse manducauerit. Quem tali obseruatione per dies quadraginta curatum restitues sanitati.

XXXIV. Iumento narium cartilago si corrupta sit, et sanguis reprimi non possit, spongiam Afram<sup>a</sup> et thuris masculi pollinem commixtum impone ad locum qui laesus est, et si vulnus factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato. Interdum animal<sup>b</sup> despumatum<sup>2</sup> remissus semel de palato sanguis non potest reprimi, propter quam necessitatem, sicut supra scriptum est, in loco, in quo sagitta ruptum est<sup>c</sup> palatum, spongiam imponis, caputque eius sursum constringe, et aqua frigida renes cerebrumque testiculosque perfundis. Quae<sup>3</sup> res si tardius subuenit acaciam<sup>d</sup> nigram et thuris pollinem aequis ponderibus ex aceto acerrimo temperabis, totumque caput illinies, donec sanguis ipsa constrictio-  
ne claudatur.

H 4

XXXV.

b. et inserit S.

c. Vulgo corbem. F. M. crumenam. crumenam vel curcumam S. M. crumenam Go.

d. Et inserit S. M.

e. per nares addit S.

Cap. XXXIV. a. vstam S. M.

b. An Graecismus est? Debebat certe animali despumato Go.

c. tactum S. M.

d. aciam S. M. vulgo acatiam. In fine Goth. sanguinet ipsa con-  
fricatione.

XXXV. Mature periculum creat, cum incisa vena claudi non potest in palato; sed continuo<sup>a</sup> sanguinis profluuium inhibetur, si aut candenti cauterio fuerit meatus ille combustus, et suspensum altius caput. Cum per nares sanguis defluit, nec potest aliter retineri, coriandrum viridem sufficienter tundes, succumque eius expressum, substricto equo, naribus infundes, frigore naturali venas protinus claudit. chartam etiam et lanam combures, ipsumque puluerem per fistulam insufflabis naribus.

XXXVI. Mucorum etiam qualitates, qui per nares effluunt, conuenit nosse; ex quibus genus passionis ostenditur, et causa cognita facilius curari potest. Mucus limpidus cotidianus est, et nisi nimius<sup>a</sup> fuerit, non debet esse suspectus. Crassus autem et candidus a cerebro defluit, et admonet ad medelam capitis festinandum. Rubens, tenuis, frigidus, veteris perfrictionis<sup>b</sup> prodit iniuriam. Propter quod thermanticis<sup>c</sup> potionibus calefieri animal oportet. Coeruleus, id est, fuscus, leuis<sup>d</sup> ab interioribus venit, qui indicat febrem: et ideo conueniens lexi-pyretos<sup>e</sup> adhibenda curatio est. Crassus autem, spumofus et pallidus a pulmonibus nascitur, qui suspiriosos<sup>f</sup> ostendit: quibus difficile, nisi festinatum fuerit, subuenitur. Fabaceus vero a glandulis serpit, quae celeriter aut eximendae sunt, aut ferro curandae, ne conuertantur in morbum.

XXXVII. Saepe ictu vulneris animalibus per nares san-

Cap. XXXV. a. cont. profluit sanguis. prohibetur autem, si S. M. Accepit interpolator τὴν continuo, pro perpetuo, ut solent barbari Gesn.

Cap. XXXVI. a. ita recte S. M. minus al. a. G.

b. perstrict. S. M. rubius — perfrictionis Go.

c. tragmanticis S. M.

d. leni S. M.

e. leptomeris S. M. leptixoros adhibenda Go. Vulgo. leptiperefis id est, piritan.

f. suspiriosus ostenditur S. M. suspiriosus orditur G. qui et supra eruditur pro ostenditur. Idem deinde saulcius vero omisso ferro.

sanguis fluit, quod vitium cyferion<sup>a</sup> vocant, quod praecipue contingit, si equus ultra vires agatur ad cursum. omni<sup>b</sup> corpore oleo et aceto perungendum est animal, ac loco tepido statuendum, cooperiendum etiam diligenter, dandaque<sup>c</sup> opera, ut molliter cubet, nec ad deambulandum cogatur, sed cibo diligentius reparetur<sup>d</sup>. tunc erucæ<sup>e</sup> vnciam 1 cum lacte conteres, et per cornu naribus infundes. Quod si eruca<sup>e</sup> defuerit, aristolochiae vnciam<sup>f</sup> 1, croci semiunciam<sup>g</sup> cum vino dulci conterito, et deicito<sup>h</sup> per nares. Similiter coriandri viridis succum exprimes<sup>i</sup>, et naribus infundes.

XXXVIII. Si polypus oritur in naribus, praecluso spiramine strangulabitur, stertet, humidi profluent muci. periculosa<sup>a</sup> passio, nisi haec medicina subuenerit. Si prope polypus<sup>b</sup> fuerit, acutissimo excabitur ferramento, curandus<sup>c</sup> his rebus, quibus circumcisa sanantur. Si vero altius fuerit, cauterium plumbeum quadratum facies, ex quo calefacto polypum frequenter inures, et sic polypum sanas.

XXXIX. Iumentum si fuerit fideratum, his agnoscitur<sup>a</sup> signis. Labia eius et maxillae nec non etiam nares [eius<sup>b</sup>] deprauantur in parte<sup>c</sup>, ita ut vix cibaria dentibus inlidat<sup>d</sup>. Quae etiam humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere, os vsque ad nares demer-

H 5

get

Cap. XXXVII. a. cyferion S. cyferion G. qui in titulo habet curformo. Idem deinde cogatur pro agatur.

b. unde oleo S. M.

c. illanda quoque C.

d. temperetur S. M.

e. rutæ C. et S. M.

f. vnciam mediam S. M.

g. vnciam vnam S. M.

h. om. C. iniice S. M. coniecto G.

i. exprimens nar. C.

Cap. XXXVIII. a. periculosa

passio, nisi haec med. subuenerit C. peric. passio est, si haec medicina non subuenit S. M. Vulgo pericula passionis plurima haec — subuenit.

b. polypofus C.

c. curandus C. et cura his diebus S. M. Vulgo ferramento. Curandum.

Cap. XXXIX. a. agnoscetur C. cognoscitur G.

b. eius om. C.

c. partem C. G.

d. conlidat G. oelligat C. S. M.

get in aquam; quia infirma sunt labia, quibus haustus<sup>e</sup>  
 2 attrahitur<sup>f</sup>. Aceto et sale lingua eius et labia diutissime  
 perfricantur, donec sanguis emanet<sup>g</sup>. Tertia die cau-  
 sticum crudum in illa parte labii imponis<sup>h</sup>, quae sentit<sup>i</sup>  
 iniuriam, cum cautela, vt prius alliges linguam, ne  
 medicamento violentia noceat. Cum medicamento la-  
 bia perusta<sup>k</sup> videris<sup>l</sup>, aqua lauabis, deinde aceto et  
 oleo fouebis, sicut alia vulnera, et<sup>m</sup> hac ratione cura-  
 3 bitur<sup>n</sup>. Si vero maxillam siferatam habuerit et tor-  
 tam, haec<sup>o</sup> est cura. De temporibus partis ipsius san-  
 guinem detrahes<sup>p</sup>, finum bubulum<sup>q</sup> acerrimo aceto  
 permiscebis<sup>r</sup>, et diutissime decoques, et<sup>s</sup> parti tempo-  
 rum, ex qua sanguinem extraxeris, calidum induces<sup>t</sup>  
 saepius, vt exsiccet<sup>v</sup> et curet, hac<sup>x</sup> vsus<sup>y</sup> potione.  
 Trixaginem<sup>z</sup>, hyssopum siluaticum, origanum, ser-  
 pillum, aristolochiam, mannam croci<sup>a</sup> pro aequis pon-  
 deribus<sup>b</sup> contundito atque cribrato, ex quo puluere  
 plenum cochleare cum aqua mulsa, oleo et vino per  
 narem sinistram ad vnam heminam<sup>c</sup> quotidie oportet  
 infundi.

XL. Conuenit de ceruicis curatione dicturo obser-  
 uationem indicare flebotomi: quia circa ea<sup>a</sup> loca fre-  
 quenter operatur. Detrahturus sanguinem animal a  
 cibo abstinebis et potu, aequali loco<sup>b</sup> constitues.  
 tunc

- e. angustus spiritus S. M.  
 f. (vide) inf. S.  
 g. Ita pro emanat C.  
 h. impones C.  
 i. sensit C.  
 k. deusta C. S. M.  
 l. peruidebis C. peruidebis G.  
 p. unxeris S. M.  
 m. et om. C.  
 n. sanabitur C.  
 o. haec est cura om. C. et tor-  
 tam omitt. G.  
 p. detrahes F. S.  
 q. bubulum C. bubulinum G.  
 r. miscebis C.

- s. partim ex aqua sanguinem de-  
 trax. C.  
 t. inducis F. S.  
 v. et siccet C. exsiccet S. M. Vul-  
 go exsiccetur.  
 x. Hinc om. S. M.  
 y. vsurus C. G.  
 z. Traxagine yssopum C. traxagi-  
 nem G.  
 a. crocum C. mannam omitt. G.  
 b. partibus C. cribellato — cum  
 aqua et vino per narem G.  
 c. eminam hic et al. C.  
 Cap. XL. a. ea om. S.  
 b. solum inf. S. soli Corb.



tunc<sup>c</sup> lorum supra ceruicem alius teneat, et<sup>d</sup> adstringat ad normam, vt vena facilius appareat. Deinde supra laqueum<sup>e</sup> de sinistrae manus pollice venam deprimes<sup>f</sup> ne ludat<sup>g</sup>; cum<sup>h</sup> sagitta tangas<sup>i</sup>. Duae autem venae a capite summo descendunt, et conueniunt se sub maxillis vsque ad gulam; inde a geminis venis inferius quatuor digitis ferramentum deprimis<sup>k</sup>, ne in gulam mittas, et bifurcum tangas, et iumentum occidas statim<sup>l</sup>. Sagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas<sup>m</sup>, quam extra digitos eminebat. Nihilomi- 3  
nus etiam mediano digito manum tuam moderando suspende, vt sit leuior; ne vehementius imprimas quam oportet. quia non plus debet quam inuero descendere. Si parum apte profluat sanguis, iumento foenum dabis, aut aliquid quod manducet. Agitatione maxillarum plus sanguinis vena profluat,

XLI. Si iumentum ceruicem eiecerit aut laxauerit, aut certe vertibula<sup>a</sup> eiecerit vel extorserit, hac ratione curabitur. Deponito iumentum<sup>b</sup>, atque constringito, et ceruicem eius extendito supra fossam, donec omnia vertibula laxentur. Post oleum vetus et axungiam<sup>2</sup> veterem tursam colatanque permisce, et cum calefacto eodem vnguento ceruicem diligenter infundis, in<sup>c</sup> locum reponis, et fasciam tenuem et amplam ex oleo tepido et vino madefactam alligabis ad corpus. Lanam<sup>d</sup> quoque succidas ex oleo et vino infusas supra 3  
con-

c. Hinc omittit S. M. deinceps vulgo locum.

d. atque constr. C. stringat vt apparent norma facilius Go.

e. lacum C.

f. Ita pro deprimas C.

g. eludat malebat Gesn.

h. Ita pro tum C. Go.

i. tangitur C.

k. deponito Go.

l. Vulgo occidas. Statim fugit-  
tam.

m. imprimat Go.

Cap. XLI. a. Vulgo vertibulas.

b. in terram addit S.

c. et superpone stupam infusam oleo tepido et vino ligando optime S. M.

d. vel etiam lanam succidam, quae melior est, et superpone ascel-  
las quatuor digitis latis lino obuolu-  
tas, et liga decenter, et si aestas  
fuerit, quater in die suffundes  
S. M.

connectes<sup>e</sup>, post regulis<sup>f</sup> oleagineis non minus quatuor digitis, ita vt tantum spatii sit inter regulas alligatas et connexas, et lino constringes. Et si aestas fuerit, quater in die suffundis; si hiems, bis. Cum modum<sup>g</sup> fecerit, regulas solues. hoc die quinquagesimo et primo; post vnctionibus vteris<sup>h</sup>; donec ad sanitatem perducas. Si tardius confirmabitur<sup>i</sup> vres-reticulatim et solenniter vsta curabis.

XLII. Si iumento malandria de ceruice auferre volueris, ita facies. Candentia prius cauteria prae-  
parabis; deinde ferramento decarnabis sic, ne nervos tangas; et venulas quascunque videris emittere sanguinem, aduris, vt possit cruoris fluxus inhiberi. Caue<sup>a</sup> autem, ne cauteriis plus aduras, et indignatione nervorum periculum facias, Post auxungia veteri ceruicem perfricabis, et fascia munies. Sequenti quoque die cataplasma imponere incipies ablataque<sup>b</sup> ferunta lotio calido fouebis, deinde aceto et oleo dilues, et medicamentis aptis curabis. Si iam videris cicatricem pilos reuouare, puluerem ex canino capite combusto et adipem suillum recentem permisces, et inducis: ex quo medicamento et sanitas consequitur, et pilorum redit<sup>c</sup> ornatus.

XLIII. Si ceruix destillationem patiat, tumidior videbitur quam oportet; foetorem habebit canceraticum

e. Ita pro connectes Go.

f. Ita pro regula soleagineis Go. nisi quod solliagineis habet.

g. nodum malebat Gesn. i. e. cum coierit firmiter.

h. veteribus Go.

i. confirmabitur, vris reticulatim, et solenniter v. c. Go. Vulgo confirmabit vres, regulatim et sol.

b. ablato feruore S. M. ablata a loceo — fouebis et deinde Go. Pro ferunta, cui corruptionis notam apposuerat Faber, omissam a Sambuco, aut legerim feruntam h. e. plagam, a cauterio factam: aut feruuram h. e. vulnus ex vstione. Certe ablata ad cataplasma refero, quo verbo etiam feminino genere vtuntur Semibarbari: feruntam vero, vel feruuram quarto casu ad fouebis adiungo.

c. comburito — redibit Go.

Cap. XLII. a. caue — facias om. S. M. cauteriis vras et ex indignat. S.

ticum cum humore nigro et liquido. cuius foramina scrutaberis diligenter, ne vltius inter neruos aut armosinum<sup>a</sup> destillatione fecerit, Quod si accidit, pauca<sup>2</sup> hinc difficulter euadunt. nam his signis discrimen<sup>b</sup> ostenditur; fridet de<sup>c</sup> pectore, et per nares humorem liquidum proiicit. hac ratione curabis. Foramina de super<sup>d</sup> marrubio et sale pariter contuso implebis atque calcabis; subter<sup>e</sup> autem cataplasmate appposito laxabis. Et si loci conditio patietur, diaeresin<sup>f</sup> dabis, vt foras per plagam<sup>g</sup> humor emanet<sup>h</sup>. Tertio quoque die calida vrina lauabis, deinde<sup>i</sup> traumatico et pannis lineis limpida et depurata<sup>k</sup> vulnera sanare incipies, cuius compositio talis est: erui<sup>l</sup> pollinis sextarium, iris Illyricae vncias 2, thuris masculi vncias 2, miscebis, et facies cephalicum<sup>m</sup> medicamentum, quo vteris ad consummationem medelae.

XLIV. Quod si iumento scapulae fuerint dissolutae, diligenter inspicias<sup>a</sup>; ne quas inter neruos et commissuras pendigines faciat; quod si inueneris, quacunque parte plagas accipere<sup>b</sup> poterit, cataplasmatibus mollire, et scalpello vel cauterio aperire curabis, vt sanies illa collectionis<sup>c</sup> egeratur. Foraminibus<sup>d</sup> autem traumaticum et linteola sicca calcabis<sup>e</sup>. Si quod inter neruos<sup>2</sup> foramen factum fuerit cautissime curato, ne vltius  
aut

Cap. XLIII. a. arnos sit S. M. amorosinum Go. Vulgo armosinum destillationem.

b. discr. om. C.

c. in S. M.

d. de supra C. proiiciet atque hac ratione Go.

e. subter C.

f. dieresim F. S. diaresim S. M.

g. ita C. et S. plagas al. a. G.

h. sic C. et S. emanat al. a. G.

i. deinde om. S. M. dein C.

k. depurgata vul. C. curare G. Vulgo purata iam.

l. herbi pollinem sext. C. herbi polline G.

m. saliscum medicamentum, quod vteris vsque ad consummationem C. Vulgo erat consumtionem.

Cap. XLIV. a. inspicias si ne quas C.

b. accipiunt S. M.

c. Ita pro atque collectio desluat S. M. C.

d. in foraminibus autem traumaticum linteolo sicco calcabis S. M.

e. Ita pro dabis etiam Corb. Ita c. 43.

aut ferrum aut cauterium<sup>f</sup> procedat, neque putorem<sup>g</sup> neque putredinem lauis, sed magis ficcis omnibus curare<sup>h</sup> festina. Nam<sup>i</sup> omnis humor destillationi praestat augmentum. Quum incisa vel vsta duxerint cicatricem, pro<sup>k</sup> confirmatione in vltimo causticum imponitur.

XLV. Si arnos laeserit<sup>a</sup>, in medio crure vtroque<sup>b</sup> soluentur venae, et puluere<sup>c</sup> thuris cum eo qui profluit sanguis<sup>d</sup> copiose<sup>e</sup> immisto arni liniantur<sup>f</sup>. Quod si plus profluat, quam necesse sit<sup>g</sup>, stercus ipsius iumenti fluentibus imponitur<sup>h</sup> venis, et fasciis alligatur<sup>i</sup>.  
 2 Postero quoque die quasi epaphaeresis<sup>k</sup> fit, et ex eisdem locis sanguis detrahitur<sup>l</sup>, atque similis<sup>m</sup> in omnibus cura procedit. Ab hordeo abstinabitur<sup>n</sup>, foeno sustentabitur<sup>o</sup> exiguo per triduum. deinde porri succi<sup>p</sup> tres cyathos, et<sup>q</sup> olei heminam miscebis, et per cornu  
 3 faucibus infundes<sup>r</sup>. Post sextum diem lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, mittatur in piscinam vel flumen aut mare, vti natet, cum spartea<sup>s</sup> et pannis<sup>t</sup> vincto pede. postea<sup>v</sup> firmioribus cibus ad faginam pristinam reuocandus est<sup>x</sup>. Si leuiter dolebit, vino et oleo tepefacto perfricetur in sole: si validius dolebit, ventum

f. cauterio procedat C.

g. tumorem S. M. et C.

h. curabis C.

i. Omissio Nam S. M. et C. Quis humor destillationem praestat ad augmentum

k. in confirmationem in vltimum imponetur causticum C.

Cap. XLV. a. Ita S. M. pro arnos laesus erit. Etiam C. laeserit habet.

b. Ita ex Col. dedi pro vtraeque. Corb. omittit. vtriusque S. M.

c. Ita C. puluerem F. S.

d. Ita pro sanguine C.

e. Ita pro copiosissime C. et Go.

f. lineantur F. S. linuntur C.

g. est C.

h. imponetur C.

i. alligatus C. alligabitur G. qui paulo ante profurit.

k. Ita C. apoferesis F. S.

l. detrahatur C.

m. similes in omni masera proci-det C.

n. abstinere eum Goth.

o. sustentato exiguum Goth.

p. succi addidi ex S. succum C.

q. et additum ex C.

r. infundis Goth.

s. Ita cum Morgagni Gesn. sparcia F. S. spartia C. In Goth. est vt flumen (i. e. aut flumen) — cui et parora — munito pede, et post.

t. pene vinctum pede C.

v. post C.

x. est addit Corb.

tum<sup>y</sup> in armum mittito sicque<sup>z</sup> pertundito a summa iuba infra digitos octo, ne cartilagineum tangas. Et cum inflaueris, ferula vel virga molli armum<sup>a</sup> caedito, sale et oleo perfricato ipso die, postero tracta<sup>b</sup> vteris: cuius haec erit compositio: simulae sextarios duos, si<sup>5</sup> defuerit<sup>c</sup>, pollinis triticei sextarios duos, cum aceto acri et<sup>d</sup> cum tribus ovis miscebis: sed ouorum solum album mittes. adicies etiam pulueris thuris vnciam semis. quae omnia manu subigis<sup>e</sup>, et in armos inducis, et per dies multos armum aqua calida cum flore foeni fouebis diligenter, vt mollescat, tractam<sup>f</sup> quotidie imponito, et prius quam vngatur, quotidie<sup>g</sup> de vino puro armum lauato, deinde<sup>h</sup> additurus vnguentum: baccas lauri selibram, olei sextarium, vini<sup>i</sup> boni sexta-<sup>6</sup> rium, nitri vncias 3, sed nitrum et baccas lauri in puluerem rediges, et cribrabis. Ex quo in sole, cum<sup>7</sup> calida armus fomentatus fuerit, inungatur ex tepido, et diutissime confricetur. Post synchrisina<sup>k</sup> ad curandos armos inducitur, et cum melius habuerit natatum mittito. Quod si eiecerit, iuxta consuetudinem ad rotam<sup>l</sup> armum reponito, et supra scriptis medicamentis curato. Si non senserit, vltimum est vt vratur. Armi<sup>8</sup> doloris haec sunt signa: pedem priorem tentum<sup>m</sup> quasi rigidum a foris extrahit. sed conuenit inspicere diligenter vtrum ex percussura vel casu coeperit causa<sup>n</sup>; et<sup>o</sup> si ex percussura<sup>p</sup> fuerit, prius<sup>q</sup> locis suis reponenda sunt membra, et sic reliqua facienda. Quod si ex humore  
vel

y. vinctum farinam suprascripto  
varinum Goth.

z. Ita Goth. Vulgo atque. Goth.  
pertundito.

a. aurium Goth.

b. Ita ex coniectura Gesneri  
ledi pro tracta.

c. Ita Goth. pro defuerint.

d. et om. G.

e. subiges Goth.

f. Vulgo tractam.

g. Ita S. M. Vulgo est mollescat

tractam quotidie imponito, de vino  
puro. Nisi quod et ante priusquam  
addidi.

h. deinde addidi ex S. M.

i. vini b. sext. om. S. M.

k. Vulgo synchrisina.

l. ad totum G.

m. Ita S. M. alias tantum.

n. Ita S. M. eam alias.

o. quodsi S. M.

p. Ita S. M.

q. prius om. Goth.

vel sanguine armi grauabuntur, sanguinem emittis a pectore, vel<sup>r</sup> vnctionibus vteris.

XLVI. Genu<sup>a</sup> vel basim si emouerit<sup>b</sup>, ad tormentum<sup>c</sup> rotae vel machinae<sup>c</sup> locis suis eiecta restitues<sup>d</sup>, lauiam succidam ex oleo et aceto infusam imponis, et alligabis ex more, tertio die solues fomentabisque; post resinam induces et piculam<sup>e</sup>, ad vltimum malagmate<sup>f</sup> vteris aut caustico.

XLVII. Impulsu axium vel rotarum in circo vel in aliis locis varietate casuum animalibus crura franguntur aut coxae vel articuli, in qua necessitate si extra cutem fractura<sup>a</sup> ossis eruperit, hoc est, si exerxi<sup>b</sup> fecerit, difficilem noueris et prope insanabilem curam. Similis desperatio est, si coxam fregerit aut acroteria<sup>c</sup>, aut supra gambam; insanabilis est casus, quia non recipit ligaturam. Si vero fractura sit sine vulnere in his locis, quae constringi possunt, hac ratione curabis. Primo fracturam recompones, et fasciis<sup>d</sup> mundis scissilibus infusis ex vino et oleo conligabis: insuper lanarum munimenta coniunges, et regulas circumduces; iumentum autem in canterio<sup>e</sup> vel in scalis vel in suspenso loco, ne<sup>f</sup> fractura flebiliter commueat, cui quotidie mane et ad vesperam suffundes<sup>g</sup>, tertio die solues, et expleta cura-

r. vel om. Goth.

Cap. XLVI. a. Si basim exierit, ad torculari mitte et sic locis S. M.

b. Vulgo femorerit.

c. macinea G.

d. et addit S.

e. picem liquidam malebat Morgagni.

f. malagma F.

Cap. XLVII. a. fractum os S. M.

b. Ita Gesner coniecit legendum esse pro exbercen, Goth. exbersen. Comparat Hippocraticum εὐνεργειν i. e. σύγκλεισιν.

c. ecroceria F. et S. margo F. S. acrocolia. Goth. acrocolli. Caelio Acut. I. II, 94. Crura porcina, quae Graeci acrocolia vocant. Celso 2, 23 sunt trunculi, monente Gesnero.

d. Ita recte Gesner pro fascies, mundis auctore Morgagni.

e. canterio S. M. canterio alii a. Gesn.

f. vt fractura velut leuiter F. et S. sed margo utrobique cum Gesnero. aut fracturam velut leuiter commoueat Goth. vnde malim vt fracturam vel leuiter commoueat.

g. et vespere suffundis G.

curatione ligabis. Quinto quoque vii aut ix die eadem facies<sup>h</sup>, donec corpus inducat. Post haec adicies<sup>3</sup> muscum de vitice<sup>i</sup>, aut falicis radicem, et ova cruda quinque, verum non regulis, vt prius, sed circumductis ferulis alligabis. die tertio solues et fomentabis, de resina et axungia perunges: vbi<sup>k</sup> cura profecerit, malagina<sup>l</sup> vel causticum inducis, non ante tamen permittis stare iumentum, quam dies quadraginta praetereant. hoc autem tempus est, quo diuisa vel fracta solidantur.

XLVIII. Plerumque in genibus, vel articulis aut phlegmone<sup>a</sup> oritur, aut marmora<sup>b</sup>, aut mallones<sup>c</sup>. Quae vitia ex malo humore generantur, et passionem cum deformitate tumoris ostendunt: sed ista distantia est, quod phlegmon<sup>a</sup> tuber<sup>d</sup> est molle, marmor duritiam ostendit ex nomine, mallo inflatus tuber est sine dolore. quibus recentibus potest facilius subueniri. Primo<sup>e</sup> lanam succidam ex oleo et aceto induces, contra aquam frigidam et currentem animal constitues. post sine ferro hac ratione curabis. Sinapis et falis Alexandrini  $\Theta$  4, aceti cyathos 2, axungiae veteris libram, simul conteres et induces, post diem tertium soluis. Si aperturam fecerit, spongiam cum aceto et asere<sup>f</sup> imponis, vulnera styptico curabis. Praeterea locum, quem curare volueris, inducto psilothro<sup>g</sup>, decaluas, Radicem filicis et eruum et ficus Afras<sup>h</sup> contun-

h. facias G.

i. vitice S. M. et filicis radice G.

k. nisi G.

l. Pro reliquis huius capituli S. M. hoc facies per dies quadraginta, et sic solidatur.

Cap. XLVIII. a. Vulgo phlegmon.

b. marmoreum S.

T. IV. P. 1.

c. mallon S. M. malones Goth. et deinceps malon.

d. tumor est mollis, marmor ostendit mallon inflatum S. M.

e. sect. 2. 3 omittit S. M.

f. assa foetida margo Goth.

g. Ita Goth. pro psilothro. Margo psilothro. Correxerat iam antea Gesnerus.

h. Ita pro aphros Gesn.

tundes in pila et induces in panno, per triduum ligatum  
 4 patieris manere. Alii<sup>i</sup> radicem filicis et eruum<sup>k</sup> cum  
 axungia veteri et aceto acerrimo putant oportere  
 misceri. [Item<sup>l</sup>] cineris quoque de foco uncias 3,  
 calcis viuae uncias 6, vino subigito ad crassitudinem  
 oxymellis, et antequam obdurescant, tubercula obline.  
 5 Quod si assidue in recenti feceris passionis molestia, sic-  
 cabuntur<sup>m</sup>; si vetustiora sint, punctis subtiliter inuran-  
 tur, ne nervi<sup>n</sup> igne vitientur. Talis quoque compo-  
 sitio spargere phlegmonen<sup>o</sup> asseritur. Rhododaphnes<sup>p</sup>  
 uncias 3, bituminis, nitri ana uncias 3, axungiae ve-  
 6 teris colatae uncias 3. Plerique dixerunt cauterio cu-  
 prino candenti duobus punctis debere perrumpi<sup>q</sup>, et  
 phlegmonen effundi, licinio<sup>r</sup> quoque intorto cum  
 axungia et aceto et oleo loca, de quibus mucus<sup>s</sup> eie-  
 ctus fuerit, satiari<sup>t</sup>: per foramina etiam vffionis len-  
 niscum trahi debere, vt quidquid humoris est, egera-  
 7 tur. Post haec cataplasma ex<sup>v</sup> foenugraeco et vino<sup>x</sup>  
 confectum inducis, cum<sup>y</sup> vsta ceciderint et tumor rese-  
 derit, lenniscum<sup>z</sup> eximis, traumatico curabis, ad  
 8 vltimum causticum inducis. Alii sagitta pertuso corio  
 phlegmonen<sup>a</sup> effundunt, et lanam madidam cum aceto  
 et lasere<sup>b</sup> plagis inserunt; sic spongiam cum pusca acri  
 et lasere<sup>b</sup> supra vulnus imponunt: tertia<sup>c</sup> die soluunt,  
 lanam eximunt, et tetrapharmaco curant quinque diebus  
 vel

i. Tolle S. M.

k. herbam S. M.

l. Item — vitientur om. S. M.  
 Item om. Goth. hinc inclusi.

m. Ita Goth. pro feceris, passio-  
 nis — siccabitur.

n. Vulgo ne vi et igne. Goth.  
 nervi et igne. margo: alii veni.

o. Vulgo phlegmon.

p. sic S. M. Rhododanes F. et S.  
 Rhododammum Goth.

q. Ita pro praerumpi Gesner.

r. licineo a. G. paulo antea  
 phlegmon vulgo.

s. Ita pro uniscus Gesner ex  
 coniect. Morgagni mucro Goth.

t. sanari S. M. satiari Goth. de-  
 inde lenniscum tritici aut quicquid  
 Goth.

v. Vulgo et.

x. lino S. M.

y. combustio donec ceciderit S. M.  
 induci cum vstum ceciderit Goth.

z. lenies cum remoues reliquis  
 omissis S. M.

a. Vulgo phlegmon.

b. Vulgo lasare. recte Goth. qui  
 verba plagis — lasare omittit.

c. tertio Goth.



vel septem. Si vero marmor habuerit<sup>d</sup>, ex quo validius  
 claudicet, et vix flectat articulos, inurendus est leuiter<sup>e</sup>.  
 Cui post feruntam malagmam<sup>f</sup>, quae cupressina appel-  
 latur, oportet imponi. ex qua curatione sanitas reddi-  
 tur,<sup>g</sup> et<sup>h</sup> deformitas permanet. Si autem mallon<sup>h</sup> in 10  
 genibus vel articulis excreuerit, continuo curam adhi-  
 beri oportet, ne neglecta passione deformitatem tumor  
 augeat, vel obduratione diuturna conuertatur in mar-  
 mor. Aperies in pedibus siue genibus dextra ac fini- 11  
 stria vel ferro vel cauterio cuprino, sicut superius decla-  
 ratum est. lemniscum traicies cum aceto et sale et oleo,  
 et<sup>i</sup> supra cataplasma imponis, donec feruor desinat,  
 et saniem faciat. Post purgatis vitiis, lemniscos exi-  
 mis, et traumaticum imponis, et ternis diebus in-  
 terpositis solues, et medicamentum renouabis, donec  
 sanetur.

XLIX. Si aquatilia in articulis vel in gambis fuerint,  
 rigido ferro omnino non sunt tangenda; ne abun-  
 dantia humoris iumento discrimen importet. Sed vtend-  
 um est scarificatione subtili, et detractio sanguinis;  
 post quae lanis<sup>a</sup> calidissimis, tam cum aceto quam cum  
 optimo sale tunso et oleo vel<sup>h</sup> axungia per dies quin-  
 que conliganda sunt loca. Si tardius haec cura pro- 2  
 ceperit, vtendum est feruentissimo caustico, vt faciat  
 fistulas. Alia<sup>b</sup> quoque ratione sanantur, si fletam<sup>c</sup>  
 qua tinctoros vtuntur, et salem pro dimidia parte com-  
 misceas, lanamque succidam ex aceto alliges, post  
 liem tertium soluturus. Si aperturam fecerit, farinam  
 ordeaceam ex melle coctam cum lini semine et foenu-

I 2

graeco

d. om. S. habuerunt Goth.

e. linitur Goth

f. Ita vulg. malagma corrigebat  
iesn.

g. at malebat Gesn.

h. malon Goth.

i. Vulgo vt,

Cap. XLIX. a. Ita pro lanis  
valid. habet S. M. clarissimis G.

b. reliqua cap. om. S. M.

c. quae sit fleta, qui tinctoros?  
nec inuenio, neque comminiscor.  
Gesn. Sed recte Goth. tinctoros.  
deinde foenugraeco pro foenugraeco.

- graeco inducis, ad vltimum malagma crudum impones.
- 3 Praeterea atramentum futorium<sup>d</sup>, gallulas minutas, et alumen aquis ponderibus tunsum cum axungia miscebis, addito puluere mali granati, nitro et aceto; quae in commune decocta vitium, si adiungatur<sup>e</sup>, emendat. Ficus siccae cum sinapi contusae mixto aceto imponuntur. Post diem tertium soluto medicamento, si tardius profecerit, eadem cura renouatur. Cum melius habere coeperit, alecem<sup>f</sup> impone articulis.
- 4 Alii opopanacem cum farina hordeacea coctum in modum cataplasmatismis imponunt. Nonnulli fabam fractam in aqua decoquunt, et mixto melle deterunt, et in panno inducentes curant. Ad vltimum malagma cupressinum imponunt. Plures calcem viuam et cineres ex melle et vino commiscent, et ozaenis frequenter
- 5 imponunt. Ad vltimum caustico vtuntur. Quae genera curarum, et posterioribus pedibus adhibenda veterum censet auctoritas. Vfus inuenit, addito sale et aceto ciliciis<sup>g</sup> ozaenas defricare, donec cruor aut tumor emanet. Quae obseruatio etiamsi non persanauerit, sequentes tamen adiuuat curas.

L. Interdum reumatici iumentorum interdum ventosi sunt pedes: quae vitia nunquam tangenda sunt ferro, sed exsiccanda per malagma vel causticum, et aliquando vrenda leuiter per venas, vt cauteriis<sup>a</sup> meatus, qui humorem suscipiunt, angustentur, et constringantur, vt<sup>b</sup> pro tempore afferant medicinam: quia in<sup>c</sup> totum, etiamsi intercisae et adustae sunt venae, non poterit talis causa sanari.

LI.

d. scriptorium in hac re commendat Eumelus Hipp. 2. p. 113. a. Ruell.

e. debet adiungantur, emendant. In Goth. est vitium supponat. deinde mixto cum aceto.

f. allicem S. Vulgo alliecem. Deinde opopanacem — doctam Go.

g. cibus ozim Go.

Cap. L. a. cauterii F. S. nobiscum S. M. supernas pro per venas G. idem malagma dedit pro malagmas.

b. (meatus) inf. S.

c. si in totum et intercisae et adustae S. M.

LI. Impetigines quoque in articulis vel genibus inter neruos commissuralibus locis aliquando nascuntur, et fit vlnus simile rhagadio, et non facile sanatur, nisi stalticis vel stypticis rebus, non sine alligatura, vel interdum adustione curetur. Malagmas quoque convenientes oportet imponi.

LII. Vrigines<sup>a</sup> etiam in pedibus, cruribus vnguibusque vel sub armis aliquando generantur, quas quidam dulcedines vocant; habent similitudinem scabiei. Quae cum se diffuderint, pedes exulcerant ad similitudinem leprae, et vrgente prurigine animalia sibi partes illas corrodunt, vel alternis pedibus confri-cando vulnerant. Quod vitium a<sup>b</sup> crudo vel putrido humore consuevit generari, et idem curatur detractione sanguinis, vnctionibus et purgationibus ventris. si radix cucumeris siluatici cum nitri puluere misceatur infusa per fauces, humores pessimos purgat.

LIII. Podagra vero nonnunquam solet occupare iumenta, cum hominum vitium transit in pecudes: cuius passionis haec sunt signa. nec stare potest, nec ambulare, sed si cogatur, claudicat, et saepe se proiiciet, sicut indigesta ex hordeo animalia faciunt, quae<sup>a</sup> propter dolorem non coquunt cibum. et ideo fit horridum, et corpus eius calebit, venae etiam extabunt, natura submissa erit, in pedibus sterco haerebit propter nimium eorum calorem, sicut subtritis solet euenire. Cui proderit, si non sinatur accumbere, sed minutim deambulet loco sicco, donec sudet; multorum manibus confricandum est, vt vehementius sudet. sanguinem ei detrahes a capite a superioribus venis, sed non multum. sequenti die de posterioribus locis detrahes supra  
I 3 talos.

Cap. LII. a. Vulgo Vrigines.

Cap. LIII. a. Forte leg. quia---

b. acritudo humorum consuevit coquit Gesn.  
generare, et ideo curantur S. M.

talos. tertio de gambis vel de sub ipsis dolorum locis.  
 4 Memineris semper parum oportere detrahere. Aquam  
 calidam dabis in potu, in qua adicies puluerem nitri,  
 et triticeam farinam, pollinem<sup>b</sup> quoque thuris aceta-  
 bulum plenum in vino maceratum infundis, et triduo  
 5 per nares singulas cotylas. betas<sup>c</sup> etiam excoques, et  
 aquam earum ad tres cyathos suffundes, et exercebis  
 eum singulis diebus. ventrem quoque eidem expur-  
 gabis vt auferatur humor pessimus, qui descendit in  
 6 venas. Hoc genus purgationis adhibebis: thymi ace-  
 tabulum plenum in vino veteri dulci macerabis, et sin-  
 gulas cotylas per nares eidem infundis, foenum viride  
 adponis: quod si defuerit, ficcum nitro aspersum dabis:  
 si nihil profecerit, castretur, et vitio carebit. nam pod-  
 agra raro vexat eunuchos.

LIV. Orthocola<sup>a</sup> etiam iumenta vel stillosa dicun-  
 tur, quae contractionem neruorum patiuntur in pedi-  
 bus, et de capitibus vngularum calcant, et sunt rigi-  
 dis<sup>b</sup> articulis, vt planas vngulas in terram ponere non  
 2 possint<sup>c</sup>. Quod vitium nascitur ex enormitate onerum  
 et labore confragosarum viarum. sed hac ratione curan-  
 tur: sanguinem ei de sub cirro vel de coronis detrahes,  
 vngulas bene compones, pollinem ex hordeo et resina  
 cum axungia decoques, et ter<sup>d</sup> in die perunges. te-  
 pida quoque aqua<sup>e</sup> in qua verbenae decoctae fuerint,  
 3 confouebis, et tota eius cura acopo perfricabis. Post<sup>f</sup>  
 dies quinque cataplasmas eum ex polline hordei et lini  
 femine et foenigraeci<sup>g</sup> aequis partibus ex vino deco-  
 ctis<sup>h</sup>: cataplasma imponis in omnibus cruribus ante  
 acopo

b. reliqua cap. om. S. M.

c. bleetas G.

Cap. LIV. a. *Articulosa* S. M. In titulo de *Articulis*, in textu *arthicula* Goth.

b. Ita S. M. pro *rigidi articuli* *plenas* nisi quod et habet.

c. Vulgo *possunt*.

d. *lanum die* S. M.

e. Vulgo *aqua* deest. *quoque aqua verbenae decocta cum fuerint* G.

Vulgo *verbena decocta fuerit*.

f. Reliqua om. S. M.

g. Vulgo *foenigraeco*. Goth. *foenigraeci*.

h. *decocta cataplasmas* Goth.

acopo perunctis ab articulis<sup>i</sup> vsque ad genua: quae loca lanis succidis munies et fasciabis, et ter. in die paulatim incedere facies. Si hoc non profecerit, malagmam<sup>4</sup> hanc articulis<sup>i</sup> eius imponis. Ammoniaki<sup>k</sup>, galbani, opopanacis, medullae ceruinae lib. 2; resinae terben-  
tinae vncias 2, apochymatis<sup>l</sup> libram, resinae frixae libram S. oleum vetus quod sufficiat, lento igne decoques et colabis, impones in aluta<sup>m</sup> per dies plurimos omnibus pedibus, donec sani sunt. Sed necessaria festinatio est, quia sic solent remanere si tardius cura praestetur<sup>n</sup>. Alii vero vrendos censent paulatim in ar-  
ticulis, sed raro etiam prodest ista medicina.

LV. Animalium vngulae asperitate ac longitudine itinerum deteruntur et impediunt incessum. Ex tor-  
tura<sup>a</sup> quoque, si in aspero vel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cursum, indignationes oriuntur. Postremo etiam si nulla causa praecesserit, otiosa in stabulis ex collectione humorum incipiunt claudicare. Opor-  
tet<sup>b</sup> autem solum vngulae celenter aperiri, vt per inferiores partes apostemata digerantur<sup>c</sup>, ne eruptionem super coronulas faciant, et difficile ac tardius<sup>d</sup> cura procedat. Cuius haec sunt signa: Pedem priorem<sup>3</sup> planum (non<sup>e</sup>) ponet; quod si suspendere videris gres-  
sum, vt diligentius intelligas causam, vngulam subra-  
dis, et locum quem videris nigriorem, digito pulsabis, si cesserit in dolore, et maturum fuerit, aperies, et saniem emittis. pendiginem circuncides ad viuum.<sup>4</sup>

I 4

ex

i. Ita correxit cum Morg. Gesner vulgatum *auriculis*.

k. Vulgo *Armeniaki*. Goth. *Armoniaki*. Recte margo Io. A. Fabricii.

l. Ita margo I. A. F. vulgo *apochymatis*.

m. Ita corr. Gesn. vulgatum *alutam*. Goth. *ablutam*.

n. Vulg. *praestitur* corr. Gesn. *profertur* Goth.

Cap. LV. a. *contusione* S. M. voluitne *contorsione*? Est graece *στέμμα, χάλασμα*.

b. *oportet* — *procedat* omittit S. M.

c. Ita Goth. pro *apostema* *digeratur*.

d. *tardior* Goth. sequens *cura* om. S.

e. *non* addidi.

ex oleo roseo et aceto et sale cum stercore ipsius linteola  
 imponis, animal calceabis<sup>f</sup> tertio die soluis. si caro  
 5 excreverit, gramen decoques cum oleo et impones. Si  
 videris carnem ipsam nigrescere, inspicias ne aliquam  
 fracturam habeat, neque<sup>g</sup> clauum aut lapidem acutum,  
 aut spinam. propter quod fomentis et resina vtaris, vt  
 possit educi, Cum purum videris vulnus, traumati-  
 6 cum impone. Post quod adiiicies fuliginem siccam.  
 Cum autem compleueris curam, resinam remissam<sup>h</sup>  
 et sulphur imposito. Quod<sup>i</sup> si adhuc in alto apostema  
 fuerit, hordeum vel fabam in aqua decoques, et exinde  
 fomentabis, vt exinde ad maturitatem possit adduci.  
 7 Subtritos pedes fomentabis aqua calida, axungiaque  
 veteri perunges. deinde testacandenti decoquis, oleo  
 post et sulphure pariter contrito lamina<sup>k</sup> candente leui-  
 8 ter vres<sup>l</sup> per triduum. Si vero contuderit, sanguinem  
 de corona emittes, et calida fomentabis, axungia  
 veteri perunges, ouinum quoque sterces cum aceto per-  
 miscebis, et imponis, quamuis alii caprinum efficacius  
 credant.

LVI. Si iumentum ad aperturam pulmunculum  
 fecerit, scias totum solum, hoc<sup>a</sup> est assem, hac ra-  
 tione tollendum. vngulam subradis, deinde inter com-  
 missuram calcis et assis in circuitu incidis, subleuabis a  
 parte priore, et solum calcis retrouersus expelles; vbi-  
 cunque pulmunculus fuerit, radis ad viuum, et adii-  
 cies linamentum<sup>b</sup> ex oleo et aceto et sale et stercore  
 ipsius [imponas] et calceas, tertia die soluis et tollis.  
 2 post hoc fomentabis<sup>c</sup>: farinam hordeaceam, resinam  
 et

f. calciabis F. S. canciabis S. M.  
 calcabis Goth.

g. aut S. M.

h. tenuissimam S. M.

i. quod — fuerit om. S. M.

k. Ira pro lana Gesner ex III,  
 4, 38. III, 4, 8.

l. inures Goth.

Cap. LVI. a. hoc cum hac S. M.  
 in aperturam — totum hoc osse a se  
 hoc Goth.

b. Vulgo lanam. S. M. linimen-  
 tum. Goth. lanamentum.

c. ferruginabis S. M.

et acetum decoques, per triduum impones; hoc enim medicamento etiam fracturam curabis, si frequenter apponas. post etiam traumaticum cum linamento<sup>d</sup> impone et cum corpus fecerit, corium mali granati et bitumen Iudaicum ex aceto decoques, et impones triduo, et cum solueris, iterum impone, donec obdurescat in cornu<sup>e</sup>.

LVII. Si exungulauerit iumentum, cura difficilis, sed profutura, si non egebit industria: papyrum candelarum purgatam subtiliter carpis, intingis in oui crudi albamento, circa nudatum pedem in circuitum pones, panno et fasciolo superligabis, post diem tertium soluis, fomentabis farina frumentacea, resina, aceto et melle pariter decoctis, interdum lomentum<sup>a</sup> pro farina mittis. Si vulnus non erit purum, vino<sup>2</sup> tepido lauabis, linamenta<sup>b</sup> cum melle impone: cura purgaueris<sup>c</sup>, traumatico vteris. Cum autem duxerit cicatricem, corium fabae<sup>d</sup> cum pelle ceruina combures, ex melle temperabis, addito puluere bituminis Iudaici et mali granati cum aceto: alternis diebus medicamentum renouabis, donec cornu vngulam faciat. Ad vltimum sparteam<sup>e</sup> veterem contundes, ex aceto<sup>3</sup> in olla noua decoques, ex quo vngulam obdurescentem obuolues, et ad plenam reuocas sanitatem. Si suffusiones pedes patiantur, ficus siccas cum sale pro aequa parte contunde<sup>f</sup>, et vngulis impone.

LVIII. Animalibus exiguae<sup>a</sup> vngulae crescunt, vel attritae reparantur, si allii capita 7, rutae<sup>b</sup> manipulos 3,

I 5

alu-

d. Vulgo liniamiento.

e. corium S.M. Paulo ante soluit G.

Cap. LVII. a. Iumentum F. sterens S. M. quod recte reicit Rhodius Lex. Scribo. h. v.

b. Vulgo liniamenta.

c. Vulgo purgauerit. cf. cap. 60. lit. e.

d. fove cum melle quod vino coniungis, et S.M. fauae cum melle cum vino G.

e. sparciam editi a. G.

f. editi a. G. contonde.

Cap. LVIII. a. exungulae Goth.

b. ruti F. ruti manip. 4. Goth.

aluminis tunsi et cribrati vncias 7, axungiae veteris pondera 2, stercoris asinini plenam manum commisceas ac decoques et vtaris. Prudentius consilium est, pedum tueri sanitatem, quam passionem curare. Corroborantur autem vngulae, si iumenta mundissime et sine<sup>c</sup> stercore vel humore stabulentur, et roboreis 2 pontilibus<sup>d</sup> (stabula) consternantur. Articuli quoque vel suffragines post iter calido<sup>e</sup> foueantur vino. Naturaliter autem molles vngulae solidantur, si hederæ feminis duas partes et aluminis rotundi vnam partem pariter contundas, et calceatis<sup>f</sup> pedibus per multos dies inducas. Item subtritis pedibus prodest, picis liquidæ selibram, aceti heminam, salis libram, hederæ foliis quantum sufficit pariter contundis, et laboranti 3 quotidie pedes perunges. Mollissimæ vngulae hoc vno medicamine, quo potentius nihil est, assolent indurari: lacertum viuum viridem in ollam nouam mittis, adicies olei veteris libram 1, aluminis scissi, (bituminis)<sup>g</sup> Iudaici selibram, ceræ libram, absinthii tunsi 4 selibram, et decoques cum lacerto. Cum fuerit resolutum, calentia vniuersa colabis, abiectisque ossibus et purgamentis liquatum medicamen in ollam remittes, et cum vngues indurare volueris, vngulam subradis, et factum vnguentum in cannam viridem mittes, adhibitis carbonibus, prope feruens per cannam instillas vngulis: prouisurus ne coronam tangas aut ranulas<sup>h</sup>, sed<sup>i</sup> his exceptis, in solo et in circuitu solidaturus vngulam confricabis. Memineris autem vngulas excresecendo renouari, et ideo interpositis diebus<sup>k</sup> vel singulis mensibus talis cura non deerit, per quam naturæ emendatur infirmitas.

## LIX.

c. et ex Go. addidi; sine om. S.  
 d. Ita pro *pontibus* Goth. et coniecerat Gesner. *stabula* de meo inserui.  
 e. *calida fov. et vino* S. M.  
 f. *calciatis* a. Gesn.  
 g. *scissi* ex Goth. addidi; dein-

ceps *bituminis* de meo et Gesneri coniecit. inserui.

h. *ramulas, quæ excresecendo renouantur* S. M.

i. Ita pro *si* Goth. et coniecit. Gesner.

k. an deest numerus? Gesn.



LIX. Animalium dorſa vt laboris plurimum ſentiunt, ita diligentius ſunt curanda<sup>a</sup>. Exceptis enim his, qui deputati ſunt circo, reliquum mulorum, equorum aſinorumque genus ſub fellis aut ſagmis ſolo tergo præſtat officium. Vnde laudabilior induſtria eſt, quæ incolumitatem tuetur, quam quæ cupit læſa curare<sup>b</sup>. Nam diligentia defendit a vitio, ſi centones vel ſaga<sup>a</sup> primum ſufficientia deinde mollia imponantur, et lota<sup>c</sup> atque ad tempus diligenter excuſſa, ne aliquid ſordium<sup>d</sup> aut aſperitatis inhaereat, quod ſub pondere inulceret<sup>e</sup> pellem. tunc<sup>f</sup> ſagmarum vel fellarum menſura cõueniens, et apta qualitas debet adhiberi. Si<sup>3</sup> enim iſta minora fuerint vel maiora, anguſtiora, vel vltra modum lata, vel quæ non congruunt, grauiter nocent. Hinc enim colliſiones, ſuppurationes apoſtemataque naſcuntur, cum nimis locus inaequali premitur pondere, vel diſcentes<sup>g</sup> tracturam mercurius aut ſpina deteritur. Ipſorum<sup>h</sup> quoque ponderum, etiamſi in ſtratis nulla ſit culpa, enormitas nocet, et ideo temperanda eſt menſura, ne inferat vulnus.

LX. Quod ſi dorſum ſedentis iniuria tumere iam coeperit, in recenti ſtatim mallonem cepearum, id eſt calamos<sup>a</sup> ſiccòs, vnde faſces dependent<sup>b</sup>, in aquam<sup>c</sup> feruentiſſimam mittis, et aliquamdiu maceratum, calidum ſuper tumorem impones, faſcia conſtringes, vel cordiſcum ſuperimpones, vna quoque nocte manere patieris. abſque ſuppuratione palpabitur tumor. Quod<sup>a</sup> ſi clauum fecerit, farinam hordeaceam cum foliis caulium contundis pariter, et tepidam impones. Cinerem quo-

Cap. LIX. a. ſcrutanda S. M.

b. curare S. M. cepit Goth. Vulgo curari.

c. lata S. M.

d. Ita pro ſordidum emend. Gefn.

e. exulceret S. M.

f. forte tum G.

g. vel diſcendens fractus incurvz

S. M. In Goth. eſt: locus inaequalis premitur vel diſcendentes tracturam. Vulgo locis inaequalibus.

h. Ita Gõ. pro pondere.

Cap. LX. a. calurnos S. M. mallonem — calurnos G.

b. rependent S. M.

c. quam S. ſph.

quoque cum oleo miscebis, et inducis, quam diu clausus cadat: cum ceciderit, lipara<sup>d</sup> utere cum minutissimis pannis, vel mel cum linteolis: cum vlcus purgaueris<sup>e</sup>, Lycio<sup>f</sup> percurabis.

LXI. Si pulmunculus natus fuerit in dorso, difficile est eum medicamentorum appositione<sup>a</sup> ficcari: sed si paruulus fuerit, cautare et praecipue cuprino aperiendus est, ut sanies quam collegerat<sup>b</sup>, egeratur: tunc curandus est, sicut moris est vltia curari. sed commodius est, pulmunculum decussatim<sup>c</sup> ferro secare et eximere, ita ut pellem admodum praecidas, ne cum cicatricem duxerit, inueniatur epidermis<sup>d</sup>: oleum, acetum et salem continuo addis in plagam, et ne nimius sanguis erumpat, stercus ipsius vulneri superponis, et colligabis; die tertio<sup>e</sup> folia caulium tunsa cum oleo et aceto imponuntur per dies quinque. Cum iam ducere cicatricem coeperit, Lycio<sup>f</sup> curabitur.

LXII. Si vero fecerit vulnus, indulgebis otium, ut diligentius<sup>a</sup> curetur, et recepta sanitas confirmetur indiciis, nec imponendus est labor, qui rescindat adhuc teneras cicatrices. Sanatur autem<sup>b</sup> vlcus, si gallas Syriacas combustas cum melle superimponas. Pulveres quoque corticum pini et florem<sup>c</sup> calcis viuae aequo pondere miscebis, et vulneribus inspergis. Pilulas quoque cypressi tunsas et cribratas, et cortices quercus tritos et in puluerem redactos mittis. Praeterea ossa sepiarum et testas etiam ostrearum in puluerem rediges, et

d. *lyppara* F. *lippara* G. *lyppa* S. M.

e. Ita pro *purgauerit* S. M. *curaberis* Go. pro eo habet.

f. *licio* edd.

Cap. LXI. a. (*cuvare vel*) inf. S. b. *colligerat* edd. a. G. *quam collecturam fecerit* G.

c. *denfatum* S. M.

d. *epidarimus* F. *epideriderinus* S. M.

e. *postero* S. M.

f. *licio* edd. ante Gesn. hic et cap. antec. *lotio* Goth.

Cap. LXII. a. et inf. S.

b. *omne* S. M.

c. Vulgo *flos*. Deinde pro *ostrearum* Goth. *bestiarum*.

et aerei quoque vasis fuliginem pariter miscebis, quae bene tunsa si frequenter asperferis, siccatum vulnus ducet celerius cicatricem.

LXIII. Quod si pili tardius crescunt, vipam testudinem supra sarmenta combures, et cineres eius in nouum cacabum mittes, additis vnciis 3 aluminis crudi, medullae<sup>a</sup> ceruinae quod sufficit, et<sup>b</sup> vino infuso decoques. et diebus plurimis imponis. reuocare pilos creditur. Puluis de fabis<sup>c</sup> combustis vel de lupinis crudis vel de foliis fici<sup>d</sup> combustis, seu<sup>e</sup> cominixtus superponitur<sup>f</sup> assidue. Quod si nulla praecedente causa decidunt<sup>g</sup> pili, spicam<sup>h</sup> nardi et uuas passas pariter tundes, et ex<sup>i</sup> aceto decoques, calidumque medicamentum glabro<sup>k</sup> corpori impones.

LXIV. Si album pilum nigrescere cupias, atramenti futorii<sup>a</sup> scrupulos 7, rhododaphnes<sup>b</sup> fucci<sup>c</sup> scrupulos 4, seu<sup>d</sup> caprini quod sufficit, pariter temperabis et vteris.

LXV. Si e diuerso albos<sup>a</sup> pilos facere volueris, cucumeris siluestris radicum<sup>b</sup> libram vnam, nitri scrupulos<sup>c</sup> 12, in puluerem<sup>d</sup> coges<sup>e</sup>, heminam<sup>f</sup> mellis adiiicies, quibus permixtis<sup>g</sup> vteris.

Cap. LXIII. a. etiam inf. C.  
 b. ex C.  
 c. faba combusta C.  
 d. ficuum C. Go.  
 e. vino F. M. si vino C. si vino remixto Go.  
 f. superponatur C.  
 g. decidant C. Paulo antea Go. vel si nulla praecedente cum decidunt.  
 h. spicanardi, uuas F. S. nobisum C.  
 i. ex om C.  
 k. clauorum C.  
 Cap. LXIV. a. Ita pro futori-

cii C. veteris drachmam 1 S. M. atramentis veteris scrupulos 6 Goth.  
 b. odolaphinis F. S. rhododaphnis S. M. rododafunis C.  
 c. Vulgo succum. fucci drachmas III S. M.  
 d. cepi caprini F. sepi caprini Goth. deinde reparabis et vteris idem. sepi S. sibi C. Vulgo sebi.  
 Cap. LXV. a. album pilum C.  
 b. radicem C.  
 c. scrip. C. recte.  
 d. Ita pro pulueres C.  
 e. Ita pro cogis C.  
 f. emin. C.  
 g. mixtis C.

VEGETII RENATI  
 ARTIS VETERINARIAE  
 SIVE  
 MULOMEDICINAE  
 LIBER QVARTVS.  
 (VVLGO TERTIVS.)

PROLOGVS<sup>a</sup>.

**M**ulomedicinae me<sup>b</sup> commentarios ordinante<sup>c</sup>, civium atque amicorum frequens querela accepti<sup>d</sup> operis continuationem suspendit, deflentium aegritudines mortisque clamorissimas<sup>e</sup> bouum, cum magnopere peterent publicandum, si quid pro salute tam commodorum animalium scriptum reperiretur in libris.

<sup>2</sup> Cedens itaque familiarium honestissimae voluntati ex diuersis auctoribus enucleata collegi, pedestrique sermone in libellum contuli; cuius erit praecipua felicitas, si eum

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

Lib. IV. Prolog. a. Haec praefatio cum quatuor sequentibus capitibus, quae de bobus agunt, constituunt librum IV. Digestorum mulomedicinae in MS Codice Corbeiensi, in quo tamen et praefatio, et tria capita cum parte quarti desunt. Sed id quod dixi et ex iis quae supersunt, et ex catalogo capitum, qui libro praemittitur, collegimus. Notandum autem est, quae hic in quatuor capita, in codice illo Corbeiensi in quadraginta quatuor capitula diuidi.

Haec adscripta exemplo I. A. Fabricii.

b. me om. S. M.

c. ordinanti S. M. commendatoris ordinatione Goth. Idem deinde continuatione.

d. forte incepti aut ocepti atleo. Gesn.

e. damnosissimas bouum pro magno opere supplicantium S. M. suspicatur Gesn. calamitosiss. Goth. magno opere. Idem post libellum addit parvissimum.

si eum nec scholasticus fastidiat, et bubulcus intelligat. Maximo<sup>f</sup> autem incitamento mihi fuit ipsorum boum<sup>g</sup> utilitas et gratia, sine quibus nec terra excoli, nec humanum genus sustentari vllatenus poterunt. Cuncta igitur legumina siue frumenta bobus merito aratrisque debentur: vinearum ipsarum vsus periret, nisi eorum adminiculis subuehendis carpenta sudarent. Quid de<sup>4</sup> diuersorum onerum comparatione<sup>g</sup> referamus? dum inter mobilia et quidquid grauius est absque vehiculis pene reddatur immobile. Reliqua quoque animalia ipsaeque cohortales aues ex<sup>h</sup> eorum capiunt labore substantiam. Vnde enim equis hordeum, vnde cibum canibus, vnde porcis pabulum dominorum solertia ministraret, ni pararentur boum labore frumenta? Et ne<sup>5</sup> longum faciam, bobus debent alimenta, quidquid ali potest<sup>i</sup>. Apud alios genus mulorum, apud alios camelorum, apud paucos elephantorum licet exiguus vsus est: nulla potest natio esse sine bobus. Postremo,<sup>6</sup> vt ad prouidentissimorum virorum scripta redeamus, quorum firmatur auctoritate<sup>k</sup>, Iustitiam iumentorum caede violatam<sup>l</sup> derelictis terris ad siderum remeasse consortium<sup>m</sup>. Quid potest laudabilius reperiri, quam vt numen<sup>n</sup> aequissimum boum fugaretur interitu? quod, dum homicidia fierent, permanebat in terris. Duplicem igitur sollicitudinem oportet impendi, vt fa-<sup>7</sup> nitas incorrupta maneat, et aegritudo, quae ex casu vel negligentia siue labore contracta est, competentis medicinae curetur ratione.

## CAPVT I.

f. om. hinc ad f. 6 S. M.

g. *comportatione* Morg. IV, 24.

h. et F.

i. *potest aptius*. Alias Goth.

k. Ita vulgatum *auctoritas* correxit Morgagni qui praeterea *horum* malebat.

l. Ita correxit Gesner vulgatum *violenta*. In Goth. est *institia* — *violentam* — *laudabile*.

m. Ita vulgatum *consortem* correxit Morgagni.

n. Ita cum Morgagni scripti pro *nomen*,

## CAPVT I.

Vt longaeui et sani sint boues, bubulcum conuenit  
 prouidere<sup>a</sup> vel dominum, quatenus frigoribus calidissi-  
 mo<sup>b</sup> cubili muniantur, et si fieri potest, semper foco  
 2 vicini sint boues. Quodam<sup>c</sup> enim beneficio naturali  
 eiusmodi animalibus semper ignis commodum<sup>d</sup> est,  
 siue quod inutilis et pestifer humor exudat, siue con-  
 ceptum ex pastu vel opere frigus expellitur, siue et<sup>e</sup>  
 3 flammaram halitu interna<sup>f</sup> curantur. Praesepium oportet  
 extructum esse diligenter, ne quid pabuli inter pedes  
 animalium pereat. Bouile autem loco sicco<sup>g</sup> statuendum  
 est, assidueque mundandum est, ita ut<sup>h</sup> quotidie  
 pabulum ad edendum inutile substernatur, ut boues sic-  
 4 cius et mollius cubent. Par<sup>i</sup> quoque studium est, cum  
 boues reuocantur ex opere, ut colla eorum ex vino  
 5 tepido perfundantur, et diutissime perfricentur<sup>k</sup>. Cum  
 vero de via vel pastu redeunt lutulenti<sup>l</sup>, adhibita, prius-  
 quam deducantur<sup>m</sup> ad bouile, aqua diluendi pedes, ne  
 inhaerentes corpori fordes ulcera generent, vel ungulas  
 faciant molliores, vel certe molestiam manducantibus,  
 6 vel inquietudinem afferant dormituris. Sed<sup>n</sup> hieme  
 omni solertia frigus est prohibendum, velut<sup>o</sup> aestiuus  
 mensibus pura aura quaerenda. Per diem igitur sub<sup>p</sup>  
 umbra, per noctem sub diuo boues stare conuenit.  
 7 Non enim pauciores, si aestuauerint, quam si alserint,  
 colligunt morbos. Praeterea vnum ouum crudum cum  
 hemina

Cap. I. a. praecuidere S. M. per-  
 videre — quatenus G. in Fabr. et S.  
 est quatinus. deinde Goth. in pastu  
 — extrusum diligenter.

b. calidissimum cubile muniantur  
 S. M.

c. Quod S.

d. accommodatus atque utilis est,  
 ut pestifer humor recedat, et frigus  
 excellatur S. M.

e. et S. M. vulgo in additur.

f. interiora curentur S. M.

g. calido S. M.

h. ut S. M. et Goth. pro vul-  
 gato quod.

i. Parum quoque fastidium F. S.  
 nobiscum S. M.

k. fricentur S. M. ac — confri-  
 centur Goth.

l. luculentia F. S. nobiscum S. M.  
 m. induc in ouile S. M. in ouile  
 Goth.

n. sicut S. M.

o. ita S. M. mensibus auram quae-  
 rendum Goth.

p. in S. M.

hemina salis et sextarium vini per singula capita septimo (die)<sup>a</sup> diffundi percommodum est. Inuat etiam 8 si<sup>r</sup> allium tunsum hircino misceas seu<sup>s</sup>, herbam quoque verbenam additam deteras, rutam herbam, etiam<sup>t</sup> pollinem inungas<sup>v</sup>, et cum vino per os digeras. Ca- 9 vendum praecipue est, ne aut cursu nimio aut longo inuere fatigentur, vel<sup>x</sup> (vllis) grauioribus certe oneribus affligantur. nimiam enim lassitudinem sequitur aegritudo, et omne animal est<sup>y</sup> debile, si rumpitur. Aquam quidem istius generis animal non requirit niti- 10 dissimam, nec vsque adeo laeditur, si sordidam biberit. Sed<sup>z</sup> tamen bubulci diligentius<sup>a</sup> est procurare<sup>b</sup>, vt mundam semper et optimam bibant. Maxime autem 11 studendum est, vt competentibus redundantibusque cibariis<sup>c</sup> saturi semper habeantur et pingues. Omnis enim aegritudo exordium sumit ex macie. Exhaustum<sup>d</sup> animal celerius labor frangit, aestus vexat, frigus penetrat. Non solum enim aestiuis mensibus pascuum suffi- 12 cit, nisi<sup>e</sup> frondes diuersi generis addantur, et<sup>f</sup> minuat varietas ipsa fastidium. Hieme autem<sup>g</sup> non tantum paleis, sed foeno quoque et hordeo et saepius eruo saginandi sunt boues. Nullus autem vberiores ciborum re- 13 pudiabit expensas, qui considerare voluerit, bouum per inopiam pereuntium quam cariora sunt<sup>h</sup> pretia.

## II. Ad-

q. (die) inf. S.

r. si om. S.

s. sepo hic et al. F.

t. erui S. M.

v. teras S. M. Deinde dirigas Goth.

x. vel grauioribus fat. S. M. G. misso vllis.

y. incipit S. M.

z. est S. M. Paulo antea laesse-  
st mutauit ex Goth.a. diligentissime S. M. diligentis  
coni. Morg. IV, 25.

b. praecurrere S.

c. cibariis saturatos semper ha-  
beant S. M. etiam Goth. cibariis  
inferit.d. Vacuum igitur S. M. Paulo  
antea Goth. a macie.

e. Ita pro vbi S. M.

f. et — fastidium om. S. M.

g. (antem) inf. S. G.

h. Vulgo sunt.

II. Aduersum<sup>a</sup> boum morbos non minor adhibenda est diligentia quam equorum. nam equinum genus morbus qui appellatur malleus, diuerso genere passionum migrando<sup>b</sup> per plures contagiones consumit; boves quoque idem morbus interficit<sup>c</sup>, sed a diuersis diuerso nomine vocatur, quem plerumque vulgus achanum appellat<sup>d</sup>. Hic morbus bouem si quando tentaverit, istis agnoscitur signis; erit pilo horridus, et tristis stupentibus oculis, ceruice deiecta, saluiis assidue per os fluentibus, incessus pigrior, spina rigidior, fastidium maximum, pauca<sup>e</sup> ruminatio. Cui si inter initia subuenire tentaueris, discrimen euadet: si per negligentiam adhibeatur tardior cura, vetustioris morbi non potest superari pernicies roborata<sup>f</sup>. Inter exordia igitur taedianti boui aduersus omnes morbos potio ista succurrerit: tres semis<sup>g</sup> uncias squillae minutatim concisas, praeterea radices tenerae populi<sup>h</sup> effossas et diligenter lotas contundes<sup>i</sup> in pila, et tria ex iis pondera, addito sextario salis, in vini septem sextarios mittes, et per septem dies per os bobus singulos sextarios digeres. Quod si toto anno aduersus omnes aegritudines desperatas boues stagnare<sup>k</sup> volueris, incipiente vere, id est ab idibus Februarii, quindecim diebus continuis hanc potionem dabis omnibus diebus, quae vsque adeo salutaris est, vt approbatum sit integro anno boues sic curatos nullius morbi contagione tentari. Talis etiam compositio et morbis resistit, et vires animalium firmat folii capparis<sup>l</sup>, folii mirti siluestris<sup>m</sup>, folii<sup>n</sup> cypressi

Cap. II. a. Hic incipere Caput alterum in Codice monuit Samb. igitur vulgarem distinctionem mutauit.

b. Ita pro *emigrans* S. M. *migrans* Go. deinceps *contagione* Gesnerianae ex Samb. correxi.

c. *consuevit interficere* S. M.

d. (*achanum*) addit Samb.

e. *parua* S. M.

f. (*Potio contra omnes morbos*

*boum*) addit Samb. quod fuisse lemma arguit Gesner.

g. *semis* om. S. M.

h. Ita pro *popinum* S. M. *popine* Go.

i. Ante Gesn. *contones*. deinceps ex *hiis* Fab. S. *his* Go. idem pro *vini* habet *ummici*.

k. *praeseruare* S. M.

l. Ita pro *cappinis* S. M. et Go.

m. *ana uncias III* addit S.

n. *foliis* S.



ana uncias tres ° diligentissime deteres, infundes in congi-  
 um aquae, et vna nocte sub diuo manere patieris, et  
 inde ieiuno<sup>p</sup> boui tepesfactum per triduum singulos sex-  
 tarios dabis, quae potio ad staguanda animalia quater  
 in anno facienda est vltimis temporibus veris, aestatis,  
 autumnii et hiemis. Morbos aegritudinesque depellit. 7  
 tres uncias baccarum lauri, gentianae, aristolochiae  
 longae, myrrhae<sup>q</sup>, betonicae diligentissime detere, et  
 misce cum mero; ex quo trinas heminas triduo iugiter  
 iumento per os dabis. Spicae quoque allii tritae cum 8  
 vino quoque per nares infusae purgant capita iumentor-  
 um. Oua cruda cum melle iumentorum faucibus in-  
 feruntur, atque ita<sup>r</sup> fastidium ac nausea<sup>s</sup> discutitur.  
 Expedi tamen salem pabulis misceri; marrubium quo-  
 que tritum mane cum oleo vinoque diffundere. Thu- 9  
 ris puluerem cum mero siue per nares inieceris, siue  
 per os dederis, prodest. Nec minores medicinae bo-  
 bus horti<sup>t</sup> copia subministrantur. Nam porros, rutam,  
 apium, et herbam fabinae<sup>v</sup> si quis large deterat et mi-  
 sceat vino, ternasque heminas praebet ad potandum,  
 aegrotantibus subuenit. Plurimique caulem vitis albae 10  
 concisam atque serpillum et squillae partem in aqua  
 macerant, ternasque heminas per triduum digerunt;  
 quae potio ventrem purgat, vires quoque<sup>x</sup> confirmat.  
 Ad interna autem curanda praecipue amurca creditur 11  
 salutaris, si tantundem aquae misceas, et animal bibere  
 consuescat. Sed quia licet sitiat, potum fastidit<sup>y</sup> igno-  
 tum, primo cibi asperguntur; deinde aqua exigua por-  
 tione medicatur, ad vltimum pari mensura miscetur,  
 et vsque ad saturitatem sitientibus datur. Quocunque 12  
 K 2 autem

o. uncias sex S. M.

p. Ita pro unoquoque boue tepe-  
 facto S. M.

q. (emulae) addit S.

r. ita — discutitur om. S.

s. nausaeque Go.

t. Ita pro horum S. M. hora pro  
 horum copia Go.

v. Ita pro saninae Gesn.

x. viresque Go.

y. Ita pro fastidiat — potio me-  
 dic. — pro mensura scripsi cum  
 Morgagni III, 40.

- autem tempore, sed maxime aestate, si boues concitentur ad cursum, aut alius eorum ad perniciem soluitur, aut febriculae commouentur. Natura enim pigrum et labori potius quam velocitati accommodum<sup>z</sup>, vehementer laeditur, si ad opus cogatur infuetum.
- 13 Periculosum quoque est, si ad praesepia fues aut gallinae peruenerint. Nam bos cum gallinae fimum inter pabula sumserit, statim nimio ventris dolore torquetur, infiat<sup>a</sup>que moritur: cui<sup>b</sup> hac ratione succurri conuenit: Apii seminis uncias 3, cimini<sup>c</sup> sextarium<sup>d</sup> semis, et duas lib. mellis commiscet, et tepidum per os infundes, ac tam diu ambulare compellis et confricas manibus plurimorum, donec ventrem potio moueat.
- 14 Gifni quoque cum vino deterere, et per os dare creditur salutare remedium. Lixiuum quoque ex arbore ulmi vel cuiuscunque generis ligni cinerem, dummodo bene cretum<sup>e</sup>, cum oleo miscere<sup>f</sup>, et liquidum ac tepidum diffundere per fauces, aduersus stercus pullinum<sup>g</sup> prodest. Si autem porcinum stercus bos deuorauerit, statim pestilentiam contagionis solius<sup>h</sup> mallei sustinet morbi. Qui cum semel in gregem vel armentorum vel domitorum inceserit iumentorum, statim omnia animalia, quae leuem suspicionem<sup>i</sup> habuerunt, de possessione<sup>k</sup> tollenda sunt, et distribuenda illis locis, ubi nullum pecus pascitur; ut nec sibi inuicem nec aliis noceant. nam pascendo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabula<sup>l</sup> praesepia: et quamuis sani boues, odore morbidorum afflante depereunt. Usque eo etiam mortua cadauera ultra fines villae proicienda sunt, et altissime

z. animal inferi vult Gesn.

a. (ipsa hora) addit S.

b. si statim hac ratione non succurris S. M.

c. Aminei malebat Gesner.

d. sextarius sex S. M. sextarium seminis Go. suprascr. semis. Idem postea diffundes.

e. cribratum sit S. M. Vulgo co-

ctum. In Go. decoctum sed ex correctione coctum.

f. Ita Go. pro miscebis.

g. Ita pro plurimum S. M.

h. illius S. M.

i. (languoris) addit S.

k. pascio S. M.

l. Ita pro stabulo Go. stabula et

S. sequens et om. S.

siue obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorum corporum interna sanorum contingantur et pereant.

III. (vulgo II. sect. 16.) Vno<sup>a</sup> quidem vocabulo **1** pestilentia appellatur, sed habet plurimas species (et **16**) diuersas<sup>b</sup>, quas enumerare non<sup>c</sup> piget, vt facilius ipsa principia a diligentibus intelligi possint. Est itaque **2** humidus (morbus)<sup>d</sup> quoties<sup>e</sup> per os et nares humor **17** effluit bobus, et fastidium aegritudoque consequitur. Est siccus, quoties<sup>f</sup> nullus humor apparet, sed animal quotidie macescit, et fit deterius, nec iuxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis, quoties interdum de prioribus interdum de posteribus pedibus claudicant boues, cum habeant vngulas sanas. Est et subrenalis, quoties<sup>g</sup> a posterioribus debilitas incipit, et quasi<sup>h</sup> lumbi dolere creduntur. Est farciminosus, quoties<sup>i</sup> **3** per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se, **18** et quasi sanantur, et iterum in aliis locis exeunt. Est **4** et subtercutaneus, quoties humor pessimus in diuersis **19** partibus corporis<sup>k</sup> bobus erumpit et decurrit. Est elephantiosis<sup>l</sup>, quoties velut scabies minutae pustulae circa nares vel collum exeunt<sup>m</sup> ad similitudinem lenticulae. Est et insania<sup>n</sup>, quae resectis bobus eripit sensum, vt nec audiant more solito, nec videant: ex qua passione celerrime moriuntur, quamuis hilares pinguesque videantur. Hi omnes morbi contagione sunt pleni; et **5** si vnum animal apprehenderit, celeriter ad omnia<sup>o</sup> **20**

K 3

trans-

Cap. XXIII. a. Nouum Caput cum Cod. Sambuci exordior, quod ibi inscribitur: *De speciebus pestilentiae boum.*

b. (diuersas) add. S. equidem adiunxi et.

c. Ita pro vulgato *non licet [vel riget]*: *facilius* scripsi ex coniect. Gesneri.

d. Ita pro *humor* scripsi ex coniect. Gesneri. Lemma Corb. *signa morbi humidi.*

e. *quotiens* — *deffluit* Go.

f. *quotiens* Go.

g. *quotiens* S.

h. Ita pro *appareat et quia* S. M.

i. *quotiens* S.

k. (per corium) addit S.

l. *elephantioties* S. M., *elephantiosus* Go.

m. Ita S. M. pro *cicatrices exeunt extra corium et ad.*

n. Ita S. M. pro *Est mania.*

o. *plura* S. M.

transeunt; et sic interdum aut integris armentis aut omnibus domitis afferunt interitus. Vnde omni studio quae semel tentata fuerunt segreganda sunt animalia, et ad ea loca mittenda, vbi nullum animal pascatur; ne contagione sua omnibus periculum inferant<sup>p</sup>, et negligentia domini (sicut solet a stultis) diuinae im-

- 6 putetur offensae. Euincendi tamen sunt, et exquisitis  
 (21) remediis expellendi acerbissimi morbi<sup>q</sup>. Panacem<sup>r</sup> a  
 7 seplasiariis<sup>s</sup> comparas. Eryngion autem herba dicitur,  
 (22) quae in littore nascitur prope vndam maris, florem  
 habet quasi aureum vel galbineum; folia eius sunt quasi  
 folia cardui siluestris, inter arenas littorum largissime  
 spargit radices<sup>t</sup>: has effodies, et in vmbra siccatas ser-  
 uabis. aduersus morbum tam equorum quam bouum  
 8 plurimum profunt. Ex quibus potio componitur ista:  
 (23) Radicis panacis, itemque radicis herbae eryngii ternas  
 vncias, seminis quoque foeniculi<sup>v</sup> vncias 3 pariter de-  
 teris<sup>x</sup> diligenter, addisque farinae triticeae sextarium,  
 ita vt prius frumentum frangas et molas: quae omnia  
 9 nouenas offas inde dabis<sup>y</sup> singulis bobus. Praeterea  
 (24) sanguinem marinae testudinis colliges, et cum vino per  
 os dabis. quam quia inuenire difficile est, vulgarium  
 testudinum prodesse aestimant. quod vtrum bene opi-  
 nentur<sup>z</sup>, vsus viderit. nam auctores de terrestri testu-  
 dine tacuerunt<sup>a</sup>. Puluerem myrrhae<sup>b</sup> et cassiae fistu-  
 10 lae, necnon etiam thuris pro aequa parte admisces;  
 (25) ex eo vnam semis vnciam cum sextario vini veteris in  
 die

p. Vulgo generet. S. M. inferat.

q. expellendi. Quamuis acerb. m. (variis expensis curantur.) Samb.

r. Hinc ad finem sedt. 7. omitt.

S. M.

s. Ita pro *supplasiariis* Gesn. scribi volebat.

t. Spargit pro spargitur dedit Goth. radices addi voluit Gesner.

v. Ita pro *foeni* S. M.

x. Vulgo deteres.

y. Ita S. M. pro *offas singulis diebus digeres.*

z. Ita volebat Gesn. pro *opinantur.*

a. Ita pro *tractauerunt* S. M. paulo antea: *testudine prodesse possit* Go.

b. *myrrhae* addidi ex S. et Go. postea *nares boni* Go.

die per nares bouis infundis. Quod medicamentum per triduum facies. Morbi quoque quos superius nominauimus amari sunt, et non nisi amaris potionibus (26) superantur<sup>e</sup>. Nam contraria contrariis potionibus curantur ratione medicinae. Ideoque puluerem herbae absinthii et crudorum lupinorum, herbae quoque centaureae vel peucedani aequis ponderibus diligenter misces, et in sextario vini veteris trina cochlearia singulis diebus, additis vnciis 3 olei<sup>d</sup>, per os dabis. Prae-12  
sens quoque remedium experimenta docuerunt<sup>e</sup>. radi- (27)  
culam herbae consiliginis<sup>f</sup> (quam alii pulmonariam vocant, alii tantum<sup>g</sup> radiculam) sinistra manu ante ortum solis collige; quia sic maiorem vim habere creditur: tunc<sup>h</sup> ad acum [vel acutum] cuprinum pars auriculae, quae lata est, quasi in circulo signatur, adpreinatque<sup>i</sup> vt rupta cute leuiter sanguis exeat. Quod 13  
cum ex vtraque parte feceris, medium orbiculum per- (28)  
foras ad acum, et in eodem foramine inferes (radiculam)<sup>k</sup> quod [vbi exierit<sup>l</sup>,] omnis pestilentiae virus per ipsum defluit vulnus, donec ille solus locus, qui designatus est, putrescat et decidat, atque ita animal liberetur. Visci<sup>m</sup> folia cum vino trita defunduntur in 14  
nares<sup>n</sup>, atque ita singulis bobus siue vniuersis gregibus, (29)  
cum morbum incurrerint, subuenitur. Suffimenta 15  
quoque plurimum iuuant, sulphur, bitumen, allium, (30)  
origanum, semen coriandri aequaliter<sup>o</sup> misce, et vivis earbonibus insperge, et cooperta capita<sup>p</sup> bouum supra

K 4

vas

c. curantur S. M.

d. (singulis bobus) addit S.

e. Ita S. M. pro experimenta curant. Huc pertinet lemma Corb. de bubus radicandis.

f. cum filig. Goth.

g. Ita voluit Gesner pro tantumdem. concidendum Go.

h. verba vel acutum varietatem puto, ideo inclusi. ad acum est pro acu.

i. Vulgatum adpreinatque Ges-

ner mutabat in adpremiturque. Go. designatur acciprum itaque vt rupta. vnde malim quasi circulo designatur atque premitur.

k. (radiculam) addidi.

l. vbi exierit inclusi, vt sensum turbantia verba.

m. Vulgo vsci a. G.

n. (et sic animal liberatur) inserit S.

o. aequal. m. et vinis ex S. addidi.

p. capita voluit addi Gesn.

vas, in quo suffimenta incenderis, diutissime continebis, ut fumus os eorum<sup>d</sup> ac nares impleat, atque ita ad cerebrum et interna salutare<sup>f</sup> remedium penetret.

16 Sed et totum suffimentare percommodum est, ut ab (31) eodem morbi<sup>s</sup> perniciēs expellatur, et caetera pestilentiae contagio<sup>t</sup> non coinquinet. Generalia igitur remedia aduersus morbos generales contagiososque retulimus; nunc aduersus valetudines, quae singulis animalibus accidunt, nec in alia transeunt, remedia subiungemus<sup>v</sup>.

IV. (vulgo III.) Cruditas plurimum nocet; cuius haec sunt signa: crebri ructus, cibi fastidium, sonitus ventris; intensiones<sup>a</sup> neruorum, oculi hebetes: propter quae nec bos ruminat, neque lingua se<sup>b</sup> detergit ut solet. Proderit<sup>c</sup> aquae calidae duos congios ut<sup>d</sup> bibi possit digerere per fauces. post quos statim brassicae<sup>e</sup> triginta caules modice<sup>f</sup> decoques, et ex acetodabis, suspensumque animal ab alio cibo penitus abstinebis. Alii cruditate laborantes clausos in bouili detinent, nec cibos praebent. quibus<sup>g</sup> lentisci et oleastri cacuminum pondera 4 deterunt, et cum lib. mellis atque aquae<sup>h</sup> congio miscent, quae vna nocte sub diuo mittunt, atque ita faucibus digerunt. Deinde interposita hora, macerati infusique<sup>i</sup> erui 4 lib. obiiciunt, 3 ab alio quoque cibo vel potione prohibent<sup>k</sup>. Nam si 3 neglecta

q. Vulgo capiat additur. caput S. M. capit Go.

r. Ita pro salutarī remedio S.

s. Ita pro morbo Morg. et Gesn.

t. contagione Go.

v. conscribamus S. M. subcumbimus Go.

Cap. IV. Hoc capite et sequentibus continentur Columellae 6. c. 6. it. 7 et 8. quorum segmenta ut facilius conferri possint, in margine interiori notanda curauerat Gesner.

a. contractiones S. M.

b. Ita pro linguam det. Morg.

c. Ita pro Prodest itaque ut Morgagn. Prodest calidae S. M.

d. Ita S. M. pro vbi.

e. brassica F.

f. Ita pro modicis Morgagni.

g. Ita pro praeterca S. M.

h. aquae om. S.

i. Ita pro macerata infusaque malebat Gesn. nisi forte alterum vocabulum alterius est interpretatio.

k. Ita pro prohibeatur malebat Gesn.

neglecta fuerit cruditas, ventris inflatio intestinorum-  
 que subsequitur, exprimit gemitus, cibosque capere  
 non finit, nec in loco<sup>1</sup> consistere, decumbere et volu-  
 tari<sup>m</sup> cogit, caudamque frequenter commouet. De  
 experimento medicina est, caudam iuxta clunes resti-  
 cula vel lino vehementer astringi, vini que sextarium  
 cum hemina olei tepidum dare<sup>n</sup> per fauces, atque ita  
 per mille quingentos passus bouem currentem trahere:  
 si dolor permanferit, ungulas eius secare; et vncta  
 manu per anum finium extrahere, et rursus agere cur-  
 rentem. Si tardius proficit, tres partes lauri diu con-<sup>4</sup>  
 teruntur, et cum duplici aquae calidae dantur. Si<sup>o</sup>  
 ista non valent, myrtae<sup>p</sup> filuestris foliorum duae lib.  
 tunduntur in pila, et duo sextarii<sup>q</sup> ex calida aqua mi-  
 scentur, ac per vas lingneum faucibus infunduntur. at-  
 que ita sub cauda quatuor digitis ab ano percussa vena  
 sanguis emittitur<sup>r</sup>. Qui cum satis effluxerit, papyro  
 ligata cauda restringitur<sup>s</sup>. post concitatus bos agitur  
 vsque dum anhelet. Ante detractionem tamen sangui-<sup>5</sup>  
 nis adhibentur ista<sup>t</sup> remedia: tribus heminis vini qua-  
 tuor vnciae contriti allii<sup>v</sup> permiscetur, post quam<sup>x</sup>  
 potionem cogitur currere: duae quoque vnciae salis  
 cum decem vnciis ceparum atteruntur: mel quoque  
 decoctum admiscetur; ex quo facta collyria longiora  
 non parum valida immittunt in anum, vt ventrem re-  
 soluant: atque ita bos currere cogitur. Ventris quo-<sup>6</sup>  
 que et intestinorum dolor sedatur, si anseres natantes  
 et maxime anates animal aspexerit. Nam anas mulos,  
 etiam equinum genus conspectu sui celeriter sanat.  
 Sed interdum nulla<sup>y</sup> medicina conuenit, sequiturque<sup>7</sup>

K 5

tor-

1. loca S.

m. Ita pro *volutare* Gorch. qui  
*voluptari*. deinceps *commouere* ma-  
 lebat Morgagni.n. *dari* — *trahi* malebat Gesn.o. *Si laurus non adest* S. M.p. *Coium. myrti*.q. Ita pro *duae* S. M.r. Vulgo *emittatur*.s. *Malim restringitur*.t. *ista* om. S.v. Ita pro *olei* ex S. M. Gesn.  
*tritici olei* Go.x. Ita pro *post quae* — *cogetur*  
*scripsi*.y. Ita pro *in illa* ex S. M. Gesn.

torminum<sup>z</sup> vitium, quorum signum est, si cruentum<sup>a</sup> mucosumque ventrem ediderit. singulare remedium est cupressi baccae<sup>b</sup> quindecim<sup>c</sup>, quindecim gallae diligentissime tritae, et<sup>d</sup> quantum vtraeque ponderantur tanti ponderis vetustissimus caeseus, quibus pariter detritis admiscentur vini austeri sextarii 4, et in potu dantur, ita vt lentisci<sup>e</sup> mixtaque oleastri cacumina praebentur. Si venter coeperit fluere<sup>f</sup>, corpus et vires carpit operique<sup>g</sup> inutilem reddit, quia ex cibariis ad medullam<sup>h</sup> bouis nil peruenit, et<sup>i</sup> sic viride per ventrem proiicit quale<sup>k</sup> manducauerit. Quae cum acciderint, prima die a cibo et potu abstinendum est, ita vt<sup>l</sup> nec secunda die bibere permittatur; cacumina tamen oleastri et cannae siluestris, itemque baccae lentisci et myrti dandae sunt; nec post triduum etiam potestas bibendi nisi perparum concedenda est. Sunt qui ex foliis lauri teneris libram 1, abrotanum hortense pari portione deterunt cum aquae calidae 2 sextariis, atque ita faucibus infundunt, et<sup>m</sup> pabula quae superius<sup>n</sup> praebent. Aliqui vero 2 lib. ex vinaceis<sup>o</sup> ad focum torrent et conterunt, et cum<sup>p</sup> sextario vini austeri<sup>q</sup> ad bibendum dant, et commemorata<sup>r</sup> saepius<sup>s</sup> cacumina obiciunt. Quod si neque proluuies ventris erit, neque intestinorum dolor, recusat tamen cibos, et praegravato capite erit<sup>t</sup>: lacrymae quoque oculis et pituita nari-

z. Ita pro omnium ex S. M. Gesn.

a. Ita pro excrementum mucosumque cum Morg. Gesn. mucosumque Go.

b. Ita pro cupressinae scripsi. S. M. cupressi baccae et Gaubrae ana XV. bene tritas et tantundem vetustissimi casei.

c. Vulgo additur: verbenae.

d. et addidi cum Morgag. est vtraque ponderantur pentanti Go.

e. Vulgo lentisco.

f. Vulgo sequitur: et videris egeve. S. M. et viride quale manducant, prima die etc.

g. Vulgo capite plerumque.

h. Vulgo medelam.

i. Vulgo quod sic videris. Go. sic vide.

k. Vulgo quam quod. S. inquam dedit.

l. Ita Go. pro quod.

m. Vulgo pabulaque omisso et.

n. saepius S. M.

o. binanceis S. M. Paulo antea aliquanti Go.

p. II sextariis ex Colum. malebat Morgag.

q. austeris a. G.

r. cummerata a. G. recte Goth.

s. superius malebat Gesn.

t. est malebat Morgag.



naribus currit, vsque ad ossa frons media vratur, auresque ferro disciudantur, sed vsturae igne<sup>v</sup> factae vt fanescant, veteri vrina bouis ipsius confricandae sunt. aures vero scissae picula<sup>x</sup> oleoque curantur.

**V.** (vulgo IV. sect. 12.) Periculofum fastidium bobus ranulae faciunt, quae aperiendae sunt, et allio cum sale pariter trito ipsa vulnera confricanda, vt omnis humor exeat prouocatus<sup>a</sup>. Melius creditur, si ad acutam cannam exfeces ranulam. post vino os lauatur. interposito vnus horae spatium virides herbae vel frondes dantur. Tam diu autem sustentantur mollibus cibis, donec facta vulnera cicatrices ducant. Si neque ranula fuerit, et non appetent<sup>b</sup> cibum, allium tritum cum oleo naribus infundes<sup>c</sup>.

**VI.** (vulgo IV.) Bos si febrile coeperit, quod ex venarum inquietudine, et calore totius corporis vel oris intelliges, vna die a cibo est penitus abstinendus, ita vt postero ieiuno eidem sub cauda exiguum sanguinem detrahas; atque interposita hora triginta<sup>a</sup> paruos<sup>b</sup> coliculos<sup>c</sup> decoques, et ex oleo ac liquamine per os digeres, eamque escam per dies quinque ieiuno dabis. Praeterea cacumina lentisci<sup>d</sup> vel oliuarum, vel tenerri-<sup>2</sup> mam<sup>e</sup> quamque frondem, ac pampinos, si eodem tempore sunt, praebebis in cibo. Labra quoque eius deterges

v. Ita pro igneae cum Morgag. Gesner.

x. pice Columella.

Cap. V. Nouum hic caput exordior cum Samb. Codd. vbi inscribitur: *de ranulis oris*. quod monere omiserat Gesner.

a. prouoc. om. Go.

b. appeterent Go.

c. et salis et heruoancii: nullum similiter naribus digeres: vbi latent vestigia huius loci Columellae: vel sale et cunila defricare fauces

vel eandem partem allio tuso et bala-  
cula linire.

Cap. VI. Eadem sunt in Columella 6, 9. segmenta indicantur in margine interiore.

a. Ita pro *trigesimae* cum Morg. Gesn.

b. *striguum* ex oleo et liquam. co-  
quis et per os. Go. coculeos diriges.

c. Ita pro *aculeos* Morgagni.

d. *lentium* F. *lentis* S. *lentisci* S. M. Gesn.

e. Ita pro *tenerriuum*. quemque Morgagni.

terges ad<sup>f</sup> spongiam, et aquam frigidam ter in die offeres ad bibendum, ita vt intra<sup>s</sup> tectum bos febriens teneatur, nec antequam sanatus est dimittatur in pascuum<sup>h</sup>. Febrientis autem ista sunt signa: lacrymae profluunt, grauatur caput, oculi semiclausi sunt, labra saliuus inadida, longior et cum quodam impedimento tractus spiritus, frequenter et gemitus.

- I VII.** (vulgo VI. sect. 4.) Tussis<sup>a</sup> boum non minus  
 (4) diligenter sananda est quam equorum: quae<sup>b</sup> si recens fuerit, sextarius farinae hordeaceae cum vno ouo crudo et hemina passu per os datur ieiuno: gramen quoque concisum tunsumque admixta farina fabae fresae<sup>c</sup> et pollinis lentis sine<sup>d</sup> cortice sextariis duobus aquae calidae miscetur, agitataque diligenter per os disfunditur.  
 2 Veterem tussim sanant duae librae hyssopi maceratae  
 (5) ex aquae sextariis tribus; quod infusum teritur, et cum duabus partibus farinae lentis<sup>e</sup> miscetur, et per os datur; super quod aqua hyssopi, in qua<sup>f</sup> [decoctum] infusum decoctumque etiam est<sup>s</sup> propinatur ad cornu.  
 3 Porri etiam succus expressus cum oleo, et ipsa fibra<sup>h</sup>  
 (6) cum hordeacea farina remedium praestant. Radices quoque eius diligenter lotae, et cum farre triticeo contusae, ieiunoque datae, discutiunt vetustissimam tussim. Idem praestat eruum sine valuulis<sup>i</sup> cum ptisana hordei molitum<sup>k</sup>, et cum aqua tepida vel mulsa in fauces saliuati more<sup>l</sup> dimissum.

## VIII.

f. *spongia* S. M.

g. Ita S. M. pro infra.

h. *passu* F.

Cap. VII. Nouum caput exordior, quanquam Codd. Sambuci a sectione deum 2. nouum caput ordiuntur cum titulo: *Ad veterem tussim*

a. Columella 6, 10.

b. quae addidi ex S.

c. Vulgo *frixae*.

d. *sine cortice sext. duobus* addidi ex S. M. Vulgo *lentis sextario*.

e. *lentis* addidi ex S. M. et Go.

f. Ita pro *aqua* S. M. et Gesn.

g. ex S. M. addidi *est*.

h. Ita pro *ipsi febr* Morgagni.

i. Ita pro *si in pabulis* Morgagni.

k. Ita pro *mollitum* Gesn.

l. Ita pro *salinanti ore* Morgagni. *saluat in ore* Goth.

VIII. (vulgo IV. sect. 7.) Suppuratio, quam apo-  
 stema dicunt, melius ferro aperitur quam medica-  
 mento<sup>a</sup>; post, cum expressum pus aut sanies fuerit,  
 sinus ipse, qui eam continebat, vrina bubulina calida  
 auatur, ac linamentis ac stuppis siue linteolis pice liqui-  
 da et oleo infusis curatur. Quod si colligari<sup>b</sup> ea pars,  
 ubi est vlcus, non potest, lamina<sup>c</sup> candente seuum ca-  
 rinum aut bubulinum stillatur. Aliquantum<sup>d</sup> cum vitio-  
 sam partem inusserint<sup>e</sup>, tunc vrina veteri humana la-  
 uant; atque ita aquis ponderibus picem<sup>f</sup> liquidam cum  
 veteri axungia incoquant et liniunt.

IX. (vulgo IV. sect. 9.) Sanguis cum ex aliqua r  
 necessitate ad pedes venerit boum, claudicationem (9)  
 offert. Quod cum accidit, inspicio vngulam, inue-  
 nies eam ultra solitum calere, et vitiatam partem pre-  
 ni vehementer bos non patitur. Sed si sanguis adhuc  
 super vngulas in cruribus est, ad triduum triti falis per-  
 cussione discutitur. Quod si tantum<sup>a</sup> in vngues de-  
 cenderit, cultello leniter<sup>b</sup> inter duos<sup>c</sup> vngues aperies, (10)  
 et mundabis deintus, et postea stuppam sale atque  
 ceto infusam applicabis ac<sup>d</sup> solea spartea pes calceatur,  
 maximeque<sup>e</sup> datur opera bos vt in aquam ne mittat  
 pedem, sed vt sicce stabulet. Qui sanguis nisi emissus  
 fuerit famicem<sup>f</sup> creabit, qui suppuratus tarde curabitur. (11)  
 Nam

Cap. VIII. Nouum caput me-  
 um exordiuntur Codd. Samb.  
 im titulo de *Apostemate*. Cf. Co-  
 mella 6, 11.

a. *quam med.* ex S. addidi.  
 b. *collui* malebat Morgagni.  
 c. Vulgo *lana*. Gō. ad *lanam*  
*ndentem*. deinceps vulgo *seppum*.  
 d. *Quidam vero* S. M.  
 e. Ita pro *inunxerint* Morgagni.  
 f. Ita pro *pice liquida* Morgag.

Cap. IX. Nouum caput me-  
 um exordiuntur Codd. Samb.  
 sanguine qui pedes laedit. Cf.  
 Plumella 6, 12.

a. *iam* malebat Morgagni.

b. *leniter* idem malebat.

c. Vulgo *duas*.

d. Ita pro *ad solum*; *spartea opere*  
 Morgagni. *sporte aperiri* Go.

e. Ita pro *maxime quae datur*  
*operantibus*, et *in aquam non*  
*ubi sicum est ambulet* Morgagni.  
 Goth. *sed ut sicca*.

f. Ita pro *saniam creabit*. Quo  
*suppuratio etiam curab.* S M *rami-*  
*cem* — *suppuratio tarde cur.* S. M.  
*famicem* — *Quod suppuratus tarde*  
 Go.

Nam<sup>e</sup> primo ferro circumcisus expurgatur ad viuum. Deinde pannis aceto et oleo et sale madefactis impletur, mox axungia veteri et feuo<sup>h</sup> hircino pari pondere ferro candenti stillantibus<sup>i</sup> curatur, et perducitur ad sanita-  
 4 tem. Si sanguis in interiori parte vngulae est, nec  
 (12) 3 aperturam facit, et tamen<sup>k</sup> claudicat animal, extrema  
 ipsius vngulae ad viuum ressecantur, et ita emittitur<sup>l</sup>,  
 ac stappa vel linteolis cum sale et oleo et<sup>m</sup> aceto infusis  
 pes inuolutus spartea<sup>n</sup> munitur. Mediam vero vngu-  
 lam ab inferiori parte non expedit aperire<sup>o</sup>, nisi eo  
 loco in quo suppuratio facta est.

X. (vulgo IV. sect. 13.) Si claudicat ex dolore  
 (13) 4 neruorum, oleo et sale genua poplitesque et crura con-  
 fricanda sunt. . . . calido aceto, et lini semen aut mi-  
 lium detritum infusumque aqua mulsa imponendum est,  
 et spongia quoque feruenti aqua infusa et expressa con-  
 spersaque postmodum melle genibus circumdatur, ac  
 2 fasciis alligatur. Quod si humor est cum tumore, fer-  
 (14) 4 mentum vel farina hordeacea ex passio aut aqua mulsa  
 incocta imponitur, et cum maturauerit suppuratio,  
 scinditur ferro, emissaque sanie, vt supra docuimus,  
 3 percuratur. Potest etiam radix lilii vel scilla<sup>a</sup> cum  
 (15) 5 sale vel herba sanguinalis, quam polygonon<sup>b</sup> Graeci  
 appellant, vel marrubium ferro aperta sanare. Omnis  
 autem corporis dolor, si sine vulnere est, recens fo-  
 mentis melius<sup>c</sup> discutitur: vetus autem vritur, et supra  
 vulnus vel butyrum vel caprina instillatur axungia.

## XI.

g. Hic librum de cura boum  
 incipit Cod. Corb.

h. Vulgo *sepo*.

i. *stillantibusque* Go.

k. Ita pro *tantum* Go. postea  
*ressecatur*.

l. Ita pro *remitt*. Go.

m. et addidi.

n. *parta* Edd. a. G.

o. Ita pro *aperiri* Go.

Cap. X. Nouum caput mecum,  
 exordiuntur Codd. Samb. *Ad*  
*claudicationem*.

a. Vulgo *squilla*.

b. *palaganon* a. G. *pelaganon*  
 Goth.

c. Ita pro *mellinis* S. M. et  
 Go.

XI. (vulgo IV. sect. 16.) Scabies<sup>a</sup> sanatur trito alio defricata: eodemque remedio rabiosi canis sanatur (16) morfus<sup>b</sup>, vel lupini vulnus illatum. Vetus quoque falsamentum vtramque perhibetur plagam curare. Ad scabiem quoque praesentior medicina ista est: si cunila<sup>c</sup> bubula sulphurque conteritur, adinixtaque myrrha cum oleo atque aceto decoquitur, et cum tepescere coeperit, alumen scissum tritum inspergitur<sup>d</sup>: quod medicamentum candente<sup>e</sup> sole illinitum prodest. Ulceribus gallarum tritarum pulvis inspergitur. Succus quoque marrubii impositus cum fuligine sanat.

XII. (vulgo IV. sect. 17.) Infesta<sup>a</sup> pestis est bubulo<sup>b</sup> pecori, quam coriaginem<sup>c</sup> ruscici vocant, cum (17) pellis ita dorso haeret, vt apprehensa manibus deduci non possit a costis: quae res non aliter accidit quam si bos ex languore aliquo ad maciem deductus est, aut sudans in opere<sup>d</sup> faciendo refrixit<sup>e</sup>, aut si lassus<sup>f</sup> sub onere vehementer est infusus in pluvia. quae quoniam<sup>g</sup> (18) perniciofa sunt, custodire debemus, vt, cum ab opere redierint boues adhuc aestuantes anhelantesque, vino aspergantur, et offula panis infusa faucibus eorum inferatur<sup>h</sup>. Quod si praedictum vitium inhaeserit, expedit decoquere laurum, et cum calida et oleo et vino spinam dorsumque animalis confricare contra pilum, ac per omnes partes apprehendere pellem, et velut a costis

Cap. XI. Nouum caput mecum exordiuntur Samb. Codices Ad scabiem boum. Conf. Colum. 6, 13. 1. ex quo Gesner.

a Vulgatam scabies auatis trita oleo defr. correxit Gesner. scabie sanata Go. scabies scabiosa trita cum S. M.

b. Ita pro morbus Gesner et Go.

c. cumulam bubulam a. G.

d. quo rugatur ad solem fortiter addit S.

e. Ita pro candentis olei Gesn.

Cap. XII. Nouum caput mecum exordiuntur Codd. Samb. De peste adhaerente.

a. Pessima S. M.

b. bubulum F. bubulum S. Vulgo bubulino. Mecum Go.

c. maginuum a. G. signum vitii. apposuerat F. maginsum Goth.

d. Ita pro corpore faciente ex S. M. Gesn. faciendo Go.

e. Vulgo refriguit.

f. Vulgo lapsus.

g. Ita pro quandoque S. M.

h. Ita pro inferatur Morgagni.

3 costis separare. quod aut in loco calidissimo faciendum (19) est, aut sub diuo sole feruente. Aliquantum<sup>i</sup> feces<sup>k</sup> vini et axungiae commiscet, eoque medicamento tepido post fomentum praedictum viuntur.

I XIII. (vulgo IV. sect. 20.) Est<sup>a</sup> etiam grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur; unde tussis et macies, ad vltimum vero phtifis inuadit, quae ne mortem<sup>b</sup> afferant, radix consiliginis (perforatae<sup>c</sup> auriculae inseritur, et) succi<sup>d</sup> porri hemina pari mensurae olei miscetur, et bibendi sunt cum vini sextario per dies plurimos.

I XIV. (vulgo IV. sect. 21.) Nonnunquam et tumor<sup>a</sup> (21) palati ciborum fastidium facit crebrumque suspirium. Prodest palatum ferro aperire vt profluat sanguis, cui eruum sine corio maceratum ad manducandum dabis, viridemque frondem vel quodlibet aliud molle pabulum (22) dum sanetur. Si in opere bos<sup>a</sup> contuderit collum, praestantissimum remedium est, sanguis ab aure emissus. At si id totum<sup>b</sup> in tempore, quae vocatur auia cum sale trita et imposta.

I XV. (vulgo IV. sect. 23.) Si ceruix mota et eiecta<sup>a</sup> (23) est, considerabimus in quam partem<sup>b</sup> declinet, et ex diuersa parte sanguinem detrahimus<sup>c</sup> ex ea vena, quae in

i. aliq. viuntur om. S. M.

k. fraces vino malebat Morg.

Cap. XIII. Nouum caput hinc exorditur S. M.

a. Ita pro *Et cum* ex S. M. Gesn. *Etiam grauis pernicies et.* vnde posui est pro vt ante cum.

b. ne ex Col. addidi et punctum positum post *afferant* deleui.

c. *perf. aur. inseritur* et ex Col. addidi. *Cui ante radix* addit Sambucus.

d. Vulgo *succus porri omnium*

*hemina per mensuram.* Go. omnium omittit.

Cap. XIV. a. Ita correxit Morgagn. vulgatum *operibus.*

b. Ex Col. legit Morg. *aut si id factum non erit, herba quae vocatur.* In Goth. est. *vocatur misticum cum sale tritum.* Vulgo *amati amaticum sale tantum et imposto.*

Cap. XV. a. Ita cum Gesn. scripsi pro *deiecta* ex II. 41. 1.

b. *partem* ex Col. addidi cum Morgagni.

c. *detrahimus* ex Col. Morg.

in aure videtur amplissima, quae sarmento<sup>d</sup> prius verberanda est, et cum intumuerit, ferro aperiat, effufoque sanguine postero die ex eo loco emittitur cruor, et biduo vacatio operis datur. Tertio vero die leuis iniungitur labor, et paulatim ad operis consuetudinem reuocatur. Quod si ceruix in neutram partem eiecta est, mediaque intumuit, ex vtraque auricula sanguis emittitur. Qui si intra triduum, quod bos vitium ceperit, emissus non est, intumescit collum, neruique tenduntur, et ita nata durities iugum non patitur. Tali vitio comperimus aptum esse medicamentum: ex pice liquida et bubula medulla, hircino seuo<sup>i</sup>, (et axungia veteri,) oleo quoque veteri aequis ponderibus compositio<sup>k</sup> incoquitur, qua<sup>l</sup> vtendum est cum bos ab opere disiungitur. in piscina in qua bibit, tumor ceruicis<sup>o</sup> lauatur, confricaturque diligenter praedicto medicamento, deterfaque diluitur<sup>p</sup>. Si ex toto propter tumorem ceruicis iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est, et ceruix cum aqua frigida lauanda, et spuma argenti linienda est. Celsus quidem tumentis ceruici herbam quae vocatur auia<sup>r</sup>, vt supra dixi, contundi et imponi iubet. Clauorum<sup>s</sup> qui ceruicem infestant minor est cura. Nam facile sanantur per ardentem lucernam oleo instillato. Melius tamen est custodire ne nascantur, neue<sup>t</sup> etiam colla caluescant;

d. Ita S. M. *sarcocata* vulgo. Goth. *sarcocuto*.

e. Ita Goth. pro *inter*.

f. Vulgo *coeperit*.

g. *tentantur* Goth. sed punctis suppositis damnat.

h. quod addebat Morgagni.

i. Vulgo *sepo*.

k. Ita Goth. Vulgo *impositum concoquitur*.

l. Vulgo *quo*. Goth. *quod*.

m. Vulgo et *in*. quod correxi ex Goth.

T. IV. P. I.

n. Ita S. M. Vulgo *quolibet*. Goth. *in ea piscina qualibus*.

o. Ita ex Col. correxi. Morg. vulgatum *tumore ceruicis*.

p. Colum. *defricatur et illinitur*.

q. Ita S. M. pro *inmenti*.

r. *auia* F. S. *auena* S. M. Correxerit Morg. et sic Goth. habet.

s. *Clauorum* addidi ex Colum. cum Morg. et vulgatum *quae* correxi. S. M. *quae* — *infundi* plane omittit.

t. Ita ex Col. Morg. pro *venae*. *etiam* — *caluescunt*.

scant; quae non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore aut pluuia ceruix madefacta est in opere. Quod si acciderit, puluere lateritio trito priusquam disiungatur<sup>v</sup>, bouis colla conspergi oportet. Et cum exsiccati fuerint, exinde oleo (iterum) infundi.

I XVI. (vulgo IV. sect. 28.) Si talum vel vngulam  
(28) vomer laeserit, picem duram et axungiam cum sulphure et lana succida inuoluito<sup>a</sup>, et candente ferro supra vulnus imposito, et vre<sup>b</sup>: quod remedium optimum<sup>c</sup> facit, si clauum calcauerit, aut acuta testa vel lapide vngula pertunditur: quae tamen si altius vulnerata est, latius ferro circumciditur, et<sup>d</sup> ita inuritur vt supra praecipi. Deinde spartea<sup>e</sup> calceata per triduum aceto suffuso curatur. Quod si vomer crus vulnerauerit<sup>f</sup>, lactuca marina, quam Graeci tithymalum<sup>g</sup> vocant, admixto sale imponitur.

I XVII. (vulgo IV. sect. 29.) Subtriti etiam pedes  
(29) eluuntur calefacta bubulina vrina. deinde fauillam<sup>a</sup> fermentorum feruentem calcare compellitur, et pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius vnguntur. Minus tamen claudicant, si ab opere disiunctis frigida pedes lauentur, et suffragines coronaeque ac scissura ipsius vngulae veteri axungia defricentur.

I XVIII. (vulgo IV. sect. 30.) Frequenter etiam vel  
(30) ab asperitate itineris, vel in proscindendo duritiae<sup>a</sup> soli, aut obuiis radicibus obluētatus conuellit armos. quod cum

v. Vulgo *deiungatur*. Morgag. malebat *disiungantur boues*. Idem deinceps malebat *siccata su. subinde*.

Cap. XVI. Cf. Colum. 6, 15.

a. *imoluta* — *imposito* Goth.

b. Ita S. M. pro *ungito*.

c. Col. *optime* — *furculum calc.*

d. et inf. Morg.

e. Ita ex Col. Morg. pro *ex parte*.

f. Ita S. M. pro *intrauerit*.

g. Vulgo *cyniolam*. Goth. *ci-malam*.

Cap. XVII. a. Ante Gesn. *favilla feruente*.

Cap. XVIII. Cf. Colum. 6, 16.

a. Vulgo *dmittiam* — *obmolutus*. Goth. *duritia*.



cum acciderit, ex prioribus cruribus sanguis emittitur; si dextrum<sup>b</sup> ex sinistro. Et si vehementius vtrumque vitiauerit, etiam in anterioribus<sup>c</sup> cruribus venae solvuntur.

2 XIX. (vulgo IV. sect. 31.) Perfractis<sup>a</sup> vero cor- 1  
nibus, linteola sale atque aceto et oleo imbuta ponun- (31)  
tur, superligatisque per triduum eadem infunduntur.  
Quarta die tantum<sup>b</sup> axungia cum pice arida<sup>c</sup> et cortice  
pini pari pondere imponitur, et ad vltimum cum iam  
cicatricem producant, subito<sup>d</sup> infricatur.

3 XX. (vulgo IV. sect. 31.) Solent autem neglecta  
vlcera vermes creare, qui<sup>a</sup> si mane ex aqua frigida per-  
fundantur, rigore eius contracti<sup>b</sup> decidunt; vel si haec  
ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteri-  
tur, admixto sale imponitur; vel calcis viuae pulvis  
inspergitur, aut cucurbitae viridis succus cum aceto  
3 mittitur. Ideoque vniuersis vlceribus picem liquidam, 2  
oleum vetus et axungiam oportet adhiberi, et extra (32)  
vulnera etiam eodem medicamento circumliniri, ne  
infestentur a muscis, vel vermes creent cum vulneribus  
infederint<sup>c</sup>.

1 XXI. (vulgo IV. sect. 33.) Serpentis quoque ictus 1  
mortiferus est bobus; sed et minorum animalium (33)  
noxium virus. Nam vipera et caecilia<sup>a</sup>, cum in pa-  
scuis bos improvide supercumbit, stimulatae<sup>b</sup> morsus  
imprimunt<sup>c</sup>. Araneus quoque, quem Graeci mygalen<sup>d</sup>  
appellant, parui quidem corporis, non paruam solet

L 2

in-

b. Ita pro *dextram* — *utramque*  
Go.

c. *posterioribus* malebat Gesn.

Cap. XIX. a. *praefractis* Col.

b. *tandem* malebat Gesn.

c. *liquida* Colum.

d. *fuligo* Columella.

Cap. XX. a. Vulgo *quae*.

b. *contracti* Go.

c. Ita pro *inciderint* Goth.

Cap. XXI. Cf. Columella 6, 17.

a. *celicia* F. S. *cicilia* Goth.

b. Hoc pro vulgato *stimulo* ef-  
feci ex Gothano *stimulare*.

c. *Mus* addit Morgagni.

d. Ita pro *mygalen* Gesner.

inferre perniciem. Verum viperæ venenum depellit, supra tumorem, qui inflatur ex ictu, scarificatio ferro facta, ita ut herba, quam personatam<sup>e</sup> vocant, imponatur trita cum sale. Creditur<sup>f</sup> radix si contusa<sup>2</sup> ponatur<sup>g</sup>, vel filer montanum reperiatur, et trifolium Symonianum<sup>h</sup>, quod confragosis locis efficacissimum nascitur, odoris grauis, bitumini similis, propter quod a Graecis asphaltion<sup>i</sup> appellatur, nostri autem propter figuram acutum trifolium vocant. nam longis et hirsutis<sup>k</sup> foliis viret, caulemque robustiorem facit quam pratense. huius herbae succus cum vino faucibus infundatur, atque ipsa folia cum sale trita imponantur in plagam. Quod si viridem minime reperiunt, semina eius collecta et trita dantur ad potandum cum vino. Radices quoque eius cum suo<sup>l</sup> caule tritae, addita hordeacea farina et sale, cum aqua multa scarificationi superponuntur. Est etiam praesens remedium, si fraxini cacumina tenera conteras<sup>m</sup> cum sextariis vini quatuor vel olei, expressumque succum faucibus infundas. Itemque cacumina eiusdem<sup>n</sup> arboris cum sale trita laesis partibus<sup>o</sup> superponas. Caeciliae<sup>p</sup> enim morsus tumorem suppuratumque generat. idemque facit muris aranei. Sed caeciliae morsus sanatur, si acu aerea locum laesum compungas, et creta cimolia<sup>q</sup> ex aceto oblinis<sup>r</sup>: Muris vero pernicies, si animal ipsum oleo mersum neces, et plagam dentium ex eodem

e. Ita pro *personatiam* cum Morgagni. Gesner.

f. cuius efficacior creditur radix, si contusa ponatur. vel filer montanum reperiatur trifolium confragosis locis etc. ex Codice manuscripto nescio quo laudat H. Iunius Epist. apud Crenium Animadv. P. 10. p. 40 Hoc ille argumento usus etiam in Columella *Simonianum trifolium* tollere conatus est.

g. Ita pro *conatur* Gesn. et Goth.

h. *Symonianum* dedit Gesn. *Simonianum cum fragosis* Go. ex quo vulgatum quod *fragosis* correxi.

i. Ita pro *asphaltion* margo Fabri et Gesn.

k. *irtofis* Goth.

l. Ita pro *succo caulis* Morgagni.

m. vel *totidem* addit Goth.

n. *ipsius* Goth.

o. Ita pro *naribus* Morgagni.

p. *Celiciae* a. G.

q. *cimolea* a. G.

r. *oblinas* malebat Gesner.

eodem confrices. quod si non fuerit, contritum cimum cum picula<sup>s</sup> et axungia, vt similitudinem malagmae habeat, impositum plagae perniciem submouet. 6  
 Quod si antequam tumor discutatur, suppuratio fuerit 6  
 generata, optimum est ignea lamina vel cauterio col- (38)  
 lectionem aperire, quidquid vitiosum est inurere, at-  
 que ita cum liquida pice et oleo inlinere. Quidam  
 viuum murem araneum creta figulari circumdant, et  
 collo<sup>c</sup> boum suspendunt, morsusque ipsius bestiae sub-  
 mouent.

7 XXII. (vulgo IV. sect 39.) Oculorum vitia plurima I  
 melle<sup>a</sup> sanantur. Nam siue intumuerunt, aqua mulla (39)  
 triticea farina conspergitur et imponitur, siue album  
 in oculo est, salis fossilis Hispani vel Ammoniaci<sup>b</sup>,  
 vel . . . cum<sup>c</sup> melle permixti vitium extenuant. Idem  
 praestat trita<sup>d</sup> sepiae testa et per fistulam oculo ter in  
 die insufflata<sup>e</sup>. Prodest etiam radix, quam Graeci  
 8 silphion<sup>f</sup> vocant, nostri autem laserpitium; huiusmodi a  
 quantum volueris ponderis cum decima parte salis Am- (40)  
 moniaci tritum<sup>g</sup> fistula oculo insufflas<sup>h</sup>, quae radix  
 tunsa et cum oleo lentisci mixta vitium expurgat.

XXIII. (vulgo IV. sect. 40.) Si genae humorem  
 profundunt, lacrymisque visus confunditur, quam  
 epiphoram vocant, polenta (ex hordeo<sup>a</sup>) mulla<sup>b</sup> aqua  
 conspersa super genas superciliaque imposita reprimit  
 humorem. Pastinaca quoque agrestis . . .<sup>c</sup>, quam 2  
 L 3 armo- (41)

s. pice liquida malebat Morg.  
 t. Ita pro colla Goth. et Gesn.

Cap. XXII. a. Vulgo in illis.  
 b. Vulgo Armeniaci. Goth Ar-  
 moniaci bis habet.

c. Vulgo sine lacunae nota vel  
 cum.

d Ita pro tritae cum Morgag.  
 Gesn.

e. insufflari Go.

f. silphion Go. Vulgo a) G. sil-  
 pion.

g. Vulgo Armeniaci et cum.  
 correxit Gesner.

h. insufflas S.

Cap. XXIII. a Haec duo vo-  
 cabula vt glossam inclusi.

b. Ita pro mullae aquae Mor-  
 gagni. conspexique Goth.

c. signum lacunae poni voluit  
 Morgagni.

armoraciam<sup>d</sup> vocant, cum melle trita oculorum sedat dolorem. Memineris vero quoties mel aliosue succos remedio adhibes, vt prius pice liquida cum oleo circumlinias oculos, ne a muscis apibusue vel vespis infestentur, quas dulcedo mellis inuitat<sup>e</sup>.

- XXIV.** (vulgo IV. sect. 42.) Plurimum quoque<sup>a</sup> **(42)** hirudo, id est, sanguisuga, cum foris iuxta fauces haeret, sanguinem trahit; eam a iumento<sup>b</sup> digitis oportet auferri: sed si interius sit, vt manu detrahi non possit, cannam vel fistulam perforatam inserito faucibus, ac per eam<sup>c</sup> calidum oleum infundes. Nam eo **(43)** contactu bestiolae importunitas recedit. Odor quoque<sup>a</sup> cimicis<sup>c</sup> super carbones impositi vbi sanguisugam afflauerit, euellet a vulnere. Quod si stomachum vel intestinum tenuerit, calido aceto per cornu infuso necatur.

- XXV.** (vulgo IV. sect. 44.) Machinae<sup>a</sup> quoque describenda est fabrica, qua conclusa cuiusuis generis iumenta bouesque curantur, vt et tutus ad pecudem medendum<sup>b</sup> accessus sit, nec luctando quadrupes aut membra conuexet<sup>c</sup>, ac sic remedia respuat<sup>d</sup>. Roboreis<sup>e</sup> assibus compingis solum quod in longitudinem<sup>f</sup> nouem pedes debet habere, in latitudinem<sup>g</sup> pars prior<sup>h</sup> duos, semipedem: pars vero quae ad posteriora<sup>i</sup> animalium pertinet quatuor pedes<sup>k</sup>: . . . .  
texun-

d. Vulgo *Armonaceam*. Go. *armoraciā*.

e. *inufcat* Go. voluit *inniscat*.  
Cap. XXIV. Conf. Colum.

6, 18.

a. Ita pro *Plurimumque* voluit Gesner scribi.

b. *incremento* Go.

c. Ita pro *cimini* Morgagni.  
Cap. XXV. Confer Colum.

6, 19.

a. Ita pro *Machina* Goth.

b. *medenti* malebat Gesner. vt et dedi pro vt ei.

c. Vulgo *conuexet*. Goth. *conuexet*.

d. Vulgo *despuet*.

e. Vulgo *Roboreas asses constringis, solum*.

f. Ita Go. pro *longitudine*.

g. Vulgo *altitudinem*.

h. Vulgo *posterior*.

i. Vulgo *priora*.

k. lacunae signum apposui.

2 texuntur ita vt velut 1 in caudeam ductum non possit 2  
 exire. Sed a parte posteriori paululum latiore<sup>m</sup>; a (45)  
 priore strictiorem machinam compingi<sup>n</sup> oportet. Cui 3  
 transuersum tigillum<sup>o</sup> ad modum iugi confirmandum (46)  
 est, ad quod equorum capita, vel boum cornua reli-  
 gantur. Nam reliquum corpus ad temones socios vel  
 funibus alligetur, vt iuumentum<sup>p</sup> praestetur ad me-  
 dentis arbitrium. Machina omnium maiorum anima-  
 lium medela solet esse communis \*).

1. Ita pro *velum in caudam* Mor-  
 gagni.

m. *altiore* malebat Morgagni.  
 n. *compungi* Goth.

o. Ita pro *trigillum* Gesner.

p. pro *iuumentum* dictum puta-  
 bat Gesner.

q. Ita Goth. pro *Quae machina  
 ad omnium m. an. medelam*. Ibi-  
 dem vocabulum *sane* interferitur  
 et ab Excerptore Codicis nota  
 apposita refertur ad *arbitrium*.  
 Forte fuit *Sane machina*.

\* Hic addit Sambuc. [*Rabiosis  
 equis et canibus da bibere mensuram  
 de ilierinia et sanantur.*] Deinde est  
 alia obseruatio, a Fabro iam pro-  
 posita et paulum immutatis ver-  
 bis a Sambuco ita concepta: *Quae  
 ab initio huius libri vsque ad hunc  
 locum habentur, non reperiuntur in  
 vetustiore Codice: adeoque pro vno  
 sumuntur capite: itaque subsequens  
 reputabitur caput secundum.* Ad  
 istam libri Fabriciani clausulam ex-  
 ceptor Codicis Gothani apposuit:  
 et sic quoque MS. In margine au-  
 tem libri Fabriciani ista reperit  
 scripta Gesnerus: *Hic in MSto  
 Corbiensi sequuntur tria capita par-  
 ua, et postea ex corpore Gargilii  
 Martialis de curis boum alia nonem-  
 decim capita, quae omnia huc perti-  
 nent.* Martialis quidem fragmenta

a Perizonio excerpta ex apogra-  
 pho Biblioth. Lugduno-Baranae  
 Vegerio subiecta publicauit Ges-  
 ner; tria vero ista parua capita  
 ex eodem Lugd. Bibl. apographo  
 ex Codice Corbeiensi anno 1537.  
 facto excerpta per doctissimum  
 Laur. Santenium humanissime me-  
 cum communicauit egregius Dan.  
 Ruhnkenius. En tibi ea: *Contra  
 Sanguinis fluxum c. 45. Inuentis  
 ad fluxum sanguinis, si de naribus  
 effluat, scribis in charta pura et lino  
 collo suspendis. Focns alget, aqua  
 fitit, cibaria esurit, unla parit Tascu  
 masca venas omnes. Ad luxaturam  
 c. 46. Item aliud remedium ad luxa-  
 turam incantabis sic: Betat, resta,  
 acnm, sinapi, non sapit nec frictim.*  
 (huius vocabuli dubia scriptura  
 est.) *Ad lumbricos, coscos (cosfos)*  
*et tineas, semen coriandri emm.*  
*sicale sext. excogues et aquam ipsam  
 fundis, coriandrum teris diligenter  
 et ambas speciem (species) misces,*  
*et aceti acri emm. Haec omnia rur-  
 sum agitabis et ita animalibus ad  
 cornum per triduum dabis. c. 48.*  
 Quarum ineptiarum, tertii capi-  
 tis obscuram scripturam si exce-  
 peris, originem exquirere apud  
 alios scriptores operae pretium  
 mihi non videbatur esse.

# C V R A E B O V M

E X C O R P O R E

G A R G I L I I M A R T I A L I S .

**A**d boum morbum. Salein tritum per cornu cum vino in potionem dabis. Boues morbos ne noceat, dato sumptas salis, terna lauri folia, et totidem porri sectiui, et vlpici alii ternas spicas, turis grandis grana terna, herbae fabinae erbas ternas, rutae cauliculos ternos, sambuci carbones ternos. Haec omnia sub dio coeli per triduum ex eadem potionem dato: adiecto scilicet vino. Quod ita partieris, vt aequas potiones per triduum accipiat. Sane is, qui dabit, subline stet, et vaso ligneo infundat in os, deiciat in gutture. Boues<sup>a</sup> si aegrotare coeperint, dato continuo ouum gallinacium, quod crudum integrum<sup>b</sup> facito vt deuorent: Postero die caput vlpici alii<sup>c</sup>. Bos si aegrotat, quotidie ei dato vnam eminam<sup>d</sup> vini, et exercere bene viuere medium. si aegrotat, herbam centauream contrita<sup>e</sup> ex vino infunde per cornu. Bos si aegrotat, muriam falsamenti optimam, et malum terrae aquae sext. aceti fil. ruta conterito et labris perfricato. Vel radicein herbae personaciae<sup>f</sup>

con-

*Ad Gargilium de Cuis Boum.* Omnia haec ita descripta, cum vitiis etiam apertis, prout in Codice Lugdunensi leguntur, exhibuit cum Schoettgenio Gesner, vt eruditi, quae ab illis tolli non potuissent corruptelae, ex antiquae lectionis vestigiis emendarent. Caeterum haec quoque extare sed aliis verbis ap. Colu-

mellam 6, 4. monuit Schoettg.

a. Colum. 6, 4, 2. Gesn.

b. Ita pro *integrō* — *deuoret* Schoettg. malebat.

c. Ita pro *alii* malebat Gesn.

d. *hemina* G.

e. *contritam* G.

f. *personatam* vocat Colum. 6, 17, 1. Sch.

conterito, et primo die dato vnc. I, viniq̄ue sext. I, et aquae. Bos si aegrotat, iunci radicem decoques et 5 per cornum dabis. Bos si tussiet, aut si suspirauit, terrae malum, ouum crudum et adipem suillum, et vinum vetus, adipem tamen prius liquefacito et dato, iuuat; vel marrubium cum vino datur. Si bos collum 6 subtorferit, ebulo contrito perunguitur, saepe<sup>s</sup> vel medullam taurina, prius tamen axungiam perfricato. Si in collum nerui laborauerint, sumito corticem no- 7 vam de subero, comburito vt carbones fiant, et terito ex vino veteri et axungia bene inter se commixto et perfricato. Si<sup>h</sup> collo pili saepius defluunt, vlni vernaculi radicem ex vino decoquito<sup>i</sup> ad tertias, et eum, cum opus non faciet, saepius perunguito, vel adipem vrsinam vel medullam taurinam, prius tamen axungia perfricato. Si boui intestina dolebunt, sumito vini 8 sext. III, et olei emin. et permixtum per cornum et curat remediabitur. Item aliud. Salis pugnum et cepae capita X, pariter conterito, et in ossae modum reficito, eam in anuum bobis inicito, et fac eum arare continuuo folli et sanus erit. Scabies bobis neues. et 9 erbam si satrum tundes, et ex eo pecus lauabis. Et ex aqua, in qua lupini decocti fuerint, nihilominus lauabis. Bobus et caeteris pecoribus scabiem vt discutias, intibum siluaticum conteris et perunguis. Bos aut asi- 10 num si eosdem morbos inciderint, sumito scilla aut rumnisa radicem, id est, spinam albam quam tenerri- mam, et in aquam infundito. Ex qua per dies qua- tuordecim bibat. Vnde expurgabuntur et sanitas con- 11 sequitur. Irudinem si bos deuorauerit, cimicem con- teres, et ad nares eius admouebis, statim eicies. Bos 12 si non rumigat, salicis folia aut corticem eius viridissi- mam contundito, et in eo sext. vini addito, et olei

L 5

par-

g. sepum mal. G.

h. Ita pro perfricato, ei collo — defluunt. Vlni Sch.

i. Ita pro decoquitur maleb. Sch.

partem quartam in se bene misceto, et per cornum boui  
 infundito. Intestinum enim mouit vt pedere non cesset  
 13 enouit sanabitur. Iumenta sic<sup>k</sup> potionabis. Stercus  
 leporinum et cepam siccam cum vino conterito, et per  
 cornu dato. Iumentum ruscones si habebit, alium<sup>l</sup>  
 cum axungia conteris et dabis: aegri des remedium  
 foeniculi cum cepa conteris et potionabis iumenta<sup>m</sup>.  
 si crocinabuntur iumenta, marrubium et axungia con-  
 14 teris et in vino dabis. Ad glandulas, iumentorum.  
 Luna xiv. mane, antequam manus laues, iumento  
 omnia impedimenta tollis, et manus sinistra digito me-  
 dicinali de glandulam apprehendis, et haec dicis: Senti  
 precante nec lapis lanam feri: Nec lumbicos oculos  
 habet, nec mula parit. Vtriculum cossia herpiofum  
 arbor fuit manu humana haec ipsa concisa est, corbo  
 factus est et si tuber, si panus euala subula neceris nec  
 15 radices agas. Hoc semel dices. Si iumentum stercus  
 gallinacium comederit, brassicam agrestem terito cum  
 16 oleo et aceto, bibat per cornum. Ad abundantiam  
 sanguinis genestam viridem conterito, et eam in vino  
 17 siue in aquam permixtam dato per cornum. Iumen-  
 tum si male habuerit, cineris lixiui<sup>n</sup> cyatos viii, olei  
 cyatos vi, confubige et in se<sup>o</sup> et dat<sup>p</sup>. bibat per cor-  
 num, et currat ne minus horam aut seniores<sup>q</sup>. Vt  
 bene valeant. Ypopomaces<sup>r</sup> vnc. i. conteris ex vino  
 18 dabis potionem. Ad scabiem iumentorum. Arabis  
 bituminis p. iii, sulfuris p. ii, picis liquidae p. vi,  
 picem, mentam, oleum, mitte in ollam integram,  
 sine quiescat. Dein super infricato<sup>s</sup>, qui et trita  
 erunt, et quae soleta, adice. bitumen, sulfur nigro  
 et ita infunde, sed diligenter coques, ne ferueat, sed  
 leni

k. Ita pro *si* Sch.l. *allium*?

m. punctum posui.

n. Ita pro *cineres*, *lixivia* Sch.o. *miscere* corr. G.p. *et dato bibat* corr. Sch.q. *aut semis*. *Seniores ut bene*  
corr. Sch.r. *opopanacis* Gesn.s. *infricato*, *quae trita erunt*, et  
*quae solida*, *adice* Sch.



leni<sup>t</sup> igni vel carbonibus calefacito, et remoues<sup>v</sup> ab igne, et colas, ac resolutum prius aceto admiscebis. Hoc medicamento perunguis iumenta alternis diebus plus bis aut quater. Ad pituitas, aniscis<sup>x</sup> vnc. .iii, bene-<sup>19</sup> toris<sup>y</sup> dabis cum vino permixtos cyatos vi ad cornum. Ex quo medicamento etiani per sinistram narem duas dragmas infundis. Item aliud. Stercoris scrofini<sup>z</sup> puluerem contritum diligenterque cribratum studiose seruabis, vt si quando iumento pituita molesta erit, ex confecto puluere cum vino veteri, quantum videtur posse sufficere, per cornum deicias, et sanabitur statim. Si quod iumentum cuiuslibet generis strangu-<sup>20</sup> riam patitur, de sinistra manica tunicae pediculum eximis, eumque in aurem equi sinistram conicies, continuo sanabis. Sed cum hoc facies, pediculum omnino non nomines. Si quod iumentum mus<sup>21</sup> coecus<sup>a</sup> morderit, acetum acrum bene cum orbita infundito, et cum subigis<sup>b</sup> et sic tollis, et inde acu ferrea morsum bene compungito, et supra dicta terra confricato. Hoc per triduum facito, et cornu ceruino suffumigato. Ad vermes necandos scyllae succum in-<sup>22</sup> stillato et pice liquida tangito. Boues si pedes adtri-<sup>23</sup> verint, priusquam in viam mittas, pice liquida cornua perunguito. Famicem<sup>c</sup> si boues habuerint, sale et aceto diligenter eluito<sup>d</sup>, postea aeris flos contritum commixtum cum axungia vel alumine solo, vel galla cum allumine.

t. Vulgo *lene*.

v. Vulgo *remoues*.

x. *anisi* Gesn.

y. *bene teris* Sch.

z. Ita pro *scrofini* Sch.

a. Vulgo *coecum*.

b. *consubigis?* vt sect. 17.

c. *Tunorem* maleb. Sch.

d. post *eluito* comma posui; deinceps malim *postea* — *florem* — *alumine*.

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVLOMEDICINAE  
LIBER QVINTVS.  
(VVLGO TERTII CAP. II.<sup>b</sup> III.<sup>b</sup> IV.<sup>b</sup> —  
LXXXV.)

CAPVT I. (VVLGO II.<sup>b</sup>)

**S**i vulnus in dorso aut<sup>a</sup> quacunq[ue] parte corporis coe-  
perit habere vermes, et timetur, ne putredo vlce-  
ris<sup>b</sup> transeat in cancrum, nepetam<sup>c</sup> et cedrinam<sup>d</sup> siue  
ciminum vel cicutam conteres ex aceto et impones<sup>e</sup>.  
Calcem quoque viuam ex aceto acerrimo temperatam  
necare vermes experimenta docuerunt. Si vermiculus  
in dorso putredinem fecerit, vtilissimum est cauterizare<sup>f</sup>  
subtiliter, post<sup>h</sup> ebiscum cum melle et vino conterere  
et imponere. Pannos quoque minutos cum oleo et aceto  
vulnera purgare manifestum est. Quo facto si necessi-

ta

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

Libri V. Cap. I. Hic in MS. incipit liber secundus et sequitur statim post vltimum caput libri super Gesner.

a. vel in C.

b. *ulceris migret* Corb. vulgo *vulneris*.

c. Vulgo *nepitam*.

d. *cediam* C. *cedria* Goth. *Cedraea* Fab. *cedrinam* cum Samb.

Gesner. *ciminum* Samb. *cyminum* Gesn.

e. Ita pro *imponis* ex C. Gesn.

f. *mercurius* F. C. S. margo. E C. in addidi.

g. *cauteriare* C. in Go. est *vulidissimum*.

h. *post ebiscum* C. Vulgo *postebiscum*. deinceps *contere* et *imponere* Go.

tas suaferit<sup>i</sup>, vltio rursus adhibetur. Ad vltimum cornu caprinum combustum et<sup>k</sup>. contritum vlceribus superinspergitur, vt<sup>l</sup> recuperetur, et sanitas ei detur.

II. (vulgo III.<sup>b</sup>) Lumborum quoque cura vicina est. Nam animalia aut [cum<sup>a</sup>] nimio pondere, aut cum transcendere fossam<sup>b</sup> conantur, si posteriores resederint<sup>c</sup> pedes, aut nimio frigore<sup>d</sup> dolorem renum contrahunt. Ideoque<sup>e</sup> aqua calida cum flore foeni diutissime confouendi sunt lumbi. Vnctionibus<sup>f</sup> etiam calidissimis perfricandi, et ad vltimum afronitri<sup>g</sup> diluti inducto caustico corroborandi<sup>h</sup>. Quod si dolor vehementior fuerit, de vnguibus<sup>i</sup> soluendae sunt venae, et<sup>k</sup> oleum cum axungia sanguini, qui profluit, immixta<sup>l</sup> renibus inlinuntur. Et si necessitas fuerit, cataplasinis vtendum est<sup>m</sup>. Potio quoque renibus subuenit, si pilulas cypressi virides<sup>n</sup> [exuras<sup>o</sup> vndecim supra carbones,] nitri quoque vncias tres addas<sup>p</sup>, et vtraque in puluerem redigas cum vnciis tribus mellis et vini veteris sextariis tribus et olei boni tribus vnciis, quod<sup>q</sup>. per quatrimum aequa parte faucibus digeras<sup>r</sup>. Vitio lumborum medetur hemina feminis brassicae cum sextario polentae attusa<sup>s</sup> ex aqua frigida subacta atque imposita<sup>t</sup> dolent-

i. Ita pro fuerit C.

k. et om. C. post contritum vulgo additum valet omisi cum<sup>l</sup>.

l. et ad redintegrationem sufficit sanitatis Corb.

Cap. II. a. cum vt inutile inclusi.

b. fossas C.

c. resident Go.

d. frigoris dolore renem contrahuntur F. S. frigore dolore renes Go. cum Gesnero S. M. et C. nisi quod dolorem renes habent.

e. ideoque om C.

f. Ita pro Inunct. C.

g. afronitro a. G.

h. roborandi C. et roborandi Go.

i. Ita pro inguibus Go.

k. tunc sale oleo et ax. C. illi-

niuntur Go. Vulgatam tuentur Hippiatrica.

l. mixta C.

m. est om C.

n. viridis XI. super C. vndecim etiam Go. Vulgo incidis duodecim.

o. exuras ex C. addidi

p. Vulgo tres assis ex S. tres assis

F. vncias III. acis C. tres assis vero in puluerem Go.

q. quod om. et post quatrimum inferit. quo Corb. tridnum Goth. Idem verba: et vini veteris. — tribus vnciis omittit.

r. degerat C.

s. tinsa C. attonsus Go.

t. compos. infunde naribus S. M. et Go.

dolentibus locis. Sifymbrium<sup>v</sup> quoque<sup>x</sup> cum polentae sextario et aqua subactum medetur. Efficacius tamen est si cypressi folia ad modum heminae diligentissime contundas<sup>y</sup>, et polentae sextarium admisceas<sup>z</sup>, acrique 5 aceto subactum<sup>a</sup> dolenti imponas<sup>b</sup>. Praeterea resinae durae uncias duas<sup>c</sup> decoques<sup>d</sup> ut liquefcat, cui feruenti superasperges<sup>e</sup> hordeaceam farinam, quam diu spissetur<sup>f</sup> ad similitudinem pultis<sup>g</sup>, quod diu subactum<sup>h</sup>, et calidum ita<sup>i</sup>, ut manus pati possit, superillines<sup>k</sup> renibus. Quod si<sup>l</sup> frequenter renouaueris<sup>m</sup>, et dolori<sup>n</sup> subuenit et tumori. Si vero tanta indignatio fuerit, ut eiusmodi non sentiat curas, aut<sup>o</sup> cauterio cuprino locis opportunis vrendo deprimes puncta, ne deformetur animal, aut si vilius est, et<sup>p</sup> necessitati aptius quam decori, craticulatum, sicut moris est, vres.

III. (vulgo IV.<sup>b</sup>.) Rerum autem dolor his agnoscitur signis: Posteriores<sup>a</sup> ungulas trahit, lumpi vacillabunt, cauda deiecta erit, faeculentum<sup>b</sup> minget, ilia dura atque contracta. Interdum tales<sup>c</sup> sunt renes, ut sanguinem mingant, et si nimium<sup>d</sup> effuderit, incurabilis est passio. Si parum<sup>e</sup> cruoris abundauerit<sup>f</sup>, scito posse

v. sifymb. F. S. sifymbrius quoque polentae sextario. Go. sifymb. C.

x. quoque cum om. C.

y. contondas ex polentae sextario Go.

z. miscetas Corb.

a. Ita pro subactis ex C. Gesn.

b. imponis Go

c. Ita pro sex S. M. septem C.

Go.

d. decoques C.

e. frequenter superasperges C.

Vulgo superaspergis.

f. Ita pro inspissetur C.

g. Ita pro pulmenti, et diu C.

h. Ita pro subactis ex C. Gesn.

i. ita om. C.

k. superillinas C. superillius Go.

Vulgo superillinis.

l. si om. Go.

m. renouabis Go.

n. dolores subuenies C.

o. aut om. C.

p. aut necessitati aptum, quos decori gratia lares, sicut moris est, vteris F. S. aut simile, et est necessitati aptius etc. S. M. cum Gesnero C. deprimis puta — animal aut suillae, et est aut necessitati aptum, quos craticularis sicut decori moris est, vteris Go.

Cap. III. a. Posteriore sunt cui abstrahit C.

b. et foetulenter mingit F. S. feculententer Goth. foetulentus insurgit margo Sambuci.

c. ita laesi C.

d. vinum C. G.

e. rarum C.

f. habuerit C.

posse curari. Cui post detractum<sup>g</sup> sanguinem vel de matrice vel de femoribus hanc potionem<sup>h</sup> dabis, videlicet, porri sectiui succum ex aqua.

IV. (vulgo V.) Saepe musculi, qui in<sup>a</sup> renibus sunt, vexantur ex casu, et exteriores<sup>b</sup> facilius curantur, si<sup>c</sup> iustae medelae afferunt<sup>d</sup> tarditatem. Optimum est, quoties ceciderit iumentum, loco non moueri,<sup>e</sup> et<sup>e</sup> aqua frigida perfundi, et postmodum vnguentis vti<sup>f</sup>. Quae passio ista<sup>g</sup> consuevit ferre indicia: renes obdurescunt, contrahuntur<sup>h</sup> testes, coxamque trahit, et colligere se non poterit. Quae<sup>i</sup> valitudo nascitur<sup>a</sup> ex itineris longi fatigatione, aut ab infractu<sup>k</sup> cliuofarum viarum. Incitatio quoque cursus et saltus extensio hanc adferunt causam. Sanguinem igitur ex<sup>l</sup> visceribus oportet emitti, prout qualitas corporis patietur. Utendum<sup>m</sup> est potionibus etiam ad valetudinem necessariis, molli dormitione animal collocandum.

V. (vulgo VI.) Ex<sup>a</sup> perfrictione nonnunquam animalibus foras exit extalis<sup>b</sup>, qui hac ratione curatur. Scalpello scarificabis<sup>c</sup>, praecipue loca quae videntur emi-

g. detractionem sanguinis de C.

h. porriges potionem, porri septiui succum ex aqua dabis C.

Cap. IV. a. sub C.

b. de exterioribus al. exteriores C.

G. F. quid si exterius? Gesn.

c. sinistrae C. sinistri G

d. forte ferunt h. e. patiuntur Gesn.

e. sed C. G.

f. utendum C.

g. haec consu. praesferre iud. C. In Goth. indici et venes.

h. et contrahuntur, vultus erit tristis, coxam trahet, colligere C.

In Goth. et contrahuntur, vultus erit testis.

i. Valido nascitur aut longi it. fat. C.

k. anfractu C. S. M. In Goth. est dubia scriptura: cnfractu.

l. a C.

m. utendumque pot. ad causam nec. C. Deinde Goth. dormitioni.

Cap. V. a. Ex perfr. om. C.

b. talus F. S. procedat bistalis C.

Est eadem vox quae diserte infra 3, II. scribitur extalis, quamque satis idoneis auctoribus probatam dedit Dufrenius. Nihil frequentius mutatione syllabae ex in is vel his, vel s adeo. Extalem etiam Laur. Rufus Hipp. c. 96. sale conspergi iubet. Ex perfrictione longationis, (qui idem est extalis s. intestinum rectum) vitia in equis apud Veg. I, 42, I. Gesn.

c. clarificabis C.

eminentiora, similiaque vesiculis<sup>d</sup>, quae post scarificationem digitis exprimentur, et decarnantur, puluere etiam salis confricantur, donec cum sanguine totus<sup>e</sup> humor exsicceetur. Post calida et sale fouebis, et deprimendo<sup>f</sup> intus remittes, et continuo reuertetur ad locum, vnde<sup>g</sup> exierat. Si non profecerit altero die intus missis digitis curabis inlita lipara vel meliloto, donec sanetur. Quod vitium si ferro tangere dubitas, hoc medicamento curabis quotidie: Castorei uncias tres, salis triti<sup>h</sup> pondera duo, salis Ammoniaci<sup>i</sup> lib. vnam, sinopidis<sup>k</sup> Ponticae fescunciam. haec omnia tinsa et cribrata pariter decoques, impones<sup>l</sup> extali, et alligabis<sup>m</sup>; quotidie autem lixiuia<sup>n</sup> calida fouebis et medela continua vsque ad sanitatem. Potionibus autem<sup>o</sup> theriomaticis<sup>p</sup> calefacies<sup>p</sup> aegrotum. Alii in hac passione cum axungia ad manum<sup>q</sup> extalem fulciri et reponi oportere dixerunt, postea spongiam<sup>r</sup> apponi caudam supra alligando<sup>s</sup>. Si tamen diebus aliquot<sup>t</sup> fuerit cura neglecta, prius foueri<sup>v</sup> adserunt ex lixiuia vel sale, et vrina calenti, et sic reliqua curationis<sup>x</sup> impleri.

## VI. (vulgo VII.) Testium dolor<sup>a</sup> animalibus saepe con-

d. siculis, quae post scarificationem (leg. scarificationem) digitis exprimentur et decarnantur, puluere etiam salis confricantur C. In Goth. quae vesiculis scarificationem digitis exprimeret. Vulgo est: vesiculis, scarificatio digitis exprimitur; et decarnatur, puluere salis perfricatur.

e. Ita pro actus C.

f. deprimes intusque remittes C. vulgo remittis.

g. Ita pro vnde exierat. Altera intus dig. mis. in lita lypparia C.

h. nostratis C.

i. Ita pro Arm. Gesn. ex Anon. C.

k. Ita pro sinapis pontici uncias 6 ex C. Gesn.

l. in stalem pones C. impones talo F. S.

m. Ita cum C. Gesn. pro alligabis quotidie, aut F. S.

n. Ita pro lixiuio calido C.

o. theriomatic. S. tragment. S. M.

p. Ita pro calefacies C.

q. manus talos F. S. manum stalem

C. Vulgo extalem.

r. Ita pro spongia Gesn.

s. adpone — adligabis C.

t. aliquantis C.

v. adserunt et lixiuia vel sale manvia calenti C. Vulgo ad sex ex lixiuio.

x. curationes C. Vulgo est curationibus.

Cap. VI. a. Ita pro Dolor remum C.

contingit, qui<sup>b</sup> his proditur<sup>c</sup> signis: nec incedere poterit, nec cubare; ilia eius inflantur et obdurefcunt. quorum ista curatio est. Sanguis de vtrisque femoribus<sup>2</sup> emittitur<sup>d</sup>; postea lotium vetus<sup>e</sup> et putridum in vase supponitur, et lapides molares feruentes illic<sup>f</sup> mittuntur, animal sagis diligentissime vsque ad vngulas operiatur<sup>g</sup>, vt<sup>h</sup> vapore lotii venae testium fudent; post aqua calida confouentur<sup>i</sup>; nitrum et alumen scissum<sup>k</sup> pariter conteres diligenter, et admixto<sup>l</sup> oleo testes perunges<sup>m</sup> fricando. Si molares [lapides<sup>n</sup> defuerunt,<sup>3</sup> qualescunque calefacies, et mittes in lotium. Alia quoque] huius<sup>o</sup> rei proditur medicina. Lentis hemina<sup>p</sup> vn<sup>a</sup> decoquis<sup>q</sup>, admixto vino in<sup>r</sup> mortario teres, cypressi folia<sup>3</sup> 4<sup>s</sup> mollissime pariter trita commisces<sup>t</sup>, tantundem etiam suillae adipis adiunges, vinumque vetus desuper<sup>v</sup> sparges, panno inlinitum testibus apponas<sup>x</sup>, donec sanitas procuretur. Si tardabitur<sup>y</sup> sanitas, testes subter stillatis<sup>z</sup> cauteriis vrito, vel leuiter scarificato.

VII. (vulgo VIII.) [Quod<sup>a</sup> si testes tumbunt,] hordeum comburito, pulueremque<sup>b</sup> ex eo trito suillae adipi misceto, ex quo medicamento mane et vespere testes illinito. Physicum autem creditur, testes animalium

b. qui inf. C.

c. prodetur C.

d. emittetur — supponctur etc. C.

e. eius putr. C.

f. illic inf. C.

g. cooperietur C.

h. vt om. S.

i. confouantur C.

k. spissum C. marg.

l. admisces oleum C.

m. perunges C.

n. inclusa suppleuit Gesn. ex C. Conf. 3, 28, 5.

o. huiusmodi rei proditur ma. F. S.

p. eminan C.

q. decoques C.

r. in inf. C.

s. scrip. IV. C.

t. commiscis F. S.

v. rursus asperges C.

x. impones C.

y. Ita pro tardius dabitur C.

z. stillatim cauteribus C. Vulgo stillatis. superfcintillatis margo Sambuci.

Cap. VII. a. Verba Quod — tumbunt addidit Gesner ex Corb.

b. pulueremque ex eo tritum suilli rem permisceto C. Vulgo pulueres.

2 malium ablutos canino felle sanari. Ahi auctores aqua calida testes cum dolent fouendos esse duxerunt<sup>c</sup>, suffumigandos<sup>d</sup> etiam viridibus foliis cypressi<sup>e</sup>, quae arbor specialiter mederi testibus creditur. Sed si defuerit, testas<sup>f</sup> ardentes nihilominus in aqua calida mitti, et inde<sup>g</sup> suffumigari; post cretam<sup>h</sup> Cimoliam cum stercore bubulo ex aceto acerrimo calentem induci, et quotidie renouari, quousque sanitas subsequatur.

VIII. (vulgo IX.) Si natura iumento exciderit<sup>a</sup>, ut reuocari non possit, in aqua frigidissima constituendum est, et ibi<sup>b</sup> fouendum, et<sup>b</sup> sublitam manum in anum eius iniicies, et contra vesicam fricabis, post diligenter cooperies, ne perfrigescat. Potiones<sup>c</sup> dabis, sterCUS suillum<sup>d</sup> quotidie<sup>e</sup> ex vino, aut in aqua dulci, donec liberetur.

IX. (vulgo X.) Si iumentum sanguinem minxerit vel adsellatum fuerit, hac ratione curabitur. De superiore vena sanguis auferatur, asphodeli<sup>a</sup> quoque herbae radix teritur<sup>b</sup>, et cum vini albi dulcis duabus cotylis<sup>c</sup> per os infunditur<sup>d</sup>, quae glutinosa videatur<sup>e</sup>. Prodest etiam farinam triticeam cum adipe suilla<sup>f</sup> et puluere corticis mali granati decoquere, et non crassam<sup>g</sup> potionem, sed liquidam per os defundere; et<sup>h</sup> non solum

a cur-

c. dixerunt C.

d. suffumigando C.

e. Ita C. cypressique arboris F. S.

f. Ita C. testes F. S.

g. insumigari C.

h. Vulgo cretas Cimolias — bubulino — calentes — reuocari. Corb. cretam Cimoliam c. st. bubulo et a. a. calente reuocari.

Cap. VIII. a. Ita Corb. pro excidit, et exciderit, ut C.

b. et cum substrinxerit, in manum ei iniic. C.

c. potionem C.

d. onillum conii. Morg. IV, 30.

e. ex vino. Quotidie autem in aquam ducet, donec C.

Cap. IX. a. aphodilli F. S. asphodillae C. affodilli et paulo antea assellatus G.

b. teretur C.

c. cotylis C.

d. infunderur, ut glut. C.

e. alio prodest inf. C. In G. additur ant.

f. suillo C.

g. Ita Corb. pro crassas potiones — liquidas — fundere.

h. et omittit Cor.



a curfibus, fed etiam ab ambulatione abftinendus<sup>i</sup> eft, vt glutinet<sup>k</sup> venam quæ interiori rupta eft. Contingit enim ex<sup>l</sup> curfu vel saltu, vt intrinsecæ<sup>m</sup> venæ rumpantur; quapropter rebus stypticis, et his, quæ consolidationem<sup>n</sup> faciunt, curandus eft et defendendus a frigore: cui et super renes hoc anacollina oportet imponi: bulbos rufos L cochleas<sup>o</sup> viuas contufas, allia quinque, anagallici libram; quæ omnia pariter bene trita commifces<sup>p</sup>, et renibus eius imponis. quod prodeft etiam illis, quibus euulsi<sup>q</sup> vel emoti funt renes. His autem quibus per nares effluit fanguis, pufca frigidiffima caput eius<sup>r</sup> fouebis, modicum falis adicies. post anacollina fuprafcryptum<sup>s</sup> in capite et in<sup>t</sup> temporibus oblinis, et vehementer<sup>v</sup> medicamento constrictis venis fluxum fanguinis reprimis<sup>x</sup>.

X. (vulgo XI.) Si dysenteria iumentum apprehenderit, reuerfatur eius extalis<sup>a</sup>, qui vt curetur circumsecandus eft cautiffime, nè inteflinum, quod praepositum eft extali<sup>b</sup>, tangatur. quod fi fuerit laefum, iam

M 2

NON

i. Ita Corb. pro abftinendum.

k. Ita Corb. pro glutinetur vena quæ interrupta eft.

l. ex inf. C.

m. intrinsecus vena rumpatur C.

n. Vulgo: curetur. Super legi-  
tur. deinceps bulbos tafcedear vi-  
vas et cetera. colligefaciunt, curan-  
dus eft, et fufidendus (f. defenden-  
dus) eft a frigore. cui et super renes  
hoc anancolymba (anacollina) oportet  
imponi: bulbos rufos L. ova V.  
anagallicus lib. I. quæ omnia C.

o. In Goth. eft tafcedear et pau-  
lo antea faciunt et curas super.

p. commifces — et impones C.  
Vulgo commifceis.

q. euulferint Goth. Voluit euulsi  
erunt.

r. eorum C.

s. anancolymia fuprafcryptum C.  
vnde fuprafcryptum addidi.

t. et tempore oblinies C.

v. Ita pro in Corb.

x. reprimis C. quod errore dedit  
etiam Gefneriana:

Cap. X. a. Italis qui incuratur

C. deinceps quæ — fecanda F. S.  
extale, qui — fecandus Go.

b. Vulgarum: extali frangatur.

Procidit inteflinum a contactu: vitæ

periculum facit, fi tangatur; quod

semel non redit et fic remanebit, et

paululum exit extalis fupra correxii.

Corb. fic habet: talitan generatur.

Quod fi fuerit laefum, iam non rediet,

fic remanebit et patulus erit estalis, et

facile procidet inteflinum, ftatim vi-  
tæ etc. In S. margine eft: proci-

dit inteflinum ab extale, et. Vo-

luit: procedit inteflinum ab extali,

et vitæ etc. Goth. post extali per-

git: poffit facere. procedit — con-

tactis — facit, tangatur — feneft

laefum non redit.

non redibit, et sic remanebit et patulus erit extalis et facile procidet intestinum. Statim vitae periculum facit.

XI. (vulgo XII.) Animalium otiosis et pinguibus<sup>a</sup> contingit ex<sup>b</sup> pletura sanguinem mingere, cum hoc<sup>c</sup>, quod abundat, erumpendi per urinam<sup>d</sup> inuenit viam: attenuati etiam<sup>e</sup> et exhausti animalis interdum est urina<sup>f</sup> sanguinea. Quod accidit aut ex<sup>g</sup> nimio ascensu, aut labore ponderis<sup>h</sup>, aut nimietate cursus, sed<sup>i</sup> illis, qui ex deliciis aut abundantia contraxerint passionem<sup>k</sup>, de matrice auferunt<sup>l</sup> sanguinem; attenuatis venas<sup>m</sup> laxare contrarium est<sup>n</sup>. Vtrisque tamen salutaris est potio, si<sup>o</sup> lac caprinum cum amuli tribus obolis et vrceolaris herbae succo [pastillos facias, ex quibus vnum], per os frequenter infundas. Certissima quoque ad ipforum salutem potio praedicatur, si traganti vnciam semis, opii ), storacis<sup>p</sup> ) tres, nucleos pineos purgatos ducentos decem infundis in vino optimo<sup>q</sup>, ac diutissime conteres<sup>r</sup>, post ad magnitudinem nucis auellanae cum apibus attritos et vini optimi<sup>s</sup> sextario resolvas et ad cornu faucibus digerās per dies continuos septem; quod etiam hominibus prodest, ad fabae magnitudinem cum ouo dedisse.

XII.

Cap. XI. a. Ita C. S. M. pro pigris.

b. expletura F. S.

c. eo quo C.

d. urinas C. Goth.

e. etiam addidi ex Cor.

f. in terra sanguinea F. S. vrinam sanguinem C.

g. ex om. C.

h. ponderum C. et Goth.

i. Ita C. Sed ille qui S. M. Sordalis. Qui — contraxerit F. S. sed animal Goth.

k. Ita C. pro passiones.

l. auferendus est sanguis C.

m. venam C.

n. est addidi ex C.

o. illa: Caprinum cum amuli tribus auellanis et horti olaris herbae succum frequenter infundes C. Vulgo erat: cum a matricibus obolis et vitio lavis herbae.

p. steracis F. S. Drachm. III. S. M.

q. optimo om. C.

r. conteres ex C. addidit Gesner.

s. optimi addidi ex Corb.

XII. (vulgo XIII.) Si<sup>a</sup> vero sanguinem animal reicit<sup>a</sup>, oportet genestae succum dari<sup>b</sup> cum vino, aut porri<sup>c</sup> succum lixiuio oleoque permixta faucibus infundere. Aliquando animalia sanguinem vomunt, quibus hac potione succurritur<sup>c</sup>: absinthium Ponticum et spicam nardi aequis ponderibus in cacabo nouo cum aqua decoques<sup>d</sup> et dabis in potu<sup>e</sup>.

XIII. (vulgo XIV.) Si<sup>a</sup> sanguis interdum nimis<sup>b</sup> per venam, cum percussa fuerit, et<sup>c</sup> claudi non potuerit, erumpit, remedium est, stercus ipsius<sup>d</sup> animalis superponere<sup>e</sup> fluentibus venis: aut si perseuerauerit, vrere<sup>f</sup> cauterio subtiliter, ne nerui laedantur. Floccum etiam competentis<sup>g</sup> oleo tinctum venae<sup>h</sup> admoueto. etiam<sup>i</sup> assen ligneum<sup>k</sup> in venam, quam sanguis profluit<sup>l</sup>, ponis, et ligas; praesens est remedium.

XIV. (vulgo XV.) Vesicae indignatio generatur ex plurimis causis, et<sup>a</sup> propter vrinae difficultatem celerimum<sup>b</sup>, immo praesens discrimen importat. De qua valitudine diligentius<sup>c</sup> tractare<sup>d</sup> conuenit, vt passioni<sup>e</sup> competens medela succurrat; quae his agnoscitur signis. mingere non poterit, omnia crura flectentur, demittitur<sup>f</sup> venter ad terram. Et si difficulter<sup>a</sup>

M 3

miti-

Cap. XII. a: animal reicit C.  
pro vulgato sanguinem vomat.

b. Ita C. pro succum, cum vino atque porri succo. Idem lixiuio habet.

c. succurreretur C.

d. coques C.

e. potum C.

Cap. XIII. a. si om. C.

b. nimium C.

c. Ita Corb. pro vt claudi non possit, erumpat.

d. ipsius om. S.

e. super C.

f. vri C.

g. tnuenti C.

h. bene C.

i. etiam om. C.

k. lineum F. S. nobiscum C.

l. effluit C.

Cap. XIV. a. Ita C. pro quae.

F. S. qua.

b. Ita C. celerr: deerat ante Gesn.

c. Vulgo diligenter. Corb. diligentibus.

d. Ita pro tractari C. et Goth.

e. passionis C. G.

f. Vulgo diuinit. Corb. ventrem demittit.

mingit<sup>g</sup>, dysuria appellatur: si<sup>h</sup> quando guttas per ve-  
 retrum mittit<sup>i</sup> cum labore, stranguria dicitur: quum<sup>k</sup>  
 in totum non potest mingere, ischuria<sup>l</sup> appellatur, et  
 vicinus est morti. Propter quod extensiones et tuber-  
 cula nascuntur in dorso, et praefocatio circa fauces ex  
 3 dolore ventris. Cui hac ratione succurris<sup>m</sup>: de<sup>n</sup>  
 pectore venas pungis, et sanguinem quantum sufficit  
 detrahis, et sic accipiet<sup>o</sup> laxamentum. Praeterea  
 manum tepido<sup>p</sup> cum oleo in anum mittis<sup>q</sup>, et si qua  
 4 stercora intus<sup>r</sup> impedimento sunt, attrahis<sup>s</sup>. Post  
 cum libra olei salis triti plenum acetabulum misces, et  
 calefactum iniicies in anum, iumento in locis pronis  
 posito, vt facilius ad interiora<sup>t</sup> descendat; dulcedo  
 enim<sup>v</sup> sequitur ac solutio ventris, et dolor mitigatur.  
 5 Quae remedia si tarde<sup>x</sup> subuenerint, manum et bra-  
 chium perungito, et<sup>y</sup> cum magno sensu atque cautela  
 in<sup>z</sup> anum iniicito<sup>a</sup> in partem dextram, et reuersato<sup>b</sup> in  
 sinistram: vesicam<sup>c</sup> manu plena leuiter premito, vt  
 6 incipiat<sup>d</sup> vrina procedere<sup>e</sup>, et sic liberabitur. Valde  
 premere<sup>f</sup> est contrarium. Ex his autem<sup>g</sup> causis passio  
 ista<sup>h</sup> descendit: si iumentum in opere aut cursu magna  
 parte

g. mingat Corb.

h. Ita C. pro Sed.

i. mittit om. C.

k. *Qui totus Goth. Qui vicinus est morti propter quam extensionem reliquis omissis Corb.*

l. Ita pro *dysuria* Morgagni: et Gesner.

m. succurres C.

n. *depectorabis et sanguinem quantum sufficit detrahes C. Vulgo quantum videbitur.*

o. Ita C. pro accipitur. F. S. *laxamentum.* Morgagni coniec. *lenam.*

p. Ita C. pro tepidam. Goth. *manus cum oleo tepido.*

q. mittes C.

r. Ita pro *inueneris intus, quia impedimentum praestant* Corb.

s. *abstrahes C. extrahis Morg.*

t. interna C.

v. Vulgo etiam.

x. *tardius C. deinceps vulgo manus et brachia. Mecum C. qui perungito.*

y. *tum magno C.*

z. Ita pro *manus* ex Corb. Gesn.

a. et inf. Edd. a. G.

b. Ita cum C. Gesn. *Vulgo in partem.* Goth. *dextram et cum sacro in partem.* Ceterum vbi ab Editis discessit Gesner, Corb. secutus est.

c. et sic *manum plenam* edd.

a. G.

d. *incipias in hac proc.* edd.

a. G.

e. *producere, sicque liberantur C.*

f. *spinac F. S. premere S. M. et C.*

g. *autem om.* edd. a. G.

h. *ita* edd. a. G.

parte diei<sup>i</sup> cogatur, et urinae faciendae<sup>k</sup> spatium denegetur, tunc<sup>l</sup> a vesicae meatu usque ad veretrum nascitur tumor, et cum dolore egestionis foramen angustatur; E diuerso si iumentum exerceri solitum 7 diebus plurimis steterit, indigestione<sup>m</sup> nascuntur spurcitiae, et<sup>n</sup> humores efferuntur usque ad vesicam, compunctiones etiam<sup>o</sup> et morsus vrnali fistulae praestant; ex quo stranguria<sup>o</sup> plerumque contingit. Ex perfrictio- 8 nis<sup>p</sup> indignatione<sup>q</sup> dysuria solet<sup>r</sup> venire, cum nimio rigore meatus intumuerit: et ideo calefactionibus diuersis a<sup>r</sup> frigoris soluenda<sup>s</sup> est celeriter iniuria. Interdum<sup>9</sup> ex<sup>s</sup> indigestione hordei, vel<sup>t</sup> cum aquam frigidam au- distissime biberiat, dolorem<sup>v</sup> ventris animalia patiuntur, et propter vicinitatem commota vesica stranguriam sustinent. Aliquando et sterces pullinum, vel<sup>x</sup> alia noxia in cibo sumta, cum inflationem fecerint, impediunt minctionem. Bestiolae<sup>y</sup> etiam, quae appellan- 10 tur buprestes<sup>z</sup>, araneae similes, si cum foeno deuoratae fuerint, animal praefocant. Aqua<sup>a</sup> quoque coeno vel limo<sup>b</sup> turbida si bibatur, meatus impedit minctionis. Vermes<sup>c</sup> quoque vel lumbrici si intestinum exulcera- 11 verint, vesicam<sup>d</sup> laedunt, et dupliciter animalibus discrimen important. Quod his deprehenditur signis<sup>e</sup>. animal quod tardius mingit, latera sibi scalpit<sup>f</sup>, vel

M 4 terram

i. duci edd. a. G.  
 k. facili edd. ex urinae G.  
 l. et edd. a. G.  
 m. uti inf. C.  
 n. ex humore efferunt C. spurcitia ex humore effuzuntur. G. deinde praestat.  
 o. stranguria C.  
 p. perfrictione et edd. a. G.  
 q. adsolet enenire C. assolet Goth.  
 r. Ita pro a frigore s. est ini. cel. Corb.  
 s. Ita pro et C.  
 t. Ita pro et Corb.  
 v. Ita pro dolores Corb.  
 x. Ita pro et C.

y. Bestiolus etiam, qui appellatur buprestis aranae similis, si cum foeno deuoratus fuerit, animal praefocabit C. bestiolas etiam Goth. Verba si et foeno. Vulgo desunt.  
 z. vulpestres F. S. bullvestrae S. M.  
 a. aquam — turbidam si bibat, meatum C.  
 b. luto S. M.  
 c. Vermis q. d. lumbricam si intestinum exulcerauerint C. unde vulgatam: in intestinis cum ex ulcere venerunt correxerunt.  
 d. sic C. vesicis edd. a. G.  
 e. si inf. C.  
 f. scalpet — mordet C.

terram mordet, scias illud<sup>g</sup> vermibus<sup>h</sup> vel lumbricis  
 12 torqueri. Cui hac ratione succurris<sup>i</sup>: brassicae folia  
 subtilissime<sup>k</sup> contundis, et commisces boni vini cotylas  
 quatuor; et per sinistram narem<sup>l</sup> infundis. Sulphur<sup>m</sup>  
 etiam viuum in puluerem rediges, et cum oleo totum  
 ventrem animalis et veretrum perfricabis. Absin-  
 thium etiam largiter cum vino decoques, et per sini-  
 stram narem defundes. laser quoque Syriacum et nitri  
 puluerem cum vino decoquis<sup>n</sup>, at per os digeris.  
 13 Inambulationibus et leni<sup>o</sup> cursu exercebis<sup>p</sup> in loco  
 molli, vel herbido: vel ad aquam leniter labentem ad  
 vrinam inuitabis. Facilius<sup>q</sup> autem profocabitur, si,  
 14 vbi aliud<sup>r</sup> animal minxerit, teneatur. Quae<sup>s</sup> praemit-  
 tuntur<sup>t</sup>, vt veniatur ad curas<sup>v</sup>; aqua enim calida diu-  
 tissime lumbi fouebuntur<sup>x</sup> et renes, tunc auenam  
 agrestem et<sup>y</sup> vini dulcissimi duas cotylas decoques, et  
 per sinistram narem infundis colatum humorem<sup>z</sup>: ficus  
 praeterea optimas decoques in aqua cotylis quatuor,  
 15 mixtoque nitri puluere similiter defundes<sup>a</sup>. Allium<sup>b</sup>  
 quoque cum vino decoctum, et per sinistram narem  
 infusum<sup>c</sup> producit vrinam<sup>d</sup>. Memineris autem ex eo  
 momento<sup>e</sup> cum in hanc inciderit passionem, hordeum  
 ei

g. Vulgo cum.

h. ver torqueri C. vnde vulga-  
tum extorqueri correxi.

i. succurres C.

k. subtilissima contundens com-  
misces vini boni cotylas C. commi-  
sces etiam Goth. Vulgo commiscis.

l. partem suffundes C.

m. Sulphur — defundes ex C.  
suppleuit Gesner.

n. decoquens per os digeris C.

o. leni C.

p. Tunc in locum mollem vel her-  
bidum, vel aquam leniter habentem  
ad vrinam inuitabis C. vnde vul-  
gatum leniter abeuntem correxi,  
vbi abeuntem omittit S.

q. Facilius a. prov. addidi ex  
Corb.

r. Vulgo aliquod aliud, sed Corb.  
mecum. Post teneatur vulgo se-  
quitur: facilius pronocatur.

s. Quaedam S. M.

t. praemittenda sunt C.

v. curam C.

x. Ita C. pro fouebuntur.

y. Ita C. pro ex vino dulcissimo  
duabus cotylis decoquis. nisi quod  
cotylas C.

z. Ita C. pro colatos humores.

a. Ita C. diff. a. G.

b. Polium C. et Goth. Trifolium  
S. M.

c. fusum C.

d. Ita pro vrinas C.

e. Ita C. pro statim, cum in  
passione ceciderit.

ei<sup>f</sup> subtrahendum penitus, et potum<sup>g</sup>, herbam viridem vel farraginem ad substantiam dandas. Sarmatarum 16 autem, (quorum) equitatus<sup>h</sup> veteres plurimum valuerunt, vsus inuenit, vt animalia a collo vsque ad pedes inuoluantur de sagis, suppositisque carbonibus viuus addito castoreo suffumigentur, vt totum ventrem<sup>i</sup> testiculosque eorum castorei fumus vaporet<sup>k</sup>; et confestim detractis carbonibus cooperti deambulant et mingunt. Alumen scissum<sup>l</sup> et sales<sup>m</sup> fricato, ad 17 mixtoque oleo et melle collyrium longum et tenue facito, et in scapi<sup>n</sup> ipsius foramen inferito, continuo prouocabitur. In abeno opopanacis quanta<sup>o</sup> digiti 18 minoris extremitas cum<sup>p</sup> vino decoques et per nares dextras dabis. Alii cepas acerrimas purgant<sup>q</sup>, et leuiter contusas tres aut quinque ponunt in anum, et sic deambulare faciunt. Ad vrinas inuentus est qui affirmaret 19 priores vngulas<sup>r</sup> equi ipsius radi, et teri cum vini sextario, et per nares infundi ad celeritatem<sup>s</sup> minctionis<sup>t</sup> physica ratione prodesse. Betas quoque<sup>v</sup> et 20 malas decoques, et aquam earum calentem cum melle ad vnum sextarium naribus infundes. Si tempus viri- 21 des denegat cibos, foenum melicrato<sup>x</sup> adpersum praebebis: vel succum ptisanæ<sup>y</sup> hordeaceae cum melicrato

M 5

funi-

f. Ita pro *eis* Goth. *eis subtr.* In altero *opopanacem.* In Goth. *panacem.* Mecum S. M. vbi tamen est *quantum.*

g. Ita C. pro *potus herbas virides vel farragines ad sustentandum.*

h. Ita cum Gesnero Goth. pro *aequit.* Corb. *aequitatatum apud veteres.* Gesner *quorum* inserere suavit.

i. *vitrum* C. quod *uterum* interpretatur Gesn.

k. Ita pro *euaporet* C. omissa tamen copula et.

l. *falsum* F. S. *excissum* C. *scissum* S. M.

m. *sale* F. S. *salis* C.

n. Ita pro *veretri ips. foramine* Corb.

o. Vulgo erat *ano panacis quantum.* In Codice *Inde apopanacem.*

In altero *opopanacem.* In Goth. *panacem.* Mecum S. M. vbi tamen est *quantum.*

p. cum — *dextras* addidi ex C. et S. M. nisi quod S. M. *decoqui,* et Corb. *decoques,* per *nares dextram.*

q. *purgant* addidi ex S. C.

r. Ita Corb. Vulgo *affirmat et vngulam.*

s. Ita pro *celerem minctionem.* Si non tali ratione *prodesset* Corb.

t. *mixonem* S. *minxionem* F. *celerem minctionis* Goth.

v. *quoque* ex Corb. addidi. *bletasque* Goth.

x. *melicr.* edd. a. G.

y. *tesanae* C.

similiter dabis. Aliquantum<sup>z</sup> rosinarinum<sup>a</sup> decoquunt,  
 et ex ea calida testes<sup>b</sup> fouent. Cimicem<sup>c</sup> etiam viuum  
 in aures animalis mittunt, alium<sup>d</sup> super naturam, qua  
 22 mingit<sup>e</sup>, confricant; certissimum dicitur<sup>f</sup>. Porros  
 decoques<sup>g</sup>, et succum eorum exprimes ad sextarium i,  
 et cum vini veteris<sup>h</sup> hemina olei acetabulum permisces,  
 et<sup>i</sup> per narem dextram dabis, deambulando<sup>k</sup> ducis.  
 Vulgare et<sup>l</sup> verum est remedium<sup>m</sup>: lutum de via ex  
 lotio cuiuscunque equi factum vinoque permixtum et  
 23 colatum naribus infundas. Apii radices cum vino<sup>n</sup> aut  
 melicrato decoctas praebabis<sup>o</sup>, pulueremque thuris  
 ouumque crudum cum vino dulci permixta per os con-  
 uenit dari. oleo cum vino permixto et calefacto supra  
 renes et ilia inungens<sup>p</sup> confouebis. Ex melle quoque  
 decocto et sale collyria<sup>q</sup> longa et tenuia foramini im-  
 mittuntur<sup>r</sup>; quo emanat vrina. Musca<sup>s</sup> viua et<sup>t</sup> loco  
 ipsi immittitur<sup>v</sup>, velonica thuris apponitur, et de bitu-  
 mine collyrium<sup>x</sup> inferitur, vt prouocetur vrina.

XV. (vulgo XVI.) Quibus modis constrictus<sup>a</sup> ven-  
 ter solui debeat<sup>b</sup>, saepius edictum est. Nunc expo-  
 nendum est, quemadmodum<sup>c</sup> solutus possit adstringi.  
 Res enim haec animalibus periculosa nimis est; nisi  
 velox

z. alii S. M.

a. Ita Corb. Vulgo rosinarinor.

b. testes ex Samb. addidit Ges-  
 ner. tenent addit Goth.

c. Ita Corb. Vulgo Alii cimices  
 tritos in nares. S. M. ternos villos  
 in aures. Goth. tertios habet.

d. Vulgo et alium. F. S. aliam.

e. mingunt F. S.

f. dicitur om. C.

g. decoquens succum C.

h. et inf. F. S.

i. et om. C. naves dextris G.

k. deambulatum ducis C.

l. Sed C. In Goth. est bulgar  
 exsiccat veriam est lutum.

m. rem. om. C.

n. cum vino inf. C. S. M.

o. praebere C.

p. sporigis C. inungis Goth.

q. collyrium etc. C.

r. inditur quo emanat C.

s. etiam inf. C.

t. et om. C. inuitur pro im-  
 mittitur Goth.

v. immittitur, vel micturis appo-  
 netur, vel denitum in collyrio inferi-  
 tur, vt prouocet vrinam C.

x. Vulgo collo inferitur.

Cap. XV. a. Ita pro strictus C.

b. Ita pro debet, saepe praed.  
 Corb. dicitur etiam Go.

c. Ita pro si solutus, postea re-  
 stringetur. Denitum hoc animal  
 periculosum Corb. posse adstringi  
 etiam S. M.



velox medicina subuenerit; cuius necessitatis<sup>d</sup> de experimento principale<sup>e</sup> remedium est. balaustii<sup>f</sup> feminis vnciam ex vino austero<sup>g</sup> dabis, caryotas tundis<sup>h</sup>, et gallas Syriacas, et exinde datur potio salutaris. Talis<sup>2</sup> quoque subuenit compositio: cerae<sup>i</sup> vncias 2<sup>k</sup>, lardi libram vnam, piperis vnciam<sup>l</sup> semis piculae<sup>m</sup> semiunciam diligentissime<sup>n</sup> tundes, casiae vnciam semis trita pariter consperges<sup>o</sup>, offas facies, solito minores<sup>p</sup>, intinges<sup>q</sup> in ceram remissam et sic digeres. Stercoris quoque ouilli denarios III. et aceti mulsi sextarium<sup>r</sup> per cornu dabis. herba rubea trita<sup>s</sup> restringit<sup>t</sup>, si detur in 3 vino. spongiam Afram<sup>y</sup> intinges in pice liquida, post combures, farinamque eius vino austero defundes. farinae triticeae heminam<sup>x</sup>, seui caprini vnciam vnam lactis heminas tres pariter commisces et da. Nitrum<sup>y</sup> quoque, si<sup>z</sup> potest fieri, virgineum<sup>a</sup> diligentissime tritum et in puluerem redactum cum hemina<sup>b</sup> aceti femi-

d. Ita pro necessitas ex C. Gesn.

e. Ita pro principali tenendum est S. M. Corb. principale etiam Go.

f. Hoc ex S. M. scriptura: *Falaustae feminis* efficit Gesn. *Clistere vnciam F. S. appositio* signo corruptae lectionis *Vste SMNC.* Equidem balaustii semunciam malim, quia balaustii semen nullum est.

g. vel aceto per os defundere (*defundit S. M.*) *Hordeum combustum* (*ordeum quoque S. M.*) ex vino austero dabis inf. C. et S. M.

h. tundes in gallam Syriacam C.

i. cere S.

k. fordes inf. S. C.

l. sinnc. h. e. semunciam C.

m. lenticulae conii. Morg, IV, 33.

n. casei sinnc, dil. tundes et C. cassiae F. S. nobiscum S. M.

o. conspergis F.

p. Ita pro more S. M. C.

q. intingues C.

r. Ita pro cera, cum remissa est.

Sic quoque digeres stercoris ouis libram, et in aceti et mulsae sextario

dedit ex Corb. nisi quod quoque retinui ex vulgata et copulam ante aceti addidi. *stercoris denarios tres S. M. facito — cere remissa est — ouis denar. III. aceti Go.*

s. trita inf. S. et C.

t. Ita pro restringes, si dederis C.

v. offam ex Edd. affert Gesn, qui Afram ex C. posuit. Sed Sambucus in vino spongiam. Offam intinges et in margine vino veteri. Spongiam habet. Vitiose autem varietas ista notatur in margine.

x. heminam, seui caprini vnciam vnam lactis heminas tres pariter commisces et da S. M. Vulgo erat: heminas quatuor commisces et digeres.

y. Vitrum C.

z. Nitrum — fieri om. S. M.

a. virgineum C.

b. Ita cum C. Gesn. cum aceti semuncia diligentissime tritum dabit ex F. S. laudat Gesner, sed in Samb. est c. ac. sem. dabis heminam. in margine: vnciam vnam cum aceti hemina media dabis.

femtuiciam dabis. Puluis ex punice datus<sup>c</sup> cum vino in potu. mox medetur.

XVI. (vulgo XVII.) In folliculo vel in ano aliisque<sup>a</sup> partibus corporis nascuntur aliquando verrucae, et vitium deformitatis<sup>b</sup> important, hac ratione curandae<sup>c</sup>: lino<sup>d</sup> subtili constringentur<sup>e</sup> ipsae verrucae. Dein<sup>f</sup> causticum crudum imponitur<sup>g</sup>, et sponte decidunt. Ferro etiam praeciduntur, et [de<sup>h</sup>] cauterio leuiter adusta sanantur.

XVII. (vulgo XVIII) Interdum<sup>a</sup> iumentis misera fit coxa; cui de venis femoris<sup>b</sup> sanguis emittitur, et in vase diligenter excipitur. admiscetur etiam puluis sulphuris, nitri, baccarum lauri, feclae tritae<sup>c</sup>, et contra pilos diutissime perfricatur, et per triduum sic<sup>2</sup> permanere<sup>d</sup> permittitur. Aqua etiam<sup>e</sup>, in qua verbenae<sup>f</sup> coctae sunt, tepida ter<sup>g</sup> in die fomentabis: pedem<sup>h</sup> quem sanum habet glante<sup>i</sup> ferreo, vel si defuerit, sparteae calceabis, cui rotulam ligneam<sup>k</sup> subiicies, et addita fasciola diligentissime colligabis, ut<sup>l</sup> suppositura illa faciente partis illius, quae misera est<sup>m</sup>,  
3 planam vngulam possit ponere. Synchronisma<sup>n</sup> etiam per<sup>l</sup>

c. cum vino potui datus C.

Cap. XVI. a. Ita pro aliis quoque partibus S. M. et Corb.

b. Ita pro deform. C. Go.

c. sunt addit C.

d. filo S. M.

e. constringetur ipsa verruca Corb.

f. Ita pro in ex Corb. Gesn.

g. imponetur — decidet — praecidetur — sanatur Corb.

h. de om. Corb.

Cap. XVII. a. Int. ium; omitt. princeps.

b. femorum C.

c. et sepiae tritae S. M. et feclae tritae C. et flecte trita Go. Vulgo simul tritis.

d. manere patitur C.

e. etiam om. C.

f. veruinae C.

g. Ita ex C. et S. M. Gesner. datur in die Samb. et princeps tepide dantur Go.

h. Ita pro pedes quos sanos C. In Codice Samb. erat: fomentabis per dies septem. pedem quem sanum habet calceabis.

i. glante — spartia Go. elauco C.

k. Ita C. pro lemniscos. lac cinis subis Go.

l. Ita pro et suppositiciam facies parti illi Corb.

m. Ita pro ut planas vngulas Corb. nisi quod plenam.

n. Ita ex Corb. Si incrisma vulgarum Incrisma correxit cum Morgag. Gesner.

perungues in sole, et non minus quam<sup>o</sup> vnā horam contra pilum diligentissime confricabis. Si eiusmodi cura tardauerit, contra coxæ commissuram quatuor foraminibus cauterē<sup>p</sup> pertunde<sup>q</sup>, et pannos vel lemniscos<sup>r</sup> ex aceto et<sup>s</sup> oleo sub cute per foramina traice per triduum, post traumatico illinitos pannos diebus nouem per eadem foramina traicies<sup>t</sup>, vel calida verbenacea vtaris, et sic lemniscos subiicias. Undecimo<sup>v</sup> 4 quoque die lemniscos educes, et incretas locum, vt cutis ad pulpas adhaereat<sup>x</sup>. Cum cicatrices se clauserint, causticum impones<sup>y</sup>. Hac ratione emota vel eiecta<sup>z</sup> coxa sanabitur. Sed<sup>a</sup> si coxam eiecerit emoueritque, quod a mulomedicis dicitur filum<sup>b</sup> laesisse, certior et facilior curatio inuenta dicitur<sup>c</sup> a barbaris. Nam dum<sup>d</sup> claudum animal in sole constituunt<sup>e</sup>, vino 5 et oleo calefacto colesium<sup>f</sup> ipsum, hoc est, iuncturam coxæ diutissime confricant, donec sudet; Tunc de loro<sup>g</sup> longiore vel funiculo crasso prauam coxam alligant. vnus animal capistro trahit, et sensim currit, alius lorum vel funem<sup>h</sup> tenens laxum sequitur, et subito dum animal currit, recta ad se coxam<sup>i</sup> ipse<sup>k</sup> cum impetu retrahit. si sonuerit, scias loco suo redisse, et paulisper<sup>l</sup> cessabis; post sensim deambulando tentabis.

Si

o. hora contra incisuras quatuor for. vulgo a. G.

p. cutem Corb. quod addi volebat Gesner.

q. pertundito C.

r. lemniscos bis Go.

s. et oleo a. G. deerant.

t. traicies. S. Interdum curabis vt calida Corb.

v. Ita pro undecim quoque lemniscos inducis Corb. Gesn. et Go.

x. inhaereat Go.

y. Ita pro imponunt C.

z. Ita pro laesa C.

a. Ita pro vel si coxa se laeserit vel a mulom. Corb. et Gesner.

b. Ita pro filium C. filiis Go.

c. Ita pro docetur, et probata C. nisi quod rei post curatio addit. docetur a barbaris Go.

d. Ita pro dudum C.

e. Ita C. pro ponunt.

f. Ita C. pro calefaciunt — iuncturas.

g. Tunc de loco longiore vel funiculo grosso prauam alligant. vnus — trahit — currit Corb. Vulgo Tunc animal capistro trahunt — currunt.

h. Ita pro funes tenet lassos Corb.

i. Ita pro coxas ex C. Gesn.

k. imperetur et trahit Corb. Vulgo etiam trahit. Go. impetere.

l. Ita C. pro paulatimque.

6 Si ad locum suum redierit, et si rectum<sup>m</sup> pedem ponat, et non claudicet, ulterius animal non conuexabis<sup>n</sup>, sed triduum fomentabis de<sup>o</sup> calida verbenacea, post causticum induces. Quod si prima die iunctura reponi<sup>p</sup> non potuerit, secunda die vel tertia<sup>q</sup> simili ratione coxam<sup>r</sup> saepius trahes<sup>s</sup>, donec reuertatur ad  
7 locum. Quidquid autem vexatum vel emotum<sup>t</sup> fuerit, vel ictu rotae aut quocunque alio casu in prioribus vel<sup>v</sup> posterioribus partibus vel gambis<sup>x</sup> vel articulis, vel genibus, hoc anacollima constringit et solidat<sup>y</sup>. Bulbos rufos triginta, cochleas<sup>z</sup> viuas triginta, anagallici libram 1, plantaginis viridis manum plenam diligentissime contundis et misces, additis tribus ouis, cum stupa imponis, et colligas; laxata constringet et tumefacta sedabit.

XVIII. (vulgo XIX.) Si iumento laccae enatae fuerint in gambis, his agnoscitur signis. Dextra ac sinistra ad similitudinem vesicae inflabitur cutis. Curandum<sup>a</sup> est autem hac ratione, qua flegma in genibus diximus oportere curari, Est et alia medicina. Lentesc<sup>b</sup>, quae supra aquam natant, colligis et contundis, additaque veteri axungia colligabis. Vitium exficcare perhibetur<sup>c</sup>. Si gamba vel armus aut aliquis<sup>d</sup> locus ex ictu tumere coeperit, cretam cimoliam et rubricam<sup>e</sup> cum<sup>f</sup> aceto acerinio miscebis<sup>g</sup> et oblines.

XIX.

m. Ita C. pro retractus pedes ponit et minus claudicat.

n. cuexabis C. animal conuexabis Go. vnde malim animal non vexabis.

o. de addidi ex C. qui verninaria deinceps.

p. Ita C. pro componi non potest.

q. vel tertia add. C.

r. Ita pro coxas C. Gesn.

s. Ita pro trahis C.

t. Ita C. pro remotum.

v. vel post. om. C.

x. vel cambos addit C. l. crvibus addit Go.

y. Ita pro consol. C.

Cap. XVIII. a. Curabuntur autem ratione, qua flagmina C.

b. lentem quae super aquam natat colliges etc. C.

c. sic G. et S. M. pro h. al. a. G.

d. aut aliquis locus ex ictu tumere C. S. M. Interius aut aliquis locus excitatum ire cepit Go. Vulgo armus aliquo loco ex ictu aliquo tum.

e. sic C. et S. M. lubricam al.

f. Ita pro ex S. M.

g. macerabis C. S. M. creta cimolia et lubrica in aceto acrimonia curabis et oblines Go.

XIX. (vulgo XX.) Si gambosum factum fuerit animal<sup>a</sup>, et recens passio est, de tibia sanguinem emittito<sup>b</sup>, lanam succidam circumligato. Caue ne fomentis aut cauterio tangas; vtrumque enim in tali curatione contrarium est. Malagma cruda vteris; tertio die semper soluis et curas. Cum videris animal profecisse, causticum inducis. Si<sup>c</sup> quod iumentum coxam fregerit aut supragambam<sup>d</sup>, scias non posse curari, quia partes istae ligaturas<sup>e</sup> tenere non possunt.

XX. (vulgo XXI.) Si iumentum aut<sup>a</sup> rotae, aut axis ictu fuerit elisum, in recenti lanam succidam ex aceto et oleo colligabis<sup>b</sup> per triduum, post ficus<sup>c</sup> duplices et<sup>d</sup> nitrum pariter tritum<sup>e</sup> imponito, die tertio soluito ac renouato. Si nihil profecerit malagma tetrapharmaci<sup>f</sup> imponito per triduum. Si et ipsa tardauerit, imponito malagmam, quae dicitur meliacinus, vsque<sup>g</sup> dum sanetur.

XXI. (vulgo XXII.) Syrmaticum iumentum his agnoscitur<sup>a</sup> signis: Prodiens de equili vel de loco, vbi<sup>b</sup> steterit, coxam trahit, et transfuersam vngulam inflexis<sup>c</sup> coronis terrae superponit, vnde et syrmaticum a<sup>d</sup> tragoedorum palliis, quae trahuntur, dicitur. Sed quamuis alienata horum vel emota<sup>e</sup> coxa videatur, si super

Cap. XIX. a. animal om. C. Go. sed gambosus factus Go.

b. et addit. S. lana succida circumligata Go. succidam circa eum ligato Corb.

c. reliqua om. S. M.

d. gambas C. Go.

e. ligaturam C.

Cap. XX. a. aut om. C.

b. continato C.

c. ficum duplicem C.

d. in nitro pariter tritas S. M. piperitum p. terito et imponito Goth.

e. terito et imp. C.

f. tetraph. — malagmam om. C.

tetrapharmaco imposito — malagmam quae dicitur meliacinus Goth.

g. quae dum sanat C.

Cap. XXI. a. ostenditur C.

b. in quo C.

c. inflexam corona terrae superponet. vnde et C. superponet vnde et syrmaticus Goth. Vulgo est: superinponens ostendit et Syrmaticum.

d. et ragidorum paleis F. S. tragoedorum pileis dicitur S. M. a tragoedorum palleis dicitur, quae trahuntur S. M.

e. nota C.

super ipsum<sup>f</sup> pedem cessim repellantur, continue emendabitur gressus, et sine claudicatione reclus<sup>g</sup> incedet.  
 2 Ex<sup>h</sup> hac autem ratione contingit: si in<sup>i</sup> commissuram vertibuli ex corruptione corporis vel ex<sup>k</sup> perfrictione natus humor intrauerit, tunc se<sup>l</sup> defundit ad neruos<sup>m</sup>, et eos reddit immobiles et velut alienatos; qui<sup>n</sup> hac  
 3 ratione curantur: Sanguis ei de subgamba detrahitur<sup>o</sup> copiosus, in quo admisces sal, sulphur, marinas cochleas, mannam thuris, feclam, nitrum, baccas lauri, aequis ponderibus, contusa omnia atque cribrata, vino quoque veteri et oleo miscebis cum sanguine ipsius: qua<sup>p</sup> vnctione praeparata post inflationem illinis<sup>q</sup>. coxas<sup>r</sup> calida, in qua verbenae decoctae sunt, interposito triduo<sup>s</sup> diutissime confouebis, post vnctio-  
 4 nem renouabis. Si ex hoc plenam non receperit sanitatem, vulnus<sup>t</sup> vris cauterio in ipso vertibulo, similiter vt<sup>v</sup> sciaticis fieri consuevit. Quaecunque aut<sup>x</sup> de ozoenis caeterisque vitiis articulorum, vel de vngulis primorum pedum nunc<sup>y</sup> dicta sunt, eadem<sup>z</sup> scias etiam in posterioribus debere seruari.

XXII. (vulgo XXIII.) Alienatum morbum auctores vocauerunt, quoties haec signa procedunt<sup>a</sup>. Patientes oculos animal habet<sup>b</sup>, nec sentit hominis aduentum; quibus et labra et ipsa orificia intumescunt, quasi  
 ab

f. (temperanevis pedes cessis) compellantur F. S. et in marg. si super ipsum cessis.

g. rectus om. C.

h. Ita pro et F. C.

i. in inf. C.

k. ex inf. C.

l. se om. C. intravit — tunc descendat Goth.

m. versus C.

n. Ita pro quae C. G.

o. subtrahetur C.

p. quae S. vnde licet suspicari, quae vnctioni etc.

q. illines C.

r. coxam calidam in qua verbenae C. illius coxas S. illinis aqua S. M.

s. coxam triduo S. M.

t. Mittis ei sudis et post sanitatem vulnerrum vres cauteve in C.

v. vt in sciatico C. reperit sanitatem — vt sciaticis G. Vulgo vt deest.

x. aut item de oz. cact. vit. om. C.

y. nunc om. C.

z. eadem inf. C. G.

Cap. XXII. a. procedunt C.

b. habebit, nec sentiet C.

ab aliqua bestiola contacta<sup>c</sup>. Quem morbum alii au-  
 ctiores orabum<sup>d</sup> nuncupauerunt. Est autem nequissima  
 passio. primo quod pestifero transitu contagionem spar-  
 git in plurimos: deinde quod imperitos decipit specie  
 sanitatis. Nam resecta<sup>e</sup> et bene curata animalia ex hac  
 passione subito inflata<sup>f</sup> moriuntur. Alienatus autem  
 et maleus vocatur, alienatus, quod eripit animalibus  
 sensum; maleus, quod pestilentia internecium<sup>g</sup> con-  
 tagium facit. Plerumque<sup>gg</sup> autem viscera interiora<sup>h</sup> ver-  
 3  
 mibus consumit. Quorum morfu pertuso aqualiculo  
 animalia suffocata subito moriuntur; sed si velocior  
 medicina succurrat, hac ratione saluantur<sup>i</sup>: de ceruice  
 sanguinem detrahis; potionem componis huiusmodi:  
<sup>k</sup>Anagallici lib. vnam, hyssopi libram 1, abrotani<sup>l</sup> 4  
 libram<sup>m</sup> semis, aristolochiae rotundae<sup>n</sup> lib.<sup>m</sup> semis,  
 mannae<sup>o</sup> succari uncias 3; trixaginis<sup>p</sup> uncias 3. quae  
 omnia contundito<sup>q</sup> et cernito, ex aqua mulsa copiose  
 decoques, et animal<sup>r</sup> aegrotum diebus plurimis potio-  
 nabis. Sed quia plerumque huius aegritudinis pesti-  
 5  
 lencia transit in proximos, totum gregem si inciderit<sup>s</sup>  
 ut<sup>t</sup> singulas heminas singulis degeras<sup>v</sup>, potionare<sup>x</sup> te  
 conuenit, frequentissimis<sup>y</sup> etiam suffumigationibus  
 stagnare pariter et curare, sicut in malleo superius con-  
 stat expositum. Quibus usque adeo mutanda sunt  
 pasqua,

c. contracti sint C. contactis Goth.

d. arabum C. avidum S. M.

e. refertur S. M.

f. pro adflata: et forte ita leg. Gesn.

g. sic C. internocium F. S. interne causa cibi S. M. interne cibum Goth.

gg. plurimum pro plerumque Go.

h. interna C.

i. sanatur C. sanantur G.

k. Ita S. M. pro Gallici.

l. croci unc. III, absinthii et strychnii (f. strychni) uncias IIII. quae unia S. M.

m. silib. C. forte selib. Gesn.

n. rot. om. C

o. manu Graec unc. III. C. Voluine croci. ut alibi?

p. absinthii erratici unc. III. C. trixaginis Goth.

q. contundes et cernes C.

r. sic C. dieb. pl. pot. aeg. al. a.

G.

s. incenderit C. totus grex Goth.

t. aut inf. edd. a. G.

v. sic C. dig. al. a. G.

x. potionari C.

y. frequentissime C. Deinceps compositum Goth.

pascua, vt, si fieri potest, in alias<sup>z</sup> transmittenda sint regiones. Nam qua transeunt labris et ipso anhelitu inficiunt vniuersa. Velocius autem curabuntur, si separata<sup>zz</sup> fuerint atque translata.

XXIII. (vulgo XXIV.) Roborosa passio dicitur, quae animal rigidum facit, ad similitudinem ligni: cuius haec sunt signa. Totum corpus adstrictum, extensae sunt nares, et aures rigidae<sup>a</sup>, immobilis ceruix, os constrictum, caput<sup>b</sup> extensum, colligati armi vel crura, pedes etiam constricti, vt nulla commissura flectatur: cuius caput si erigere volueris<sup>c</sup>, non poteris: oculi praeccluduntur, spina praerigida<sup>d</sup>, et ideo distendit<sup>e</sup> et erigit caudam cum eam flectere aut mouere non possit, dura ilia, adstricti<sup>f</sup> sunt renes: cubare penitus non potest. Contingit autem haec passio ex nimia perfrictione, vel spasmo neruorum, vel<sup>g</sup> tremore, vnde et<sup>h</sup> tetanici dicti sunt. Plerumque in hanc valetudinem incidunt, qui, cum ab igne castrati<sup>i</sup> fuerint, negliguntur, et inambulantes frigore laeduntur. Quorum nerui recenti dolore et frigore compellente<sup>k</sup> et spasmus patiuntur, et obdurescunt in robur<sup>l</sup>. E diuerso etiam altius, quam expedit, in pedibus vsta iumenta vel quocunque alio loco, contractis<sup>m</sup> neruis, patiuntur spasmum, et robur incurrunt. Ex niuib<sup>n</sup> quoque et pruinis, vel si in nimio frigore<sup>o</sup> sudabunt, vel e calidis

z. aliam transmittendi. sint regionem C.

zz. separati — translati C.  
Cap. XXIII. Pauca huius capituli habet S. M.

a. sic C. G. et S. M. frigidae al.

b. caput — flectatur om. S. M.

c. voluerit, iter in girum S. M.

d. rigida S. M.

e. sic S. M. C. et G. difficile al.

a. G. deinceps vulgatum et eam flectere atque mouere ex Go. correxi.

f. adtracti C.

g. et C.

h. sic C. contetanici edd. a. G. vnde tetanici Goth.

i. castigati C. forte cauteriati.

k. sic C. compelluntur al.

l. robore diuerso. Etiam C. et Goth.

m. Ita pro contractis C.

n. Ita Go. pro nimia quoque pruina. Corb. niuib<sup>n</sup> quoque vel pruinis, aut si nimio.

o. rigere C.



dis stabulis producantur<sup>p</sup> in frigus<sup>q</sup>, fieri adsolent roborosi. Sed si a posteriore parte fuerint comprehensi<sup>r</sup>, vt morbus descendat<sup>s</sup> in lumbos, opisthotonici<sup>t</sup> fiunt; calefactionibus tamen vnguentisque curantur. Si quos<sup>v</sup> vero robur a priore parte comprehenderit, ita vt os aperire non possint, desperandi<sup>x</sup> sunt, quia constrictis dentibus fame perire coguntur. Qui<sup>y</sup> 6 autem ex toto corpore aequaliter periclitantur<sup>z</sup>, ita vt ex aliqua parte os<sup>a</sup> valeant aperire, tam diu vnctionibus calidissimis perfricandi<sup>b</sup> sunt, donec sudent, operisque<sup>c</sup> sagis copiosissime<sup>d</sup> loco calido<sup>e</sup> statuuntur, ignisque iuxta eos<sup>f</sup> fieri consuevit sine fumo, vt amplius sudent. Surculos<sup>g</sup> quoque laureos validiores in 7 os eorum inter malas<sup>h</sup> mittito, vt rodendo eos exagitent<sup>i</sup>, maxillas et calefiant<sup>k</sup>. Fabas<sup>l</sup> quoque solidas cum baccis<sup>m</sup> lauri mixtas<sup>n</sup> ieiuno dabis. Aquam quoque calidam offeres ad potandum. Ventrem<sup>o</sup> ipsis cum mulsa calida, admixto castoreo, clystere purgabis: oleum quoque<sup>p</sup> optimum cum succo ptilanae mixtura per narem sinistram defundis; hordeum emollium cum furfuribus admixtum dabis ad substantiam, donec sanetur. Aliquantum dixerunt oportere eos aere 8 candenti in arena fluuiali vel maritima colligatos obrui, ita vt caput eorum exstet et nares, et tam diu detineri donec sudent. Sed ex supra scripta cura saepe plures constat esse sanatos. Quod si ex hac re non profecerint,

N 2

runt,

p. producantur edd. a. G.  
 q. ii adf. f. rob. C. producere  
 frigus assolent rabiosi Go.  
 r. depreh. C.  
 s. Ita pro desinat Go. desidat  
 Corb.  
 t. opisthotoni F. S. opisthotonici C.  
 v. quod edd. a. G.  
 x. Vulgo desperanda.  
 y. Ita pro Quae C.  
 z. prebenduntur C.  
 a. non ini. C.  
 b. Ita pro perfricanda C.

c. Ita pro cooperataque C.  
 d. cop. om.  
 e. calidissimo statuuntur C.  
 f. Ita pro ea C.  
 g. surculis laureis C.  
 h. molas C.  
 i. agitent C.  
 k. calefaciant C.  
 l. fabam q. solidam C.  
 m. baccis C. hic et alias.  
 n. mixtam C.  
 o. ventremque ipsius C.  
 p. quoque om. C.

rint, vres eis<sup>q</sup> cēruicem dextera sinistraque decussatim,  
 faccellationem<sup>r</sup> ex sulfuribus supra totum tergum calidum<sup>s</sup> imponis per triduum. et hac<sup>t</sup> vnctione quotidie  
 vteris in sole, si caluerit, vel in calidissimo loco t  
 10 Cerae libram, afroniti libram, resinae terebintinae<sup>y</sup>  
 selibram<sup>x</sup>, galbani libram<sup>v</sup>, castorei selibram, opo-  
 panacis<sup>z</sup> libram<sup>a</sup>, piperis vnciam<sup>j</sup>, medullae ceruināe  
 vncias<sup>b</sup> duas, olei veteris vncias<sup>c</sup> duas et semis, vini  
 veteris optimi, quantum opus fuerit, admisceces et  
 11 vteris. Praesens tamen experimento<sup>d</sup> remedium est,  
 si picem liquidam cum oleo et vino veteri decoquis<sup>e</sup>,  
 calentique medicamine iumentum perungis<sup>e</sup>. Ex qua  
 vnctione et auriculas cum oleo tepefacto<sup>f</sup> oportet in-  
 12 fundi, vt sanitas matura proveniat. Sed vt venae  
 eorum calefiant<sup>g</sup> intrinsecus, et conceptum frigus ex-  
 fudent<sup>h</sup>, necessaria potio est, quae roborosos tetanicos  
 et opisthotonicos<sup>i</sup> salubriter curat: clabi<sup>k</sup> seminis vn-  
 cias 2, cimini Alexandrini vncias duas, anagallici<sup>l</sup>,  
 castorei, abrotani vncias singulas, trixaginis vncias  
 duas, mannae croci vnciam vnā, succari vnciam,  
 13 hyssopi vnciam vnā, piperis albi femiunciam, quae  
 omnia diligenter tunsa atque cribrata redigantur in  
 puluerem, ex quo bina cochlearia lassis et periculose  
 se habentibus cum succo ptisanāe tepidae propinantur:  
 fortioribus vero cum vini veteris calida hemina defun-  
 duntur in os, nunquam tamen sine oleo, propter  
 leniendam potionis austeritatem et canalem faucium  
 miti-

q. sic C. eius al. a. G.

r. faccellationem C.

s. cal. om. C.

t. hanc vnctionem C.

v. terbentinae edd. a. G.

x. silib. C.

y. selib. C.

z. ypop. C.

a. selibram C.

b. vnc 1. C.

c. quod sufficit. C. S. M.

d. experimentum atque C. experimentumque Goth.

e. decoquis — perungas C.

f. liquefacto C.

g. calefaciantur C.

h. Ita pro exudet C.

i. epistotonos edd. a. G. opisthotonicos C. Caeterum hinc lacuna in C. vsque ad 25, 3.

k. dauci F. et S. M. In G. ante cimini inseritur petroselini 3j.

l. Ita Goth. pro agallici.

mitigandum. Alii auctores eiusmodi passionem hac<sup>14</sup> dicunt ratione curandam. De temporibus sanguinem detrahes, excipiesque diligenter, adiecto nitri puluere, sale atque castoreo, animalia perfricari, et loco calido statui oportere<sup>m</sup>, atque hanc offerri potionem: lac caprinum, rutam, baccas lauri, piper album, oleum et fabas solutas: hordeumque etiam datur, vt agitet edendo maxillas. die tertio de cauda sanguinem tollunt, et renes calidis vnctionibus<sup>n</sup> fouent. Interdum etiam<sup>15</sup> in balnea intronmittunt animalia, vt diligentius concalescant<sup>o</sup>. dant etiam quotidie potiones. fustes quoque vel de salice vel de robore in os mittunt, ne maxillarum vsus indormiat. Si melius habere<sup>p</sup> coeperit, post duodecim dies coopertum exercebis vt sudet. Si<sup>16</sup> ista non valuerint, vteris superius declaratis. Plerique asseuerant, ficulneas frondes roborosis oportere praebere, quae naturaliter calent. Potionem quoque per os dandam: opopanacis vncias 2, storacis vncias 3, gentianae vncias 3, mannae succari vncias 3, myrrhae scrupulum 1, piperis longi scrupulos 2, cum vino veteri tepido, atque ad cornu digerere. Hac etiam<sup>17</sup> vnctione ad curandum robur vel expellendum frigus vtuntur: Cerae libram, refinae terebintinae<sup>q</sup> vncias 8, opopanacis vncias duas, medullae ceruinae vncias duas, storacis vncias quatuor, baccarum lauri selibram, olei irini<sup>r</sup> prout opus fuerit: quae omnia in vnum adiecta in aqua decoquant, et perfricantes inungunt.

XXIV. (vulgo XXV.) Hydrops non leuius animalia quam homines frequenter infestat. Vitalibus<sup>a</sup> namque vitiatis, cum digestio ciborum plena non prouenit, humor noxius perniciem corporis tumoremque con-

N 3

fueuit

m. *offense* Goth. Idem antea perfricant loco.

n. *injectionibus* Goth.

o. Ita emend. Gesner vulgatum conualescant.

p. *valere* Goth.

q. Vulgo *terbentinae*.

r. Ita S. M. Vulgo *pini*.

Cap. XXIV. a. Sic S. M. *In talibus namque vitis* al. a. G.

suevit inferre. Quam valetudinem haec signa demon-  
 2 strant. Turget venter et crura, testiculi<sup>b</sup>, scapulae,  
 latera<sup>c</sup> et tergus inflantur, vsque eo, vt nec in capite  
 eius appareant venae. Cui cum sub linguam tetigeris,  
 subuulset. Hunc ambulationibus breuibus opertum  
 3 grauioribus sagis, donec fudet, exercebis in sole, et  
 aduersum<sup>d</sup> pilos per totum corpus postmodum confri-  
 cabis, cibum daturus radices cum foliis suis; quia et  
 purgationem faciunt, et vitio medentur. foenumque  
 conspersum aqua nitroque praebebis, die ac nocte  
 maceratos lupinos in aqua rursusque siccatos praebebis  
 in<sup>e</sup> cibo. Radicem quoque cucumeris filuatici vel  
 folia, quae ventrem moueant<sup>f</sup>, eidem dabis, vt purges.  
 4 Quae curatio si tardauerit<sup>g</sup> sanitatem, euocandus est  
 humor. Quatuor itaque digitis ab umbilico ad vere-  
 trum versus<sup>h</sup> sagitta pungis, vt<sup>i</sup> peritonaeam ipsum  
 rumpas; sed caue ne intestinum<sup>k</sup> tangas, et animalia<sup>l</sup>  
 perimas. subiciis<sup>m</sup> fistulam centimalem<sup>n</sup>, et patieris  
 humorem currere quantum aestimaueris necessarium,  
 quem in vase excipies. Cum fistulam abstuleris, duo  
 vel tria grana salis in plagam inseris, ne claudatur.  
 5 Insuper<sup>o</sup> emplastrum imponis. Alia vel tertia die  
 epaphaeresin<sup>p</sup> quasi facturus, denuo fistulam appones,  
 humorem eiicies, donec per partes<sup>q</sup> totum exsiccet.  
 tunc vulnus curandum<sup>r</sup> solenniter, potionesque cathar-  
 ticas

b. test. om. S. M.

c. cum pedibus lumbi S. M. lum-  
 bi et tergum — vsque adco et omittit  
 eius post capite G.

d. aduersum — medentur om. S. M.

e. cibos C.

f. commouent C. Sed G. com-  
 moueant. et paulo antea radices.

g. morabitur C.

h. aduersus veretrum Codex Me-  
 dic. et Vatic. teste Rhodio ad  
 Scrib. p. 239.

i sic C. nisi quod peritonium et  
 periconium ipsum pungas F. et S.  
 In Goth. est ne possit caue — ani-

mal centimalem — curae sequantur  
 et si existimaueris — necessitas. Idem  
 bis fistulas habet.

k. sic C. intestina F. S.

l. animal perimat C.

m. subiciis. Fere semper futu-  
 ris in praeciipiendo vitur C.

n. centram C.

o. et super inplastellum impones C.  
 emplastrum S. M. Vulgo et passillos.

p. apoforesim F. S. apopharesim  
 S. M. apoforesim C.

q. Ita pro donec partes totas ex-  
 siccet C. et S. M.

r. curabis C.

ticas per os dabis<sup>s</sup> frequenter. Interdiu<sup>t</sup> vsque dum<sup>v</sup> fudet exercebis. Quanto fortius<sup>x</sup> esse coepit, tanto diligentius est curandum, et semper abstinendum a potu; vt tepidum et modicum ad sustentationem<sup>y</sup> bibat tantum.

XXV. (vulgo XXVI.) Sarcosis<sup>a</sup> quoque talis est passio: lumentum cum biberit inflatur<sup>b</sup> et sufflat. hac cum<sup>c</sup> ratione curabis: cineris<sup>d</sup> vel lixiui<sup>e</sup> sextarium vnum, feminis plantaginis vncias 5 conteres et cum vino dabis et oleo celeriter, vsque quo resideat inflatio. Alii auctores asserunt ab umbilico duobus digitis contra pectus plagam fieri debere, et fistulam poni, et deduci humorem vel aquam noxiam vsque ad sextarios quatuor vel amplius, si maior est tumor<sup>f</sup>. Sed<sup>g</sup> cautius est per partes saepe tollere, ne repentina exsiccatio periculum faciat. Potionibus vtendum esse<sup>h</sup> dicunt, quae vrinas<sup>i</sup> moueant; frequenter etiam confricandum esse, vt fudet; pro foeno gramen accipiet, et pro hordeo cicerc<sup>k</sup> infusum. Prodesse etiam dicunt, si inter pigmentarios frequentissime deambulet animal: quia diuersi odores latentes pulmonibus profunt. Potio<sup>3</sup> nem etiam huiusmodi dant: Petroselinum et mala<sup>l</sup> granata contundunt, et cum vino veteri per os digerunt. Apium quoque quantum appetere<sup>m</sup> voluerit<sup>n</sup>, offeres ad edendum. Asparagi siluestris radicis vn-

N 4

cias

s. frequenter digerere C.  
t. inter dies C. Interim G. idem fudet — coeperit.  
v. ad sudorem C.  
x. fortior — curandus. — abstinendus C.  
y. substantiam bibat. om. tantum C.  
Cap. XXV. a. sic S. M. sarcosis F. S. fertosti C.  
b. inflabitur C.  
c. id C. forte eam Gesn.  
d. ita S. et G. cineris F.  
e. lixiuae C. deinde residat G.

f. humor C. In G. est: deduci — aquas noxias — sextarios 4. Vulgo erat educi — sextarios tres.  
g. sed — profunt om. S. M. pro parte saepe eius tollere — frequenter autem fricandum — foeno gramin ciceres infusi Goth.  
h. esse om. C.  
i. vrinam C.  
k. ciceres infusidi edd. a. G. nobiscum C.  
l. malum granatum C.  
m. opponere F. et S. M.  
n. sic S. vulneris F. offerunt G.

cias 2 cum vini veteris sextario decoquis<sup>o</sup>, vt ad tertiam redeat, et ad heminam per os digeres.

XXVI. (vulgo XXVII.) Tympanites<sup>a</sup> quoque hydropi<sup>b</sup> similis est, sed aliis agnoscitur signis. venter quidem eius<sup>c</sup> crescit vt hydropici, et ceruix fit rigidior; 2 sed nec testiculi, nec crura intumescunt. Conuenit itaque tympanitico<sup>d</sup> calidum cinerem cum liquamine optimo in panno vel linteolo vmbilico vel ventri supponere<sup>e</sup>, et fasciis colligare; sed a pluribus<sup>f</sup> animal 3 tenendum est, ne luctando<sup>g</sup> moueat ligaturas. Radicem panacis et<sup>h</sup> fil Gallicum pariter conteres, et cum oleo vinoque tepéfacto per cornu faucibus digeres<sup>i</sup>. Praeterea<sup>k</sup> thymum siluestrem et etargium<sup>l</sup> in vino decoques, et singulas heminas per triduum 4 dabis. Tympaniticum etiam<sup>m</sup> haec signa demonstrant: ciborum bibendique fastidium, exiguus somnus aut nullus. si per nares mucos<sup>n</sup> coeperit<sup>o</sup> emittere, desperandum est; si mundas nares<sup>p</sup> habuerit<sup>q</sup>, hac ratione curabis<sup>r</sup>: cremorem ptisanæ et defruti<sup>s</sup> binos 5 cyathos per triduum dabis tepidos<sup>t</sup>. Praeterea hyssopi vncias quatuor; alii<sup>v</sup> viridis manum plenam, palmas numero viginti, foenigraeci cyathos sex, aquam cisterinam et vinum odoratum vetus pariter misces<sup>x</sup>, diligentissime decoques, et<sup>y</sup> potionem per triduum dabis.

XXVII.

o. decoquunt ad tertias vt redeat ad heminam, et per os degerunt C.

Cap. XXVI. a. Ita pro Tympaniticus C. tympanitis S. M.

b. Ita pro hydropico S. M. hydropis C.

c. ei cr. vt hydropico C.

d. tympanico C.

e. superponere C.

f. plurimis S. M. G.

g. colluctando demoueat ligaturam C.

h. et inf. S. filagis G.

i. infundis C. et oleo — tepéfactas G.

k. hinc om. S. M.

l. argium C. G. forte nigrum.

m. etiam inf. C. G.

n. mucos C.

o. coeperit mittere, desperabis C. Vulgo coeperint — habuerint.

p. nares om. C.

q. habuerit C.

r. curatur C.

s. defruti C.

t. tepidos om. C.

v. oleum viridem C. olei F. S. nobiscum Morg. IV, 37. oleum viride, manus plenas G.

x. admisceo C.

y. Valgo additum in om. C. aquam de cisterna — vinum vetus — post triduum G.

XXVII. (vulgo XXVIII.) Lienosi<sup>a</sup> vt manifestum est periculum, ita manifesta sunt signa. Nam oculi inuertuntur<sup>b</sup> et<sup>c</sup> suffusi sunt sanguine, tardius ambulat, collum habent<sup>d</sup> extensum, et<sup>e</sup> fit deterius et rigidius. Quae passio principium indicat roborosi, a quorum<sup>f</sup> latera intumescunt<sup>g</sup>, siue ceruicis media spina ad similitudinem alvei fit concaua, adstringuntur aliquando maxillae, quod vitium consuevit inferri ex nimia perfrictione, cum animalis<sup>h</sup> dorsum aut frigore aut pluuia aut grandine caeditur aut niuibus<sup>i</sup>. Cuius ista curatio est. De cauda parum sanguinis demis. 3 nam si amplius abstuleris<sup>k</sup>, infrigescet, et rigori additur rigor; admisce in eum<sup>l</sup> merum et oleum, et<sup>m</sup> calefacies; [et<sup>n</sup>] statim [hac<sup>n</sup>] dorsum et ceruicem perunges, saccellum<sup>n</sup> quoque ex furfure calidum<sup>o</sup> impones, vt totam spinam tenere possit et lumbos. altera 4 die extergebis diligenter, et vnctione eadem perfricabis; supra quam similiter cum furfure calentem<sup>p</sup> saccellum imponis, hoc vsurus vnguento: medullae ceruinae libram vnā, mannae thuris vncias quatuor, depli<sup>q</sup> vncias tres, castorei vncias tres, opopanacis<sup>r</sup> vncias tres, resinae frixae vncias tres, apochymatis<sup>s</sup> vncias tres, resinae terebintinae<sup>t</sup> vncias duas<sup>v</sup>, cerae libram semis<sup>x</sup>, olei laurini vncias octo<sup>y</sup>, olei<sup>z</sup> cypriini

N 5

Cap. XXVII. a. *Leienosi* omn.

2. G. b. *deiciuntur* S. M.

c. et om. C.

d. *habebit* C.

e. *qui deterius est rigidus* C. *deterior et rigidus* G. Deinde *ra- biosi*.

f. *quorum* — *niuibus* om. S. M.

g. *immiscent sinem ceruicis med.* C. Deinde *adhaesit concauus* Goth.

h. *animalium dorsa* — *caeduntur aut niuibus* C.

i. *nuibus* edd. a. G.

k. *Vulgatum tuleris* om. C.

l. *eo* C. G. *cum eo* S. M.

m. *et*, *et*, *hac* om. C.

n. Hinc lacuna S. M. *Saccellus* — *calidus imponitur vt tota spina tenere non possit* — *exterges* G.

o. *calido* C.

p. *calente fac. pones* C.

q. *depli* C. G. *bdellii conii. vere,* opinor, Morg. IV, 38. ex Veg. 4, 15, 1. Gesn.

r. *duo incisa* om. C.

s. sic pro *apochymatis* C. *apoximae* F. S. Vide ad II, 54, 45.

t. sic C. *terbent.* edd. a. G.

v. *resinae frixae vnc. tres inf.* C.

x. *vnā* C.

y. 5 C.

z. *sepi capriini* S. P. *nobiscum* C.

it. F. M. et S. M.

5 p̄ini libram, olei gleucini<sup>a</sup> sextarium vnum. Ex his  
 sicca quae fuerint tundis<sup>b</sup> et cribras<sup>b</sup>, caetera super<sup>c</sup>  
 carbonēs soluis<sup>b</sup>, quibus cretam admisces<sup>b</sup> et leuiter  
 decoquis<sup>b</sup> in vase nouo, vncturus cum necessitas po-  
 6 stulauerit, reponis<sup>d</sup> ac seruas. Hac quoque potione  
 intrinsecus curabis: absinthii vnciam vnā, aristolo-  
 chiae vncias tres, betonicae vncias duas, petroselini  
 vnciam<sup>e</sup> vnā et semis, trixaginis vnciam<sup>e</sup> vnā,  
 7 thuris masculi vncias tres, castorei vncias duas, man-  
 hae succari<sup>f</sup> vncias duas, contundis<sup>g</sup> pariter, et cernis,  
 et ex aqua mulsā et oleo diffunde<sup>h</sup> per fauces, absque  
 dubitatione curabis. Alii auctores asserunt, sangui-  
 nēm de brachiolis auferendum<sup>i</sup>, et animal abstinen-  
 dum ab hordeo; allium<sup>k</sup>, nitrum, marrubium<sup>l</sup>, ae-  
 8 quis ponderibus tritum cum absinthio Pontico et vino  
 austero per os dandum: et<sup>m</sup> cum biberit, deambulet,  
 et spongiis calidis foueatur, et pressa manu diutius<sup>n</sup>  
 perfricetur. Si ventris permanserit<sup>o</sup> tumor, pectus  
 8 cauteriis inurendum est. Post quinque<sup>p</sup> dies, ternos  
 digitos sub istis<sup>q</sup> hac atque illac inurendum<sup>r</sup> est iterum;  
 Observabis autem ne venas<sup>s</sup> forte comburas.

XXVIII. (vulgo XXIX.) Implecticus<sup>a</sup> autem quia  
 similem sustinet passionem, perfricandus est vncione  
 superius memorata<sup>b</sup>, et, si necessitas postulauerit,  
 inurendus.

XXIX.

a. Ita pro glaucini legendum  
 coniecerat Gesn. Deinceps G. et  
 cum exsiccata fuerint.

b. tundes, cribrabis, salues, de-  
 coques: videtur igitur etiam ad-  
 misces futuri intellectu posuisse:  
 ita et f. 3. Gesn.

c. supra C.

d. repones has herbas C.

e. semunciam I. C. traxaginis G.

f. crucis C. Voluit croci quem  
 et alibi succaro substituit.

g. contundes, cernes C.

h. defunde C.

i. detrahendum C.

k. sic C. oleum al. Alii G.

l. Vulgo interserpta verba: san-  
 guinem de brachiolis recte omitt. C.  
 et Goth.

m. et om. C.

n. diutissime C.

o. permisit C. potius cauteriis G

p. quintum diem C.

q. Vulgatum subiicit em. Gesn

r. inurendus C.

s. venam fortem C.

Cap. XXVIII. a. implecticus C

b. nominata C.



XXIX. (vulgo XXX.) Si phragmaticum<sup>a</sup> erit iumentum, his agnoscitur signis: febricitabit, oculos introrsum<sup>b</sup> reducet, aures tensas habebit et rigidas, terram pedibus tundet. quod hac ratione curabis: Sanguinem detrahas<sup>c</sup> de matrice, adiunctoque oleo et vino tepefacies, totumque iumentum contra pilos<sup>d</sup> diligentissime confricabis, loco tepido statues<sup>e</sup> et curasti.

XXX. (vulgo XXXI.) Aliquando iumenta aquas<sup>a</sup> timent, quae dicuntur hydrophoba<sup>b</sup>. Signa huius haec sunt. venas omnes habebit extensas, sudabit suffusis oculis, tremorem<sup>c</sup> frendoremque patietur, illidet se parietibus: ex qua passione conuerti consuevit in rabiem. Cui hac ratione succurris: sanguinem ei de femoribus<sup>d</sup> detrahes, a cibariis abstinebis, in loco sic<sup>e</sup> clauso, vt lumen videre<sup>f</sup> non possit constitues, magno silentio aquam in fitula<sup>g</sup> vel alueo ita apponis<sup>h</sup>, vt non audiat sonitum; manipulum rutae deterito<sup>i</sup>, et baccas lauri<sup>k</sup> xv, olei rosati<sup>l</sup> libram, aceti vnciam vnam commisceto, caput et nares<sup>m</sup> diligentissime perunges<sup>n</sup>, et sanabitur.

XXXI. (vulgo XXXII.) Sphacelissimum<sup>a</sup> certum est animalia sustinere. quae necessitas his declaratur indicibus: Subito concidunt<sup>b</sup>, et articuli eorum extensi sunt, et toto corpore palpitant; aliquando etiam de ore

Cap. XXIX. a. fragma incidit C.

b. introuersus C.

c. detrahes C.

d. pilum C.

Cap. XXX. a. aquam C.

b. hydrophoba C. sudat suffusis oculis, tremet frendoque patienter G.

c. vredinem frigoremque C. frigoremque etiam S. M.

d. inferioribus C.

e. sic om. C.

f. videri C.

g. fistula S. M.

h. appones ne aud. C.

i. conter. C G.

k. num. inf. C.

l. rosei selib.

m. aures C.

n. perunges, sanabitur C.

Cap. XXXI. a. Ita correxi vulg. Spasimum. C. spasmos.

b. Ita G. pro concident.

ore spumam emittunt<sup>c</sup>, Quibus<sup>d</sup> escam dabis posca-  
nitroque<sup>e</sup> conspersam, cucumeris quoque siluatici pul-  
verem, et nitrum tritum per septem dies in potione  
2 dabis, vt purget. Sanguinis<sup>g</sup> quoque marinae<sup>h</sup> testu-  
dinis dimidiam cotylam, aceti tantundem, tantundem  
vini<sup>i</sup>, laferis, aliquantulum<sup>k</sup> pariter mifces, et suffundis<sup>l</sup>  
in nares. Vtile dicitur, terga<sup>m</sup> eorum oleo et aceto et  
nitro frequentissime confricari.

XXXII. (vulgo XXXIII.) Quadam ratione luna-  
tica<sup>a</sup> animalia sicut homines repente<sup>b</sup> corruunt, et  
intermoriuntur. Quorum ista sunt signa: iacentia  
contremifcunt, saliuae per os defluunt<sup>c</sup>, desperata pro-  
morituris<sup>d</sup> repente<sup>e</sup> confurgunt, et pabula<sup>f</sup> appetunt.  
Cartilaginem<sup>g</sup> narium eorum digito tentabis, quanto  
2 frigidiores inueneris, tanto plus<sup>h</sup> casurum fcias. Si<sup>i</sup>  
minus frigida fuerit, rarius cadet<sup>k</sup>. Cuius ista cura-  
tio est. De ceruice eius<sup>l</sup> copiosum sanguinem tolles<sup>m</sup>,  
post quintum diem de temporibus, loco calido tene-  
brofoque constitues, totum corpus thermantificis con-  
fricabis vnguentis; cerebrum quoque eius et auriculas  
pice liquida cum oleo laurino mixta<sup>n</sup> [largius] per-  
3 vnges, et mittes intrinsecus; caput etiam aluta<sup>o</sup> vel  
cerebellari<sup>p</sup> communies;<sup>q</sup> potionem autem cathartica<sup>q</sup>  
dabis

c. mittunt C.

d. Cui istam porrigis C.

e. Vulgo posca.

f. nitroque C.

g. sanguinem C.

h. maximae S. M. aureae C.

i. tantundem vñt inf. S. et C.

k. aliquantum par. admifces C.

l. suffundes C.

m. si oleo, aceto, nitro terga eo-  
rum freq. confricentur C.

e. ita in marg. F. Gsch. et S.  
(frequenter) in cont. F. et S. fre-  
quenter repente C.

f. pabulum C.

g. Ita pro naribus C.

h. periculo propinquius est S. M.

i. Si — communies om. S. M.

k. si calida fuerit, non cadet  
inf. C.

l. ei C.

m. detrahes C.

n. mixta perungues omiffo largius  
C. Vulgo admixto.

o. Ita C. pro aluto et F. S.

p. cera vel lare C. cerebellare G.

q. cathartica om. C. potione-  
que — as G.

Cap. XXXII. a. Ita C. pro lu-  
nari. Gsch. quibusdam rationibus.

b. Ita pro frequenter. C. G.

c. effluunt C.

d. mortuis C.

dabis eiusmodi: fileris<sup>r</sup> radice<sup>s</sup> vncias duas, panacis radice<sup>s</sup> vnciam vnā, diagridii vnciam vnā, cum<sup>t</sup> cucumeris filuestris vncia. quae omnia bene trita com-  
mifces, cum mellis sextario vno decoques, ex quo cochleare plenum in aquae calidae sextarium, et olei drachmas<sup>v</sup> tres mittis<sup>x</sup>, et per os defundis. Caput<sup>4</sup> quoque eius saepius curabis. Radicem Dianariam<sup>y</sup>, id est herbae Artemisiae, in puluerem rediges, et per fistulam naribus insufflabis. Radicem quoque laferis tunfam si naribus defuderis, eadem ratione proderit. Si autem passio perdurauerit, caput eius vres, vt apiofo<sup>z</sup> fieri consuevit.

XXXIII. (vulgo XXXIV.) Animalia saepe<sup>a</sup> aquam reuoment<sup>b</sup> quam biberant. quae passio e<sup>c</sup> nimia perfrictione<sup>d</sup> descendit, cum stomachus paralyfin ex frigore sustinet<sup>e</sup>. Sed hac ratione curantur. Sanguis de ceruice detrahitur, potiones thermanticae<sup>f</sup> propinantur, vncionibus calidissimis armi pectusque confricantur<sup>g</sup>, purgatur per nares caput, et si necessitas postularit, etiam<sup>h</sup> sinapizantur<sup>i</sup>.

XXXIV. (vulgo XXXV.) Sideratitia iumenta dicuntur, cum venas vacuas percusserit frigus aut aestus, aut impleuerit cruditas aut ieiunia<sup>a</sup> bulimum<sup>b</sup> fecerint. Redditur enim stupidum animal, et titubans ambulat<sup>c</sup>.  
Quod

r. filevis om. F. filei radicein C.  
radicein G.

s. radicein C.

t. cum om. C.

v. vnciam vnā misce C.

x. mittas — defundes C.

y. deariniam C. male.

z. apiofo C.

Cap. XXXIII. a. saepe aquam  
om. C.

b. reuoment, quae biberint C.

c. de C.

d. praefocatione S. M.

e. sustinuit edd. a, G.

f. thermanticae S. M.

g. confricentur, purgentur cum  
naribus caput C.

h. etiam om. C.

i. sinapizentur C.

Cap. XXXIV. a. ieiunia edd.  
a. G.

b. ab alimentis sunt S. M. vul-  
nus G. Deinde idem pro bulimo  
habet bolismo.

c. cum ambulauerit S. M. ambu-  
lavit C.

Quod mollibus cibariis lenibusque<sup>d</sup> potionibus curari oportebit. ita. laferis vinciam<sup>e</sup> vnā et hemiam<sup>e</sup> mulfae succumque ptisanā<sup>e</sup> miscebis. Et si ex frigore causa est, cum vino et oleo tepido<sup>f</sup> dabis; si<sup>g</sup> ex aestu, cum rosato praebebis; si ex cruditate, abstinebis a cibo; si de bulimo, ciceres offeres largiores.

XXXV. (vulgo XXXVI.) Sol quoque canicularis ardentior<sup>a</sup>, animalia percutit in cerebro, quibus de temporibus sanguis emittitur<sup>b</sup> et simili ratione curantur<sup>c</sup>. His autem ostenditur signis, quia deiectum<sup>d</sup> caput portare coguntur.

XXXVI. (vulgo XXXVII.) Cruditas iumentis generat aegritudinem, quae hac ratione dignoscitur<sup>a</sup>: modo in vnā partem, modo in aliam<sup>b</sup> ambulantes inclinant. Quorum ista est medicina: Sanguis eis de ceruice detrahitur, a potu et cibariis abstinentur. Si aestas est, refrigeratorias accipient<sup>c</sup> potiones, non parum etiam<sup>d</sup> natura compellente<sup>e</sup>.

XXXVII. (vulgo XXXVIII.) Bulimum animalia sustinent frequenter ex fame, aliquando<sup>a</sup> ex lassitudine. Cuius ista sunt signa. Oculi<sup>b</sup> interius fugiunt, incertus est visus<sup>c</sup>, corpus<sup>c</sup> tremit. Qui<sup>d</sup> hac ratione curandus est, vt primo omnium defricetur ex vino oleoque

d. lenissimisq. C.  
e. (hemiam) inf. S. aliam emianam inf. C. succumque ptisiam emianam G.  
f. tepidum C.  
g. Hinc om. S. M.  
Cap. XXXV. a. ardentium animalium percutit cerebrum C.  
b. emittetur C.  
c. curatur C.  
d. ciectum C.

Cap. XXXVI. a. noscitur C. dinosc. F.

b. alteram ambulat et inclinant se. Equorum C.  
c. Ita pro accipiat C.  
d. etiam inf. C.  
e. Ita pro compellere F. et S. M. non paruas etiam nate compellitur G.  
Cap. XXXVII. a. Ita C. G. pro frequenter.  
b. Ita C. S. M. Vulgo ante Gesn. Anserius omisso oculi.  
c. Ita S. M. et C. nisi quod C. habet tremuit. Vulgo ante Gesn. effusus tremebit  
d. quae — curanda sunt in F. G.

que tepefacto, tunc<sup>e</sup> panis mundi mollem partem vino infundes<sup>f</sup>, et cum eodem confricabis. si chylon<sup>g</sup> feceris, per cornu digeres<sup>h</sup>, et reparabitur. Quod si permanferit bulimus, similia<sup>i</sup> heminas cum sextario vini infundes<sup>k</sup>, et per cornu digeres. Quod si<sup>l</sup> iter agens inciderit bulimum, vbi necessaria desunt, terram<sup>m</sup> faucibus infundes, aut offas facies, et per os degeres.

XXXVIII. (vulgo XXXIX.) Quod si ex anhelitu inflationes<sup>a</sup> contigerint, cuius causae rationes<sup>b</sup> reddi non possunt, piscam calidam cum spongia<sup>c</sup> cerebro eius apponis<sup>d</sup> et pectori<sup>e</sup>, in aures eius oleum laurinum mittes, frigidissimo loco eum constitues, nares quoque titillabis vt frequentius sternutet, quo facto, statim exhilaratur<sup>f</sup>.

XXXIX. (vulgo XL.) Si aestuauerit animal, et defectionem patietur, brassicae folia cum apio contundes, et cum vini sextario permiscebis, et per nares sinistram infundis. Si vero fortius aestuauerit, petroselinum semen<sup>a</sup>, dauci<sup>b</sup>, filis<sup>c</sup> Gallici, abrotani<sup>d</sup>, schoinuau-

e. Ita C. et micam panis puluerisatum vino inf. S. M. Cui mundis mollem F. S. et ex vino — cum panis mundis Goth.

f. et — confr. om. S. M. et inclusit Gesner.

g. si ilion F. S. Sic liquidum faucibus infundis et curabitur. S. M. Si cylon feceris — degeres. Gesner, edidit cylon et comparauit III. 66. 4.

h. degeres, repar. C.

i. sleris S. M.

k. fundes, et per coruum deg. C. vltimum incisum. om. S. M.

l sic C. nisi quod pro iter excerptum est ita. quod iter agerit inciderit bulimus F. et S. nisi quod hic egerit. Quod si iter agenti incidit. vel si iter egerit et inciderit bulimus con. Morg. IV, 39.

m. terram om. C.

Cap. XXXVIII. a. inflatio contigerit C.

b. ratio — potest C. G.

c. spongiis C.

d. appones C.

e. et in aures oleum C. pectoris induces oleum — frigidissimum constitues G.

f. s. curabitur S. M. exhilarabitur C.

Cap. XXXIX. a. semen addidi ex S. qui tamen post daucii illud inserit sementa scriptam. Armmi inserit C. petrosilli, armeni, daucii, similis gallici, abrotani, sinoantosa Go.

b. Vulgo daucii.

c. sillis S. sleris S. M. similis F. M. Go.

d. Vulgo addita verba spicae nardi omisi cum Corb. et Go. omittunt etiam Hippiatr.

thi<sup>e</sup> aquis ponderibus tunduntur<sup>f</sup>, et cum aqua multa  
 a data aestum releuant. Quod si his ita membra dese-  
 cerint vt concidant; quibusdam placet abstineri eos a  
 potu, et sitientes in aqua frigida vna hora stare, et  
 continuo reparari<sup>g</sup>. Alii dixerunt hordeaceam fari-  
 nam cum vino per cornu<sup>h</sup> faucibus infundi. Plerique  
 experti sunt triticeam farinam cum aqua frigida datam  
 continuo profuisse. Vel certe tria oua cruda cum  
 pulegio<sup>i</sup> et pulca, oleoque pernixto, faucibus in-  
 fundunt<sup>k</sup>.

XL. (vulgo XLI) Paralyfin ad similitudinem ho-  
 minum iumenta patiuntur, quae his ostenditur signis:  
 Ambulabit prauus<sup>a</sup> in latere ad similitudinem cancri,  
 ceruicem incuruabit, vt solent habere quibus fractae  
 sunt, rectos pedes mittere<sup>b</sup> non potest<sup>c</sup>. si<sup>d</sup> coegeris,  
 parietibus se illidunt, cibum et potum non recusant.  
 Hordeum autem ipsius vdm<sup>e</sup> semper apparet. Hac  
 a ratione<sup>f</sup> curabitur. Sanguis ei de temporibus<sup>g</sup> parte  
 contraria, non qua contractus<sup>h</sup> est, tollitur. vncio-  
 nibus thermanticis<sup>i</sup> perfricatur, ceruicesque<sup>k</sup> eius con-  
 stringuntur vsque eo, vt cratellis<sup>l</sup> ex ligno<sup>m</sup> appo-  
 sitis constricta<sup>n</sup> ceruice prauitas dirigatur. Loco  
 autem calido stabulatur sicut roborosus, cui ipsae<sup>o</sup>  
 potio-

e. Vulgo *schinanthus*. F. S. *si-  
 noantis*. C. *alisci noanthus*. quam  
 Icdionem *ali. scinoanthus* i. e. *alias*  
 interpretatur recte Gesner. *sino-  
 antosa* Go.

f. *tundunt* -- datum Go.

g. *reparantur* C. Go.

h. *cornu* C.

i. *puleio* C.

k. *insuderunt* Go.

Cap. XL. a. (*pronus*) F. et S.  
*prauus* F. M. *prauus vel curuus* S. M.

b. *mittere* om. F. (*mittere*) S.

c. *ponent* edd. a. G. *potest* C.  
*mittere non potest. si cogis* G.

d. *sic* C. et S. M. *sic* *negris* al.  
 a. G.

e. *solidum* C. *solidum* S. M. *nu-  
 dum* G.

f. *observatione sanabitur* C.

g. *temporis* C.

h. *patitur* S. M.

i. *thermanticis* C. *tragmanticis*  
 S. M.

k. *ceruixque eius assidue corrigi-  
 tur* C.

l. *cretellis* F. *crit.* C. *ceruices bis*  
*assidue coguntur* -- *crecellis ex ligno*  
*apici positis* Goth.

m. *lignis inpositis* F. S. *ligno*  
*apposito* S. M. *nobiliscum* C.

n. *contracta ceruicis prauitas cor-  
 rigatur* C. S. M. *peruitas* G.

o. *eadem* S. M.

potiones dantur. Si<sup>p</sup> parum in<sup>q</sup> totum ista mede-<sup>3</sup>  
 larum adiuventa profecerint, ceruices eorum<sup>r</sup> vruntur,  
 non qua contractus est, sed ex parte con-  
 traria de cautere accipit<sup>t</sup> palmas ab armo vsque ad  
 ceruicem<sup>v</sup> auriculae, et in tempore vritur ad men-  
 suram semissis. In alia autem parte temporis quasi  
 stellam<sup>x</sup> paruam cauterio facies, et in parte renum  
 vsque ad mediam spinam virgulas<sup>y</sup> dabis solemniter,  
 et curasti.

XLI. (vulgo XLII.) Iumenta nimio saltu vel cursu  
 aut ruina cum aliquid intrinsecus<sup>a</sup> ruperint, vulsant.  
 quorum ista sunt signa: Stranguriam patientur, ex-  
 screabunt etiam purulentum, et quoties volutata fuerint,  
 non reuoluuntur, nec se excutiunt. Si recens ruptura  
 fuerit, sanguinem magis exscreabunt<sup>b</sup>, quam pus.  
 Quae curantur glutinosis et lenibus<sup>c</sup> cibus. Talem  
 etiam accipiunt frequentissime potionem. Thuris<sup>z</sup>  
 masculi vnciam vnam, opii vnciam vnam, heliotropii  
 vnciam, quod intybum<sup>d</sup> agrestem vocamus, rutae  
 vnciam vnam, quae omnia diligenter trita cum vino  
 austero<sup>e</sup> quatuor mensuras adiicies<sup>f</sup>, et<sup>g</sup> per dies sin-  
 gulos<sup>h</sup> dabis ad cornu<sup>i</sup>, donec quae intus rupta sunt,  
 glutinentur.

XLII. (vulgo XLIII.) Sed<sup>a</sup> animal nonnunquam  
 inuadit infania, vt praesepium frangat, seseque morflu  
 lace-

p. reliqua om. S. M. Si perusto

medullarum G.

q. tot medullarum S. M.

r. eius curantur C.

s. accipe pulsam C. quin palinu-  
 lae vocantur Veg. I, 28, 4. vt  
 lineae. Cognata, credo est vestis  
 palmata Gesn.

t. verticem C. Sed cernix anti-  
 culae videtur, vbi ea adnata est  
 capiti. Gesn.

v. stillam paruulam C.

T. IV. P. I.

x. virgulam C.

Cap. XLI. Cf. Veg. 3, 65, 3.

a. Inserit intrinsecus C. G.

b. Ita pro excreabit C.

c. lenibus F.

d. intybum C.

e. austeri C.

f. Atticas S. M.

g. et om. C.

h. et inf. C.

i. cornum C.

Cap. XLII. a. Sed om. C.

laceret, impetus<sup>b</sup> etiam in homines facit vt fera<sup>c</sup>,  
auribus micat, oculis erit<sup>d</sup> attentis et splendidis, et<sup>e</sup>  
ex ore egerit spumam, quem caute, ne medentem  
laedat, diligenterque constringito. Sanguinem ei de  
cervice et de cruribus detrahito<sup>f</sup>, rursusque in tene-  
bris contineto, donec appetat cibum. Cum coeperit  
ad patientiam reuocari, succum cicutae vno<sup>g</sup> acetabulo  
et aquae vnam heminam admisces, et per os defundis<sup>h</sup>.  
Post rutam conterito, et supra cerebrum ponito, ca-  
putque lanata pelle constringito et<sup>i</sup> curato, et cum pro-  
fecerit, calide stabuletur. Talis quoque potio equis  
subuenit rabiosis. Baccas lauri nouem et allii<sup>k</sup> purgati  
grana<sup>l</sup> viginti et vnum, diligenter<sup>m</sup> conteres, et cum  
vino veteri candido per narem sinistram iniicies.

XLIII. (vulgo XLIV.) Si animalia dum fudant  
hordeum comederint<sup>a</sup>, vel ipsum hordeum nouum fue-  
rit, quia vehementius calet, vel copiosius quam oportet  
otiosa pascuntur, absque dubio indigestio et ple-  
tura<sup>b</sup> comitabitur. Quae passio his agnoscitur signis.  
Sudabit, ligati<sup>c</sup> erunt armi, ambulabit incertum<sup>d</sup>.  
Sanguinem<sup>e</sup> ei de ceruice detrahes, aceto oleoque per-  
mixtis<sup>f</sup> totum corpus diligentissime confricabis<sup>g</sup>, leui-  
bus<sup>h</sup> ambulationibus exercendum<sup>i</sup> est, et ab hordeo  
penitus abstinendum. Cui eiusmodi subuenit potio:  
brassicae folia contundis, succumque exprimis, et<sup>k</sup>

myr-

- b. impetum C. M.  
c. facit vt fera C. (vt fera) etiam  
inf. S. Vulgo faciat  
d. erit om. F. habet etiam C.  
oculi erunt attentis et splendidi  
Goth.  
e. et om. C.  
f. Ita pro trahito Go.  
g. vnum acetabulum C.  
h. defundes C.  
i. curaturos (f. curaturus) vt ca-  
lidi stabulis C. Postea roborosis —  
olei — viginti in vnum dil. Goth.  
k. olei edd. a. G.

- l. grana om. C.  
m. diligentissime C. G.  
Cap. XLIII a. comederint —  
hord. om. C.  
b. pro plethora.  
c. inligati sunt C. in loco vb  
sunt S. M.  
d. incertum C. G.  
e. sanguis — detrahetur C.  
f. permixto C.  
g. confricatur C. perfricatur G.  
h. leuibus — abstin. om. S. M.  
i. exercendus — abstinendus C.  
k. et om. C.



myrrhae puluerem, et<sup>k</sup> parum liquaminis, et vinum vetus optimum misces, quod per triduum per<sup>l</sup> os defundes; ita digestio et sanitas consequetur. Aliquantum<sup>m</sup> praecantatione<sup>n</sup> tentant afferre remedia; quae vanitas ab aniculis folis diligenda<sup>o</sup> est, cum animalia sicut homines non inanibus verbis, sed certa medendi arte curentur.

XLIV. (vulgo XLV.) Pulmones<sup>a</sup> vt integri praestant substantiam<sup>b</sup> vitae, ita vitiiati periculum afferunt mortis; quorum dolor manifestis declaratur indiciis. stertet, tussiet grauitur, et exscreabit purulentum. Si aegritudo longior fuerit, de prioribus<sup>c</sup> claudicat<sup>d</sup> pedibus, grauem foetorem naribus expellit, difficile se collocat, et<sup>e</sup> febriens praesepio incumbit. corruptum assellabit<sup>f</sup>. Aliquando in corpore ipsius<sup>g</sup> funilia furunculis tubercula nascuntur. Quae<sup>h</sup> aegritudo difficilis est<sup>i</sup>, sed hac potione<sup>k</sup> curanda<sup>l</sup>: thuris masculi vncias tres<sup>m</sup>, hyssopi<sup>n</sup> vncias duas, folii<sup>o</sup> vnciam vniam, mannae croci vnciam vniam, myrrhae vncias duas diligenter tundis et cribras, ex quo puluere vnum cochlear<sup>p</sup> cum tribus ouis et aqua<sup>q</sup> temperabis, et defundis<sup>r</sup> per os. Si cibum non appetit, pro<sup>s</sup> aqua dac caprinum miscebis, et addito mellis cochleario propinabis. Succum<sup>3</sup> quoque ptisanae cum oleo rosaceo, et puluerem<sup>t</sup>

O 2

supe-

l. per os om. C.

m. Hinc om. S. M.

n. praecantationem — mediam C.

o. dinoscitur esse — certa diligentia medendi Goth.

Cap. XLIV. a. Ita G. pro Pulmone. Idem sicut sunt.

b. suffragia S. M.

c. posterioribus S. M.

d. claudicabit C.

e. sed — nascuntur om. S. M.

Vulgo est sed.

f. assellabitur C.

g. ipsius om. C.

h. Quae aegritudo difficilis hac et curator S. M. Vulgo Quorum.

i. est om. C.

k. ratione C.

l. est inf. C.

m. duas S. M. vnc. I. C.

n. hyssopi v. I. folii v. I. om. C.

o. trifolii magni (f. mannae) croci ana vnciam vniam S. M.

p. cocleare C.

q. aquam C.

r. Ita pro difundis C.

s. Hinc om. S. M.

t. puluere — comprehenso, vel C. vel eius Goth.

superius comprehensum cum ovis per os dabis ad cornu<sup>y</sup>. Offas quoque ex duobus sextariis farinae triticeae et vno sextario erui pollinis facies, quibus admiscebis ex supra scripto puluere quinque cochlearia<sup>x</sup>. Sed septenas offulas<sup>y</sup> diebus singulis digeras, quas quotidie  
 4 ad substantiam dabis, donec cibos tentet appetere. Cui omnem escam propter fastidium viridem oportet offerri, et contrario lenticulam vel<sup>z</sup> triticum vel hordeum torrefactum cum palea dabis, vt quidquid ex diuersitate ciborum voluerit<sup>a</sup> eligat. Lac tamen recens cotidie ei conuenit dare<sup>b</sup>. Deambulet primum; vbi coeperit conualescere, ad exercitium reuocandum<sup>c</sup> est. Lac si defuerit, aquam, in qua eruum prius lotum die ac nocte  
 5 permanferit, dabis in<sup>d</sup> potu. In causa<sup>e</sup> pulmonum de ceruice vel de palato his sanguis aufertur, quibus nec fastidium euenit, et<sup>f</sup> fortiora sunt corpora. Cineres quoque vlini loti et infusi<sup>g</sup> aqua cum vino veteri optimo odorato heminas singulas miscebis<sup>h</sup> et dabis. Quodsi vehementius vexauerit<sup>i</sup> aegritudo, et transferit in morbum: radicis<sup>k</sup> lentisci drachmam, thuris vncias duas, myrrhae drachmam, succari semiunciam contere diligenter, et cum vino diffunde<sup>l</sup>. Sunt et ista remedia.  
 6 Vua alba in os<sup>m</sup> equi frequenter exprimitur, semen radicis datur in vino, amygdalae frixae cum aqua offeruntur. Sed est alia efficacior potio: Cardamomi<sup>n</sup> vn-

cias

v. cornum C.

x. Ex lacte etiam cuiuscumq. pecoris eam consperges. salutare est, si sept. C. Ex lacte tere et cuiuscumque pectoris conspergis salutare est, si septenas dieb. Goth.

y. offas C.

z. vel triticum, vel hordeum torref. C. lenticulum vel tritum cum h. torrefactum G. Vulgo cum tritico vel hordeo torrefacto.

a. voluerit om. C.

b. dari C.

c. reuocandus C.

d. ei bibere C.

e. cuius a C.

f. Ita pro sed C. G.

g. in inf. C.

h. Ita pro misces C.

i. Ita pro vexatum aegritudine, transfuit dedi. Corb. vexabitur aegritudo et transferit. Goth. vexauit aegritudo transfuit.

k. radicem C.

l. Ita pro suffunde Go.

m. ore C. Go. deinceps exprimitur vulgatum ex Go. correxi.

n. (costi, iringii (pro eryngii) radicis cassiae ana) inf. S. costi unc. 2, cinnamomi unc. 1, eryngii radicis unc. 2, storaris semen (f. semc. h. e. feminuc.) C.

cias duas, cassiae<sup>o</sup> vnciam, storacis vnciam vnam, quae omnia<sup>p</sup>, si validior et sine febre fuerit<sup>q</sup>, cum vino, si febriciens, cum succo ptisanæ per os dabis.

XLV. (vulgo XLVI.) Orthopnoicum<sup>a</sup> iumentum his agnoscitur signis<sup>b</sup>: etiam si trahatur, ambulare detractat, anhelat grauiter, frequenter suspirat, ronchos<sup>c</sup> ducit, ilia suspendit, dum manducat tussit. Ex<sup>d</sup> quo<sup>2</sup> vitio difficile liberabitur<sup>e</sup>, licet in longum protrahat vitam. Pulmo enim eorum contrahendo se comburit<sup>f</sup>, vnde et macies cum morte insequi consuevit. In re-<sup>3</sup> centi tamen hanc curam festinanter adhibebis. Sanguinem de pectore detrahes, et mero oleoque permixtum atque calefactum perunges. Lixiuium<sup>g</sup> quoque cineris diligentissime cretum, cum oleo optimo temperabis, et per nares diebus quinque continuis eidem digeres<sup>h</sup>. Potionem quoque dabis postmodum: Sinapis Alexandrini frixi, et<sup>i</sup> sulphuris viui, et<sup>i</sup> myrrhae; cardamomi species aequis ponderibus contundis<sup>k</sup> et cernis, et cum melle optimo<sup>l</sup> decoquis. Ex quo medicamento ad<sup>4</sup> magnitudinem nucis cum<sup>m</sup> vino nigro calido dilues, et quotidie per os potionabis. Alii<sup>n</sup> vero myrrhae vncias duas, sulphuris<sup>o</sup> vnciam vnam, nitri semiunciam, picis liquidæ pusillum, deterunt, additoque melle et vino vetere odorato, candido, per nares saepius infundunt.

O 3

dunt.

o. cinnamomi S. M.

p. tussa, si frequenter suspirat C.

q. fuerit C. Vulgo erit.

C. p. XLV. a. Orthopnoicum

F. Orthopnoicum C. nobisc. S.

b. ut — detrahet C. ut inserit etiam Goth.

c. ronchos edd. a. G. truncos ducit, al. truncos duc. C. runcos Goth.

d. Ex — consuevit om. S. M. Ex quo bustro Goth.

e. liberatur C. deinceps omisso vitam. Goth. pulmo etiam eorum contrahendum et se comburit.

f. conuaret C. Deinceps festinant Go. sed margo adhaerebis habet.

g. Lixiuium quoq. dil. tritum, et C. ol. opti. temperatum per nares etc. C.

h. immittes S. M.

i. et om. C. frixae — vini et cum cardamomo specie Goth.

k. contundes — cernes — decoques C.

l. Attico F. M. S. M.

m. in C.

n. Hinc om. S. M.

o. sulferis vini (pro vini) C.

5 dunt. Curabis autem ne algeat, temperabis exercitationibus vt fudet: et non solum in potione, sed etiam in foeno nitrum cum melicrato<sup>p</sup> aspersum<sup>q</sup> semper accipiat.

XLVI. (vulgo XLVII.) Opisthotonici<sup>a</sup> quoque similis passio declaratur<sup>b</sup>. Orthotonicus est<sup>c</sup>, qui totus est rigidus, opisthotonicus<sup>a</sup>, cui in posterioribus partibus morbus infederit. Cuius ista sunt signa. Aures<sup>d</sup> rigidas<sup>e</sup> habebit, collum extensum, oculos minores, tensa pellis in facie, labia graua, vt oscitare et os<sup>f</sup> aperire vix possit, cibum potumque fastidiet, cauda rigida, gressus incertus, membra distensa<sup>g</sup>, difficile progreditur, et frequenter in posteriorem partem con-  
2 cidit<sup>h</sup>, vnde opisthotonicus<sup>i</sup> nominatur. Quod genus passione hieme curare difficile est, aestate autem si diligentior fueris<sup>k</sup> obtinebis. Quae passio per aestatem his nascitur causis, si iumentum ardentissimo fuerit sole percussum, vel si in itinere<sup>l</sup>, priore claudicans pede, coactum fuerit ambulare vel currere, et vehementius sudauerit; vel<sup>m</sup> ex dolore, si armum laeserit, vel  
3 supra ipsum iacuerit, vt armus indormiat. Hieme autem, cum de itinere vel de exercitatione venerit, et cum sudore steterit sub diuo<sup>n</sup> in frigore, aut in loco (recenti<sup>o</sup>) vel humecto aut in<sup>p</sup> marmorato, aut<sup>q</sup> tessellato, vel si frigore maxillae obdormierint, tunc ista aegritudo contrahitur. Cui hac ratione tentabis succurre-

p. sic C. melicr. edd. a. G.

q. sum C.

Cap. XLVI. a. Epistotoni F.

b. indicatur C.

c. est inf. C.

d. venter rigidus C. duces rigidos

Goth.

e. frigidus F.M: S. M.

f. (os) inf. S. aut os inf. C.

Vulgo os deest.

g. distenta C.

h. recidit C.

i. epistotonus edd. a. G.

k. Ita pro fueris C.

l. ex inf. C.

m. et ex sudore vel armum edd.

ex dolore vel si armum ex libris

edidit Gesner.

n. dio C.

o. recenti vel om. C. recenti in-

clusum habet Fabr.

p. in inf. C. G.

q. vel in C.

currere. Adipis porcinae veteris libras duas, resinae<sup>4</sup> terbentinae<sup>r</sup> semilibram, piperis triti drachmam, cerae libram, olei veteris sextarios<sup>s</sup> duos pariter decoques, et calidissime totum animal perunges. Multi eruum<sup>5</sup> decoquunt, calentemque aquam capiti ipsius languentis imponunt<sup>t</sup>. Alii in stercore ipsorum calido obruunt<sup>6</sup> aegrotantes<sup>v</sup>, vt languorem<sup>x</sup> exsudat. Plerique colli-<sup>7</sup>gata<sup>y</sup> iumenta commodum credunt arenis sole feruentibus operire. Haec quoque potio traditur salutaris.<sup>8</sup> Piperis triti grana decem<sup>z</sup>, cedriae<sup>a</sup> pondus denarii<sup>b</sup>, nitri vnciam<sup>c</sup> vnam, mixturae<sup>d</sup> laseris Cyrenaici<sup>e</sup> globulum ad magnitudinem fabae, trita<sup>f</sup> atque permixta, addita liquaminis<sup>g</sup> floris hemina et vini veteris [summi<sup>h</sup>] sextario<sup>i</sup>, bis in die per os digeres<sup>k</sup>. Exper-<sup>9</sup>tum dicitur, sanguinem bubulinum calidum et fumantem, sed moderate per cornu<sup>l</sup> faucibus infundere<sup>m</sup>. Quod<sup>n</sup> si forte defuerit, thuris cribrati et salis triti ternas<sup>o</sup> vncias cum vino optimo prodesse dixerunt. Calidis medicamentis animal expedit dum sanetur per-<sup>10</sup>ungi<sup>p</sup>. Adipis quoque porcinae recentis coctae<sup>q</sup> quantum existimaueris, cum oleo optimo, et vino summo

O 4

et

r. pro terebinth. *2021*  
 s. lib. 2. C.  
 t. infundunt C.  
 v. aegrotantem C.  
 x. Ita pro languor C. G.  
 y. Ita ex C. Gesn. pro colligatis iumentis — renes sole feruenti bene cooperiri. Goth. colligati inmenta com credunt asseres sene solem tucnibus aperire.  
 z. Ita pro viginti S. M. Corb.  
 a. Ita pro cedri. C.  
 b. scrip. III. C.  
 c. cotulam vnam S. M. olcan vnam C. h. e. ὀλκῆν, quam drachinae etiam synonymum esse, ex Galeno probat Gorraeus h. v. Gesn.  
 d. mixta laxaris C.  
 e. sic S. M. quod praetuli, cum

tyrrhenici, quod habent alii, nullam praeterca mentionem inueniam. Gesn.

f. tritam atq. mixtam C.

g. olei flori sem. C. h. e. floris emina vt etiam Goth.

h. summi om. S. M. et potest esse glossa floris. sed vinum summum etiam est s. sq. Gesn.

i. sic S. sextarium F. sext. I. C.

k. digervnt C.

l. cornum C.

m. Ita pro infundis C. Go.

n. Hinc ad s. 12. om. S. M.

o. ter sulcis scrip. VIII. C. oltes  
 3 IX. Goth. qui firmare videtur Gesneri coniecturam, in sulcis latere holces ὀλκῆς putantis.

p. ungueri C.

q. colatae C. collatae C.

et melle commiscet, et ad carbones [semper<sup>r</sup>]. decoques, ac per nares infundes. Malagma quoque de calidis speciebus in carbonibus cum oleo cyprino vel  
 11 communi, sed veteri, soluitur<sup>s</sup>, et perungitur. Post curam operitur sagis, et in sole calido exercetur a sefore trepidans<sup>t</sup>, dum fudet. Post sabanis validioribus abstergetur, et<sup>v</sup> denuo unctum operitur, pice quoque liquida admixto<sup>x</sup> oleo perungendum, non tamen nimia  
 12 pix sit, ne corium laedat. Nonnulli iam<sup>y</sup> validioribus de ceruice sanguinem detrahunt. Plerique in balneum ducunt: calidissimis potionibus curant, id est, lasare<sup>z</sup> et<sup>a</sup> cymino, aniso, oleo, baccis lauri, ex quibus  
 13 quotidie aliquid cum vino ministrant. Vnctionibus quoque istis vtuntur. Ceræ libram, resinæ uncias quatuor, opopanacis<sup>b</sup> uncias duas, medullæ ceruinæ uncias tres, olei storacini uncias tres, olei laurini uncias quatuor, quæ omnia decoquunt, et in sole aut  
 14 in loco calido perungunt. Alia quoque unguenti compositio talis est: Baccarum<sup>c</sup> lauri sextarium vnum, cymini sextarios<sup>d</sup> duos, sulphuris viui uncias tres, resinæ unciam vnam, galbani uncias tres, olei sextarios duos, quæ omnia decoques et vteris.

XLVII. (vulgo XLVIII.) Lethargici quoque iumenti ista sunt signa. Iacebit semper et dormiet, neque cibum appetit<sup>a</sup> neque potum; cum excitatum<sup>b</sup> fuerit continuo aggrauatur<sup>c</sup>, et se proiicit, et macescit<sup>d</sup>, et quamcunque ei dederis potionem tanquam dormitans<sup>e</sup> vix suscipit, quod<sup>f</sup> hac ratione curabis.

Sub-

r. *semper* om. C.  
 s. *abluitur* edd. a. G. *oblinitur* Go.  
 t. et *repedens* a. G. et *ripodom si-*  
*que* Goth.  
 v. et — *operitur* om. C.  
 x. *admixta pentiolo perunguetur*  
 et *exercetur*. Non C.  
 y. *dicunt sic curari* S. M.  
 z. *laxare* C.  
 a. et om. C.

b. Hinc ad *olei laur.* om. S. M.  
 c. *baccas lauri* C.  
 d. Hinc ad *galbani* om. C.  
 Cap. XLVII. a. *appetet* etc. C.  
 b. *exercitatum* C.  
 c. *granatur* C.  
 d. *inhorrescit* S. M.  
 e. Ita pro *dormiens* C. Go. *ex-*  
*ercitatus* Go.  
 f. *quem* F.

Substernito in stabulo vbi stratum cubet<sup>s</sup>. cui caput<sup>2</sup> fomentabis ex calida cum<sup>h</sup> pulegio decocta, postmodum perunges oleo cum adarce<sup>i</sup> trito, ita vt caput eius et aures infundas, ea<sup>k</sup> vsurus potione: camomillam<sup>l</sup> Illyricam, item nostratem<sup>m</sup>, et herbam Artemisiam in aqua decoquis, ex qua quotidie ei binas cotylas propinabis. Cui et pedes priores frequenter fomentabis<sup>3</sup> calida: solet enim haec passio adstrictius<sup>n</sup> ad rectum pedem contingere. Est quidem periculosa passio<sup>o</sup> atque curatio. cuius ista sunt signa. Oculi eius lacrymabunt<sup>p</sup> quasi lippiant, in praesepio<sup>q</sup> dormitans incumbit, a posterioribus ambulans nutat, et totum<sup>r</sup> grauatur. Cui sanguinem detrahes de pede priori<sup>4</sup> dextro, et de femore sinistro, ex quo eum perunges. Herbam Artemisiam contusam<sup>s</sup> et cribratam<sup>t</sup> dabis cum lixiui sextario, et olei cyathis duobus, per triduum; quarta die intermites. Quod si cibaria non appetit, eruum<sup>v</sup> mollitum ex aqua tepida. [comedat<sup>x</sup>, et aquam] bibat. Si minus profecerit, lini semen<sup>5</sup> cum aqua in olla decoques, et heminas singulas per dies singulos dabis ad<sup>y</sup> cornu, addito melle quantum<sup>z</sup> sufficiat. quae potio etiam febricitantibus prodest. Lethargicum animal frequenti excitatione<sup>a</sup> prohiben-<sup>6</sup> dum constat a somno. Assidua quoque iniungenda est deambulatio<sup>b</sup>, si ante omnes pedes eius miseris in fo-

Q 5

men-

g. Ita S. M. Vulgo stat vt bibat  
ibi. Corb. omittit etiam ibi.

h. cum inferui ex C. S. puleio C.  
i. cum arcitruto C. adarte F.  
adarte terito Go.

k. hanc vs. potionem C.  
l. camomillon Illyricon C. gamo-  
villae illyricon Go.

m. Vulgo idem nos trace vncis  
inclusa leguntur, quia omittit  
Corb. Go.

n. strictura pedum C. adstr. ad  
pedem constringere Go. Malium stric-  
tura pedes eos.

o. passio atque om. Corb.

p. lacrymabuntur C.

q. praesepo incumbit, dormit Corb.  
r. totus C.

s. Vulgo contundes. Post cou-  
tusam.

t. i. e. semunc. inserit C.

v. Ita F. M. S. M. et C. nisi  
quod mellitum habent. F. S. (bolum  
ex melle).

x. inclusa om. C. recte, aucto-  
re Gesnero.

y. ad cornu om. C.

z. quod sufficit Corb.

a. Ita pro exercitatione C.

b. ambulatio, si ante omnes pedes  
miseris iumentum C. vulgo si ante  
iores pedes.

mentum. Nam furfures sale et aceto permifces, et calentes vngulis imponis<sup>c</sup>. farinam quoque triticeam cum tritis falibus et pufcae sextario vno faucibus in 7 fundes; herbam Artemifiam tunfam cum oleo et modico lixiuio dabis ad cornu<sup>d</sup>; abftinebis ab hordeo<sup>e</sup>, fabae folidae sextarium porrigis vt vigilet, donec duriores<sup>f</sup> edomet cibos. De ceruice quoque<sup>g</sup> fanguineam 8 ei<sup>h</sup> detrahes. Depletum<sup>i</sup> hac potione<sup>k</sup> curabis: Rhei Pontici<sup>l</sup> vncias tres, calami aromatici<sup>m</sup> vncias duas, fpicae nardi vncias duas, radice capparis vncias duas, tunfa et cribrata permifces<sup>n</sup>, et terna cochlearia in<sup>o</sup> sextario aquae tepidae dabis in potu<sup>p</sup>. Nunquam frigidam, nec nimium calidam<sup>q</sup>, fed tepidam et parum<sup>r</sup> ad bibendum femper accipiat. Affidue flagello excitandum<sup>s</sup> aut voce, vt vitium timore deponat.

XLVIII. (vulgo XLIX.) Si quod iumentum morbum regium<sup>a</sup> habuerit, his agnofcitur<sup>b</sup> fignis. vtrique oculi virides funt<sup>c</sup>; et<sup>d</sup> ceruicem inclinatam habebit in<sup>e</sup> dextra parte, et<sup>f</sup> pede [dextro<sup>g</sup> etiam] finiftro videbitur claudicare. Cuius curatio eft ifta. Loco tenebrofo<sup>h</sup>, vbi lumen videre non poffit, clauditur<sup>i</sup>,  
et

c. adpones C.

d. cornum C.

e. et addit C.

f. duriori edomatur cibo Corb.

g. quoque addidi ex C.

h. ei om C.

i. repl. S. M.

k. Ita pro ratione C.

l. Vulgo Afronitri. C. Acori

Pontici. S. M. Triti Pontici vnc. 4.

Goth. Pontici vncias tres.

m. Vulgo gallae Syriaticae. Sambuc. gallae Syriacae. S. M. calami

Syriaci. Corb. cal. Syriatici vnc. III.

vt Goth.

n. mifcebis C.

o. cum C.

p. potum C.

q. calidum fed tepidum C.

r. parum ex C. addidi. et puram

S. M. cochlearia inferunt aquae frigidae tepide dabis — nunquam frigida — calida fed tepida ad bib.

s. excitandus C. flagellum ad excit. Go.

Cap. XLVIII. a. i. e. auriginem in lemmate inferit C. id est aurigines Goth.

b. agnofcetur C.

c. funt C.

d. et om. C.

e. in om. F. dextram partem malebat Gefn.

f. de C.

g. inclufa om. C. S. M. de ceruice et pede etiam finiftro v. cl. Go.

reliquis omiffis, Verba: etiam finiftro om. princeps Editio.

h. tenebrofo C.

i. clauditur et operietur C.



et operitur fagis ita, ne<sup>k</sup> oculi eius aperiantur in die, oleo et vino tepido vngetur<sup>l</sup> atque fricabitur. Lapi-<sup>2</sup> des<sup>m</sup> molares non minus pondera quinque in ignem imponuntur, animalis caput copulatur ad pedes; cum bene canduerint, sub eius naribus apponuntur<sup>n</sup> perfusi oleo; suffumigatur<sup>o</sup> os, nares et oculi, vt morbi virus exfudet<sup>p</sup>. quod per septem<sup>d</sup> dies continue est faciendum. Tali etiam ratione succurrius<sup>q</sup>. sanguine caprino et lacte ouillo, anagallico<sup>r</sup>, costo, oleoque pariter admixto potio conficitur<sup>s</sup>, quae per dies duodecim datur.

XLIX. (vulgo L.) Sed interdum<sup>a</sup> bilis<sup>a</sup>, quae cholera<sup>b</sup> appellatur vulgo, solet iumenta vexare. quae passio his declaratur indiciis: commouetur ac volutatur vt strophosus<sup>c</sup>. Sanguinem ei<sup>d</sup> de ceruice emit- tis, daturus eiusmodi continuo potionem: herbae trixaginis<sup>e</sup> nigrae vnciam<sup>f</sup> semis, mannae succa- ri<sup>g</sup> vnciam vnã, nitri vncias duas, altei<sup>h</sup> vncias duas, vini optimi sextarium vnum, conteres<sup>i</sup>, ex aqua mulsa heminam vnã per sinistram narem in- fundes<sup>k</sup>.

L. (vulgo LI.) Quod si aridam bilem habuerit, myrtum agrestem cum vino contritam per narem dextram defundes, pro hordeo far triticeum dabis. Potionem ipsam temperabis ex aqua.

LI.

k. vt nec oculi eius appareant C.  
l. unguito atq. defricabitur C.  
m. lapidis molaris non minus pondus C. Lapidis — faciendum om. S. M.  
n. et inf. C.  
o. suffumigant — oculos C. suffu- migant etiam Goth.  
p. exsudent C.  
q. succurretur C.  
r. sil Gallicum C.  
s. conficietur — dabitur C.  
Cap. XLIX. a. bilis quae cholera

appellatur C. de bili, quae cholera app. S. M. Vulgo bilis — cholerae — appellantur — solent.  
b. cholerae F. S.  
c. stropho. cui S. M.  
d. ei inf. C.  
e. traxag. C. idem om. nigrae vnc. semis.  
f. vncias sex S. M.  
g. croci C.  
h. alt. vnc. 2. om. C.  
i. et ex ea aqua C.  
k. defundes C.

- LI. (vulgo LII.) Coli passio grauissimos cruciatus iumentis consuevit inferre, ita vt cardiaci aut strophosi esse credantur; sed his agnoscitur signis. Cum stat<sup>a</sup> repente concidit<sup>b</sup>, vt arreptum<sup>c</sup> putes, si fatis<sup>d</sup> suspensum fuerit, dolor subsequitur, et iacet nonnunquam: cum frigidam aquam acceperit<sup>e</sup> tremit, sudat, anhelat.
- 2 Cui hac ratione succurritur. Anisi<sup>f</sup> Pontici vnciam vnam, petroselini vnciam vnam, foeniculi feminis vnciam, piperis nigri vncias duas, marrubii vnciam vnam, abrotani vnciam vnam, anethi vncias<sup>g</sup> tres, Leuistici<sup>h</sup> 4, centaureae<sup>i</sup> minoris et maioris vncias duas, chamaedrys<sup>k</sup> semiunciam, eupatorii<sup>l</sup> 4 quatuor, gingiberis vnciam semis, pulegii<sup>m</sup> semiunciam, rutae<sup>n</sup> vnciam, apii feminis vnciam, pariter contundes et cernes tunc mellis optimi pondera duo cocta et despumata cum omnibus misces, ex quo medicamento ad magnitudinem nucis auellanae cum aquae tepidae sextario dilues, et per os infundes. certissima medicina est.
- 3 Quod si dolor perseuerauerit, foeniculi feminis cochlearia quinque bene trita cum vino sincero sed cibario, sext. 1<sup>o</sup> dabis. Praeterea piperis<sup>p</sup> aliquantulum<sup>q</sup> et pelliculam<sup>r</sup> de ventre pulli siccata in furno et tritam cum vino dabis.

LII. (vulgo LIII.) Vomicae plerumque animalibus nascuntur intrinsecus. Cuius passionis signa sunt ista.

cum

Cap. LI. a. statim C.  
 b. ita addit C. concitat vt Goth.  
 c. ἐπιληπτον interpretatur Gesn.  
 d. cadens S. M.  
 e. acceperint tremunt etc. C. et Go. Quibus deinceps Go.  
 f. Anisi C.  
 g. scrip. 3. C. vncia semis S. M.  
 h. Ita cum Gesn. Go. leuistici C. libist. F. S.  
 i. Centaureae sem. caneturi semic. silporeum septum IIII. pulegii Campani unc. I. gingiber semunc. pariter contundes C.

k. camedrii S. M. Vulgo camedris.  
 l. filuii vncias quatuor S. M. pro filpbii. Vulgo eupatoris.  
 m. pul. caprini vnciam S. M.  
 n. rutae, apii feminis ana vnciam vnam S. M. vnde vulgatum apii vnciam semis correxi.  
 o. sic C. sextarium F. S.  
 p. sic F. M. S. M. et C. penis  
 al. a. G.  
 q. aliquantum C.  
 r. pellicula etc. edd. a. G.

cum accubuerit, difficile furgit<sup>a</sup>; os ei grauiter olebit, incumbet in eo loco, a quo vexabitur<sup>b</sup>, tuffiet, et purulentum exfcreabit interdum. Cui haec da<sup>c</sup>. Turis vncias<sup>d</sup> duas, aristolochiae vncias<sup>e</sup> duas in vnum contundes<sup>f</sup>, cum vino tepefacto per nares degeres. Item sulphuris viui vncias<sup>g</sup> duas, aristolochiae vnciam semis fimiliter dabis. Cibo autem maxime sustentandum<sup>h</sup> est, vt habeat corporis<sup>i</sup> nutrimentum. [Et<sup>k</sup>] cum ruperit vomitam, cauteriis circa pectus aduris<sup>l</sup>, vt facilius prouocatus humor emanet.

LIII. (vulgo LIV.) Passio, quam Graeci echedermiam<sup>a</sup> vocant, Latini coriagine[m] appellant, cuius ista sunt signa. Macescet, et sine febre non erit, corium illius adhaerebit<sup>b</sup> costis, spina fit durior, in dorso eius nonnunquam furunculi exire consueuerunt: magis etiam quam adfueuerat<sup>c</sup> appetit cibos. Cuius ista curatio est. Thymum<sup>d</sup> et sales cum vino rubro<sup>e</sup> conteris, et tubera, si qua in eius<sup>e</sup> sunt corpore, confricas. Parabis etiam aliam vnctionem: picem, ceram, refinam cauealem<sup>f</sup>, et thuris pollinem ex oleo veteri temperabis ac decoques, totumque<sup>g</sup> animal confricatum diutissime perunges. Sed parum est vnctione<sup>h</sup> corio mederi, nisi potionibus et intrinseca curentur. Piperis albi triginta graua, myrrhae femiunciam<sup>i</sup>, vini odorati veteris cotylam, olei viridis cyathum vnum admisce-

Cap. LII. a. surget C.  
 b. vexatur C.  
 c. (cui haec da) inf. S.  
 d. drac. C.  
 e. vnciam semis puluerisa, cibo maxime sustentata, vt nutriatur. Et cum ruperit S. M.  
 f. Ita Corb. Vulgo vno cum vino.  
 g. drag. C.  
 h. sustentandus C.  
 i. corpori C.  
 k. Et om. C.  
 l. adures C.  
 Cap. LIII. a. Vulgo echedermiam

Corb. epidermiam dicunt. S. M. cardiacam.  
 b. haerebit ad costas C.  
 c. solebat C.  
 d. Temum cum vino salisco rubro conteres C.  
 e. Ita pro in eo sunt C.  
 f. Ita C. pro cabialem. S. M. tinculam. Voluitne piculam? cabulem Go.  
 g. Ita pro totum — confricando C. idem perunguebis.  
 h. vnctionem C.  
 i. sextantiae i. e. drag. XII. C.

- 3 miscebis et per os digeres. Item<sup>k</sup> fasciculum<sup>l</sup> rutae viridis atque purgatae et<sup>m</sup> opopanacis vnciam<sup>n</sup> vnam in cotylam vini et olei viridis cyathum decoques<sup>o</sup>, et dabis in potu<sup>p</sup>. Quod vitium ex perfrictionis iniuria, aut ex coactionis<sup>q</sup> alicuius necessitate descendit. Aliquanti suis non vetulae sed novellae sanguinem vino permixto<sup>r</sup> ad cornu<sup>s</sup> faucibus degerunt, ignorantes, si plus sanguinis fuerit, continuo animal interire<sup>t</sup>.
- 4 Cautius est hac magis potione curare: cepas germanas et semen rutae pariter admisces, et deteres; ex quo vncias tres cum vini cotyla per dies singulos dabis, vsurus curationibus, quae conueniunt roborosis.

LIV. (vulgo LV.) Syntexin<sup>a</sup> animalia patiuntur vt<sup>b</sup> homines. quae liquido<sup>c</sup> his declaratur indiciis. cotidie attenuantur<sup>d</sup> in maciem, ossa eminent<sup>e</sup>, multum manducantia<sup>f</sup> esuriunt semper; quidquid inuenerint, tentant fame cogente corrodere; durum stercus emittunt; trahunt longam ac miserabilem<sup>g</sup> vitam, vt nec surgere valeant: sed iacentia<sup>h</sup>, fatigata, multumque manducantia fame moriuntur. Omnis enim esca quam sumserint, ad stercus, et omnis potus conuertitur in vrinam: nullus ex his succus, nullum alimentum peruenit ad medullas<sup>i</sup>: propterea quod stomachus eorum nimio rigore constrictus<sup>k</sup> nec coquere potest<sup>l</sup>, nec epati aliquid propinare, in quo tota virtus ad nutrien-

- k. hinc omitt. S. M.  
 l. Ita pro fasciculos C.  
 m. et om. F. S.  
 n. pro vnciam vnam in F. S. solium et habent.  
 o. Ita pro admisces C.  
 p. potum C.  
 q. Ita pro coactione -- necessitatis C.  
 r. mixto C.  
 s. cornum C.  
 t. solet addit C.

Cap. LV. a. Ita Gesn. Syntexin F. S. Synthesin S. M. sintexin C. est σύντηξις.

- b. Ita pro et C.  
 c. Ita pro valitudo C. deinceps pro indiciis Go. signis.  
 d. Ita pro tenuantur, et macie C. in macie Go.  
 e. os eminent C.  
 f. manducans esurit Corb.  
 g. mirabilem Go.  
 h. iacentes, fatigati, multumque fame C. Go.  
 i. medullam Corb.  
 k. Ita pro perfr. C. Go.  
 l. Ita pro poterit C.

triendum corpus per dispensationem ciborum et<sup>m</sup> sanguinis<sup>n</sup> praeparatur. Tabescit semper, iecurque eius<sup>4</sup> minuitur ad similitudinem arboris, quae radicibus ex maiori parte praecisis<sup>o</sup>, cum a paruulis aliquamdiu sustentata portauerit frondes, celeriter exarescit. Quo-<sup>5</sup>rum manifesto periculo hac ratione tentabis occurrere<sup>p</sup>. Inter principia facies victionem: ceræ libras<sup>q</sup> duas, resinae<sup>r</sup> terbentinae libram, medullae ceruinae libram, axungiae veteris sine sale libram, propoleos<sup>s</sup> selibram, irifillyricae libram<sup>t</sup>, sansuci libram, olei<sup>v</sup> laurini quantum satis fuerit, decoques carbonibus lentis<sup>x</sup>, et ad ceroti<sup>y</sup> mollitiem percolabis<sup>z</sup>, cui adhuc tepenti<sup>a</sup> misces puluerem irifillyricae<sup>b</sup> et cretae Cimoliae<sup>c</sup>, donec refrigerat agitabis. Ex quo medicamento totum<sup>6</sup> iumentum<sup>d</sup> perunges, et multorum manibus confricabis, donec calefiat et sudet. Quod interposito triduo con-<sup>7</sup>uenit fieri, ita vt coopertum animal stet<sup>e</sup>, et cotidie paulatim exerceatur, vt digerat. Cui haec praeparabitur potio: abrotani vncias quatuor, santonici vncias quatuor, trixaginis<sup>f</sup> vncias quatuor, chamaepityos<sup>g</sup> vncias quatuor, gentianae vncias duas, murrhae<sup>h</sup> vncias duas, opopanacis vncias duas, eiusdem radice, succari semiunciam, rutae aliquantulum, omnia

- m. et addidit Gesn. ex C.  
 n. Ita pro sanguis C. Go.  
 o. praecis cum paruulis C.  
 p. Ita pro tentatur occurrere C.  
 conatur succurri Go. sed punctis suppositis.  
 q. libr. I. C.  
 r. res. ter. lib. om. C.  
 s. sic C. propulegii al. populei lib. I. sem. maluae lib. sem. sansuci libram semis S. M. Illud propoleos confirmat noster 4, 13, I. et Dioscor. 2, 106. Gesn.  
 t. selib. C.  
 v. oleum laurinum, quantum fuerit C.  
 x. lenti sed C.  
 y. ceruti C.

- z. perlocabis F. S. praelocabis S. M. colabis C.  
 a. reuponticon Go.  
 b. tres illyrice s. tris illyrici Corb.  
 c. pariter addit C. deinceps ex C. vulgatum infrigescat correxi.  
 d. corpus perungues C.  
 e. Ita pro sit Corb.  
 f. trax. C. anethi vncias 4, gentianae vnciam vnam, opopanacis radice vncias duas, croci semiunciam, rutae etc. Gesn.  
 g. Ita Gesn. camepitesos F. S. camipitis C.  
 h. croci semunc. rutae semunc. omnia bene C. Etiam S. M. rutae vnciam semis. Crocum succaro substituit Corb. vt fere vbique.

3 omnia bene tundis<sup>i</sup> et cribras. ex quibus duo cochlearia in vino veteri decocta cum succo ptisanæ, in quo<sup>k</sup> acro decoctus est, admiscebis. adiunges etiam erui<sup>l</sup> pollinis cochlearia duo, quae cum per nouem dies continuos dederis, intermittis<sup>m</sup> aliquamdiu., vt vires colligat et resumat, et per singulas periodos<sup>n</sup> alternis curabis<sup>o</sup>,  
9 nec cessabis, donec sanitas redeat. Diebus autem vacuis offas ex farina triticea et<sup>p</sup> lacte consperfas ad substantiam degeris. furfures quoque triticeos et paleas dabis<sup>q</sup>; hordeum non dederis nisi fortassis infusum; denegabis etiam herbam viridem, donec reparare<sup>r</sup> coeperit corpus.

LV. (vulgo LVI.) Ictericis<sup>a</sup> ista sunt signa. Oculi virides, de quibus profluet<sup>b</sup> lippitudo, ad similitudinem fabae<sup>c</sup>: indurescit<sup>d</sup> corium, fit horridus<sup>e</sup> pilus,  
2 insequitur fatigatio, ambulans genibus claudicat. His sanabitur<sup>f</sup> medelis: Panacis Syradicis<sup>g</sup> et apii feminis singulas libras contundito atque cribrato, et cum mellis Attici libra<sup>h</sup> misceto, tunc<sup>i</sup> aquae, in qua lupini crudi fuerint decocti, sextario<sup>k</sup>, ex medicamento superius<sup>l</sup> descripto quatuor cochlearia miscebis, et in potione<sup>m</sup>  
3 dabis per<sup>n</sup> dies quinque. Si tardius adiuuat<sup>o</sup>, vini sextarios tres in pultario nouo, et<sup>p</sup> canini stercoreis albi  
vncias

i. contundes et cribrabis C.

k. qua, (atro) decoctum est et in margine; al. acro F. et S. acro C. et Go. Correxit Morgag. IV, 41.

l. erui poll om. C.

m. intermittes C.

n. hebdomadas F. et S. margines.

o. curabis. Nec cessabis om. C. nec etiam Go.

p. Ita pro in lacte conspersa Corb.

q. ministrabis C.

r. saturari S. M.

Cap. LV. a. buginosus vocatur in lemmate S. M. quod truncatum est ex albuginoso C.

b. profluit C.

c. Ad simil. om. Goth. lippitudo est gr. λήμη.

d. dura vt corium S. M. durescit cor. C. G.

e. Ita pro horridum pilis C. deinceps vulgatum claudicabit ex Go. correxi.

f. sanatur C.

g. radicem C. radices S. M. Vulgo Syriatici.

h. selibra C.

i. cum aqua C.

k. et inf. C.

l. supra scripto C.

m. potionem C.

n. diem vnciam vnam S. M.

o. ambulat S. M. ambulat, ad-

iuuat C. tardaueris G.

p. et inf. C.

uncias tres admisceto, et ponito sub diuo, ex qua<sup>q</sup> potione quinque diebus per os degeres. Praeterea aquam<sup>r</sup>, in qua cicer decoctum fuerit, et stercus caninum simili ratione praebebis.

LVI. (vulgo LVII.) Strophia<sup>a</sup> diuersae causae et diuersae sunt curae. cuius ista sunt signa. Volutatur<sup>b</sup>, paritur torsiones<sup>c</sup>, ilia sibi respicit, stercus durum affellat<sup>d</sup>, terram pedibus tundit dolore cogente, intermissis<sup>e</sup> horis refrigerationem sentit et requiem. Hac potione<sup>f</sup> curandum est. Acori, anisi, opopanacis singulas libras pariter contundis<sup>g</sup> et cernis, ex quo pulvere duo cochlearia in vini veteris sextario et olei pondo<sup>h</sup> semis admisces, et tepidum per os dabis tri-duo. Si strophus [fortior<sup>i</sup>] fuerit, et non facit ven-<sup>2</sup>trem, caudam intra<sup>k</sup> coxas mittet, et ad ventrem suum conuersus attendet<sup>l</sup>. cui puluerem de semine rutae siluaticae cum vino per os dabis. Praeterea cepas decem deteris<sup>m</sup>, ficus siccae scrip.<sup>n</sup> octo, nitri scri-pulos<sup>o</sup> quinque, stercoris columbini scripulos quatuor, ex quibus addita amurca<sup>p</sup> collyria facies, et bina vel terna in<sup>q</sup> anum immittes<sup>r</sup>. Si vero fortius venter in-<sup>3</sup>duruerit<sup>s</sup>, conuenit adhibere clysterem<sup>t</sup>, sed prius ventrem

q. qua om. C.

r. aqua si cicer decoctum fuerit C.

Vulgo ciceres decocti fuerint

Cap. LVI. a. Tortiones inter-  
pretatur lemma C. Samb. G. Sed  
strosos legit C

b. volutabitur etc. C.

c. torsiones C.

d. adfellatur C.

e. emissores refrig. C.

f. ratione curandus C.

g. contundes etc. C.

h. lib. admisces C. pondere —  
admiscis G.

i. Vulgo strophosus. Corb. stro-  
fus.

k. Ita pro inter coxas suas Corb.  
idem mittit

l. attendit C. Go.

m. Ita pro veteres C. Go. tere  
S. M.

n. Ita C. pro 3 uncias quatuor  
S. M.

o. Ita C. pro scrupulos. vnde  
sequens etiam colon correxi.

p. Ita pro vrina S. M. muiac C.

q. manu per posteriora S. M.

r. mitte C. et vino vel ternas  
manus mittit Go.

s. Vulgo induruit. C. indurane-  
rit Goth. indurauit.

t. Vulgatum clysterium correxi.

ventrem aqua calida perfouebis. Tunc succum<sup>v</sup> Cantabricum in quo fuerint betae<sup>x</sup> maluaeque decoctae, cum nitro et hemina olei, et columbini<sup>y</sup> stercoreis quatuor scrupulis, pronum constitues, et per anum iniicies iumento, ita vt post clysterem inambulet<sup>z</sup> aliquantulum. Alii finum<sup>a</sup> leporis cum nouem cochlearibus mellis et quindecim<sup>b</sup> granis piperis addito caulium succo per os salubriter defundunt<sup>c</sup>.

LVII. (vulgo LVIII.) Iecoris dolor solet infestare iumenta, cuius ista deprehenduntur indicia<sup>a</sup>: cibi fastidium, potus<sup>b</sup> appetentia, ventris inflatio, macies. Cui primo cremoris ptisanæ sextarium vnum<sup>c</sup> cum olei rosacei tribus cyathis per os degeres. Si passio permanet, alia potione curabitur. Apii feminis uncias tres, hyssopi uncias tres, abrotani unciam vnam, allii<sup>d</sup> viridis quantum<sup>e</sup> sufficit, vel sicci<sup>f</sup> paulo minus<sup>g</sup>, si viridem abnegat tempus, ex vino optimo ad tertias<sup>h</sup> decoques. per aliquot dies potionem dabis. Similis quoque huius passionis est ratio. Sine febre enim animal non erit, nec facile cibum conficiet, testiculus<sup>i</sup> dexter tumebit et<sup>k</sup> indurescet. Cui ista subuenit medicina. Foenigraeci cyathos quatuor<sup>l</sup> mittis in aquae fontanae sextarios quatuor<sup>l</sup> [i.<sup>m</sup> grana triginta] et decoques ad tertiam partem. ita<sup>n</sup> per os data potione cura.

v. cantarum aquae decoctionis betae et maluae cum S. M. succum Cantabr. in aqua fuerint vite albaeque decoctae C. succum (cantabricum) Fab. qua pro in quo Go.

x. bletae F.

y. palumb. C. Go.

z. deamb. C.

a. fimo C. G.

b. quind. om. C.

c. defunderunt C. diffundunt Goth. Cap. LVII. a. signa C.

b. potum C. sitis valida, latus sibi inspicit S. M.

c. 2 cum oleo roseo C.

d. sic C. et S. M. olei al.

e. quod satis est C.

f. succi edd. nobiscum ratio et

C.

g. interpunctum hic sustulimus.

h. tertiam C.

i. ei inf. C. conficit, testiculum

dextrum enim exiter indurescet Goth.

k. et om. C.

l. III. C. et S. M.

m. inclusa a Fabr. om. C.

n. ita C. et S. M. Vulgo lemina.



curabis. Nonnulli turis<sup>o</sup> drachimas<sup>p</sup> duas tritas cum vino quantum sufficit miscent, et inde<sup>q</sup> totum corpus multorum perfricant<sup>r</sup> manibus, sagis<sup>s</sup> cooperiunt vt fudet.

LVIII. (vulgo LIX.) Inflatio ventris interdum iumenta non<sup>a</sup> sine dolore conturbat. Cuius passionis<sup>b</sup> ista sunt signa. Testes eorum<sup>c</sup> sudabunt, alternis pedibus terram tundunt<sup>d</sup>, subinde<sup>e</sup> in alteram partem se<sup>f</sup> conuertunt, caput ad ilia sua ponunt<sup>g</sup>, tanquam qui locum doloris ostendant<sup>h</sup>, gemitus interdum et tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum vnctam<sup>i</sup> in anum mittes, et stercus extrahes<sup>k</sup>. deinde sal et<sup>l</sup> mel misces et in anum infundes, vt assellandi<sup>m</sup> augeat voluntatem. Si<sup>n</sup> hiems fuerit, oleo et pice liquida lumbos et auriculas illius saturabis, hanc daturus potionem: laurum viridem vel baccas ipsius, piper et<sup>n</sup> cyminum, petroselinum<sup>o</sup> et<sup>n</sup> foeniculi semen, semen<sup>p</sup> agrii<sup>q</sup> et nitri, quae pariter admixta tunsa et<sup>r</sup> cribrata cum vino et oleo tepido et calidae aquae paruula portione<sup>s</sup> potionabis, et deambulare compellis moderate, donec dolor cesset.

LIX. (vulgo LX.) Intestini quoque vexatio<sup>a</sup>, quod colon<sup>b</sup> vocatur, et inflationes<sup>c</sup> et dolores consuevit<sup>d</sup>

P 2

in-

- |  |  |
|--|--|
| <p>o. turis om. C.<br/>p. drach. i. tritam C. scrupulum<br/>riti S. M.<br/>q. inde om. C.<br/>r. Ita pro perfricatur C.<br/>s. Ita pro saccis C. et satis<br/>S. M.<br/>Cap. LVIII. a. non om. F. sine<br/>dolore om. Goth.<br/>b. passionis om. Goth.<br/>c. eis C. Goth.<br/>d. tundet C.<br/>e. Ita pro subito inde altera parte<br/>Corb. subito in alt. — conuertit —<br/>ponit Goth.<br/>f. vertet omisso se Corb.<br/>g. ponet C.<br/>h. ostendit C. G.</p> | <p>i. hñic S. M.<br/>k. exhauries C.<br/>l. Ita pro sale et melle mistis in<br/>Corb. misces et Goth.<br/>m. adfellare augeat facultatem C.<br/>n. et om. C.<br/>o. petroselinum C.<br/>p. semen — nitri om. S. M. et<br/>ponit et rutam<br/>q. agrii et nitri om. C. agrii Goth.<br/>r. cribrabis C.<br/>s. potionem C. aqua calida paru-<br/>las portiones Goth.<br/>t. desinet dolor C. cessat Goth.<br/>Cap. LIX. a. versatio C.<br/>b. colum C. Colus Goth.<br/>c. inflationem et dolorem C.<br/>d. consu — ambulare om. C.</p> |
|--|--|

inferre. quae his agnoscitur signis. Cum ambulare coeperit, prioribus pedibus transuaricat et dolore<sup>e</sup> subglutit<sup>f</sup>, et<sup>g</sup> crebras deambulationes et calores stabuli, si<sup>h</sup> diligenter etiam operiatur diligere<sup>i</sup> consuevit. Cui per nares suffundes laser Cyreniacum<sup>k</sup> in vino tepido solutum<sup>l</sup>.

LX. (vulgo LXI.) Frequens<sup>a</sup> et deforme vitium, quod maximae animalium parti accidit, tussis est, quae interdum sponte<sup>b</sup> desinit, interdum medicamentorum ratione curatur, interdum insanabilis penitus inuenitur. Difficultas autem curationis emergit, quia causae, ex quibus tussis euenerit, a medentibus nec discernuntur nec intelliguntur<sup>c</sup> interdum. Quam passionem vniuersis auctoribus euolutis, quanto crebrius accidit, tanto studiosius credimus<sup>d</sup> exponendam.

LXI. (vulgo LXII.) Exasperatio<sup>a</sup>, aut iniuria faucium grauissimam commouet tussim, quoties aut pilum aut arista aut os aut furculus aut lapillus aut aliquid inhaeserit gutturi. Quae res adeo<sup>b</sup> periculosa est, ut nil celeriter subueniatur, animalibus per impatientiam doloris insaniam<sup>c</sup> generet. In sole igitur diligenter inspicito, et si<sup>d</sup> quid haeserit, euellito. Ex tepido etiam, addito nitri puluere, infusa spongia<sup>e</sup> tergito. Deind

e. sic C. dolores a. G.

f. subglutit C. varicat — subglutit Goth.

g. crebris ambulationibus et calore stabuli C. G. deamb. — in stabulo S. M.

h. si om. C.

i. digere S. M. dirigere C.

k. Ita C. et cyriacum edd. Sirtacum S. M. cirnaicus Goth.

l. resectus Goth. resolutum C.

Cap LX a. Vulgo Frequenter omni genere deforme vitium eo quod legitur. Frequens et deforme vitium

quod et maxime pati animalibus accidit, tussis: quae Corb.

b. sponte — interd. om. C.

c. intelliguntur C. antiquè!

d. credidimus exponendum C.

Cap. LXI. a. expiratio C.

b. ideo C.

c. mammam C. forte mania Gesn.

d. et si quid erit, vellito C. vni additi et.

e. spongiam perterg. C. spongi pertergito Goth.

Deinde<sup>f</sup> oleo rosaceo tepido cum lana obturato<sup>g</sup> locum, qui indignationem sustinet. Post diem tertium lanam eiicies, eadem<sup>h</sup> ex aqua calida fouebis, et tale medicamentum imponis. succari<sup>i</sup> ☉ quatuor, aluminis colati<sup>k</sup> ☉ 1. ex tepido vino infundes, et sic exasperata sanabis.

LXII. (vulgo LXIII.) Ex perfrictione<sup>a</sup> quoque nascitur tussis. cuius ista sunt signa. cum tussierit, caput deorsum mittit vsque ad terram, et cum biberit, aqua<sup>b</sup> ei per nares currit<sup>c</sup>. Quam hac ratione curabis. Machinam ori inferes, manum planam<sup>d</sup> iniicies, comperies<sup>e</sup> in parte superiore quasi vesiculam, quam vnguibus rumpis. Deinde tres pilulas bene contusa<sup>f</sup> axungia mollissimas facies, quas<sup>g</sup> in subtilissimo lomento, hoc est farina fabacea, conuolues, et per os digeres. Deinde<sup>h</sup> per triduum venaculo<sup>i</sup> et sale perfricabis<sup>k</sup>, et pastillos<sup>l</sup> cum speciebus calidis et<sup>m</sup> vino in potionibus dabis.

LXIII. (vulgo LXIV.) Tussis a colibus<sup>a</sup> si fuerit, his signis agnoscitur. toles<sup>b</sup> iniuriæ pleni sunt ac tumebunt,

P 3

f. Deinde om. C.  
g. atq. inf. C.  
h. eadem om. C.  
i. croci scrip. 4. C. croci drac. 1. S. M. Sacchari dedissem, nisi fere vbique Codd. eiicerent succarum et cocum substituerent.  
k. colati C. an colatum est *ὄγκος* Dioscoridis s. *liquida* Plinii? an *omatum* legendum quæ *τολεῖται* Dioscoridi, 5, 123. Gesn.

f. an *contusam* vocat quæ in rota diu hæsit, et circuitu illius subacta est.

g. quos edd. quæ Goth. easque C.  
h. Post triduo de abinaculo C.  
i. una aquina vel brutillo F. M. de venaculo, aut vna a. v. b. S. M. cum sale Goth.  
k. fricabis C.  
l. pastillum C.  
m. cum vino in potionem præbebis C.

Cap. LXII. a. præfocacione S. M. in perfrictione Goth.  
b. aquam C. scilicet ad præcedens comma retulit.  
c. curret. Quem C. G.  
d. plenam C.  
e. reperies C.

Cap. LXIII. a. *spiritualibus* S. M. in *leimate. vitalibus* S. M. context. *atolebus* C. *volibus* Goth. quod corruptum ex a colibus vulgato.  
b. folles S. M. foli C. Vulgo coles.

bunt, dum bibunt<sup>c</sup>, continuo ruminant. Ouum<sup>d</sup> in acetum acerrimum mittes, resolutaque testa, ita<sup>e</sup> ut integra membrana permaneat<sup>f</sup>, pice liquida perunges, et faucibus degeres. Post alumen, axungiam, salem, in vino<sup>g</sup> conteres, offas facies, et ex melle deicies, ita ut aqua<sup>h</sup> calida<sup>i</sup>, et si facultas suppetit, cum hibisco<sup>k</sup> decocta, assidue fomentare<sup>l</sup> non desinas. Hanc quoque potionem adicies: Myrrhae uncias duas, piperis albi semiunciam<sup>m</sup>, nuclei<sup>n</sup> pini purgati sextarium semis, vuae passae sextarium semis, mellis uncias tres, pastinacae unciam<sup>o</sup> unam, cariottae viridis selibram, decoques pariter<sup>p</sup> ex aqua, et addito vino tepido quinque vel sex diebus potionare non desinas.

LXIV. (vulgo LXV.) Ab<sup>a</sup> interioribus grauior, et pene insanabilis tussis est; quae hac ratione dinoscitur. nares iumenti praeccludes<sup>b</sup>, ut spiritum reddere non possit; tunc ilia ei<sup>c</sup> inspicies: quae si spissis pulsibus duxerit, scito esse tussim ex causa iecinoris, pulmonis vel praecordiorum, sed<sup>d</sup> recentem. Si lentis pulsibus ilia duxerit veterem<sup>e</sup> indicat tussim de interioribus, hoc est, de his locis, in<sup>f</sup> quibus intestina iumentorum ligantur, quorum tensione et iniuria com-  
pellitur<sup>g</sup> tussire. Nam<sup>h</sup> cursu nimio vel latiore saltu  
cum

c. bibit — ruminat C.

d. Vulgo aceto — acerrimo est.  
oua in acetum acerrimum mittes.  
vnde vulgatum mittis, correxi.

e. ita ut om. C.

f. permaneant G. C.

g. unum C. G.

h. aquae etc. C. G.

i. (fomentetur) inf. S.

k. eius decocto S. M. ex lectio-  
ne Corb. ebisco vulgatum enisco  
correxi. enisco decoctae Goth.

l. fomentandae sint C.

m. unam S. M.

n. nucleos etc. C.

o uncias tres, caricarum sel. S. M.  
id est te virides lib. 1. decoq. C.

p. pariter, qua, addito C.

Cap. LXIV. a. Si grauior C,  
quae si vera esse debet lectio, le-  
gendum etiam, ea hac etc. Gesn.

b. sic S. M. praeccludit C. praec-  
cludit al. a. G.

c. speciesque si C.

d. sic C. et S. M. vel (recen-  
tem) F.

e. veterem indicat S. M. C. G.  
vulgo et ventrem, indicat.

f. de quibus intesti. gignuntur,  
quorum C. locis quibus — iungun-  
tur Go.

g. compellitur C. G. vulgo com-  
pelluntur.

h. vulgo additum si om. C. Go.

cum vexata<sup>i</sup> ilia fuerint, haec nascitur causa<sup>k</sup>. Ex nimio quoque aestu vel intolerabili frigore interiora vitiantur, et<sup>l</sup> faciunt tussicos. [Vnde<sup>m</sup> vulsi appellantur.] Siue igitur ex supra scriptis siue ex aliis<sup>4</sup> causis interioribus nata<sup>n</sup> fuerint vulnera, etiamsi post sanitatem duxerint cicatrices<sup>o</sup>, strictius tamen contrahendo se et asperitatem faciunt, et assidua titillatione perpetuam excitant tussim. Quae causae lenissimis<sup>5</sup> medicamentis adiuuari vel suspendi aliquatenus possunt, per sanari omnino non possunt<sup>p</sup>. Hinc est quod in herba viridi vel pascuis vulsorum vitia celantur. Sed<sup>6</sup> omni tempore haec compositio est salutaris: foenigræci heminam, feminis lini heminam, tragacanti vnciam vnam, turis masculi<sup>q</sup> vnciam vnam, myrrhae vnciam vnam, sacchari<sup>r</sup>, erui pollinis ana<sup>s</sup> vnciam vnam, tunsa et cribrata in calida infusa permaneant; altera die ex aqua tepida singulas cotylas dabis ad cornu, cyatho<sup>t</sup> olei rosati permixto, per plurimos dies. Ex<sup>v</sup> qua compositione recens causa sanabitur; vetus<sup>x</sup> sentiet leuamentum. Ad quae vitia nunquam dederis austeriorem potionem, ne exasperet et decidat: sed lenem<sup>y</sup> et simplicem et refrigeratorem. Cauendum etiam est<sup>z</sup>, ne in tali passione vnquam sanguinem detrahas. Plerique<sup>a</sup> tragacantum ex oleo dedere per biduum,<sup>8</sup>

P 4

tertio

i. quum vexata C. labore alta conu. G. Vulgo conuexata.

k. vnde vulsi appellantur. hic inferendum puto. Vid. 3, 42, 1. Gesner.

l. et si quos faciunt C. Pro tussicos forte legendum phthisicos: aut pro et si quos hecticos Gesner.

m. vid. nor. k.

n. vitiani fuerint, vulnera etiam cum sumta sanitate dux. S. M.

o. cicatricem, stricturam tamen contrahendus et asper. C.

p. poterunt C. quae causa — colloquatenus possit Goth. deinceps et ideo haec com. omni temp. Goth.

q. mastichis ana S. M.

r. croci femunc. C. S. M. Vulgo erat succuri. vide infra ad cap. 68. sect. 2 not.

s. ana om. C.

t. cyathum olei rosati h. e. drag. X. C.

v. ex aqua dabis C. male.

x. vel tussenti et inuamento, adque C.

y. lenem edd. a. G.

z. est om. C.

a. sic C. Plurimi draganton G. vulgo etiam tracanton legitur. Plerumque + debere dari edd. a. G.

tertio die decoctos raphanos atque contufos propina-  
runt<sup>b</sup> cum vino, refrigeratorium paffillum addentes  
9 in aestate. Ad<sup>c</sup> tuffim diuerfae funt potiones, quas  
prope<sup>d</sup> omnes<sup>e</sup> inferere neceffarium duximus, vt pro  
qualitate<sup>f</sup> paffionum medentis arbitrio remedia conmo-  
dentur<sup>g</sup>. Farinae<sup>h</sup> fabae fraefae sextarios duos infundis  
in paffi sextariis tribus, et in mortario diutiffime con-  
teres<sup>i</sup> piperis triti, grana triginta, feui hircini libras  
tres pariter admifces, et omnia tufa<sup>k</sup> et cribrata per  
10 os ad cornu per<sup>l</sup> triduum dabis. Nonnulli vero<sup>m</sup> duo-  
bus sextariis conditi fabae fraefae heminam ante triduum  
infundunt<sup>n</sup>, poft deterunt<sup>o</sup> diligenter, et aequatis par-  
tibus per triduum degerunt. Aliis placet farinae faba-  
ceae<sup>p</sup> sextarium vnum tribus sextariis vini veteris in-  
fundere, additaque<sup>q</sup> olei optimi libra pariter deterere,  
11 ac dare per cornu. Si tuffis, ex ruptura vel vulfione  
prouenerit, anagallicum<sup>r</sup> primo tundes, poft herbam<sup>s</sup>  
parietariam<sup>t</sup> teneram admifces<sup>v</sup>, adiunctaque axun-  
gia veteri conteres diligenter, et<sup>x</sup> paffillos facies, quos  
impari numero et<sup>y</sup> imparibus diebus cum refoluto bu-  
12 tyro ac melle diffundes. Ad leuem tuffim viatoria<sup>z</sup>  
funt expeditaque remedia: porros decoquere, et cum  
herba parietaria<sup>a</sup> bene tunfa<sup>b</sup> mifcere, factisque paffil-  
lis

b. propinare edd. a. G. propina-  
verint C.

c. hinc ad f. II. om. S. M. C.

d. Ita pro proprie C.

e. omnes om. C.

f. qualitatum C.

g. forte accommodentur Gesner.

h. farinam f. fraefae C. vulgo  
frixae deinde fepi.

i. teres C.

k. rursus attrita C.

l. triduo C. Poft os G. addit  
digeres.

m. in C. G.

n. infund. C. Vulgo fundunt et  
frixae.

o. terunt C.

p. facies C. fabaticae Goth.

q. addita C.

r. fimpbitum S. M.

s. paritariam om. a. G. C.

t. Verba vulgo addita pro dua-  
bus partibus om. C.

v. mifces adiuncta C.

x. et om. C.

y. et om. C. impari et paribus  
S. M. in partibus Goth.

z. vituria funt experimenta: re-  
media C. inuatoria funt expertaque  
rem. S. M. experta etiam F. M.  
inuatoria Goth.

a. parietaria edd. a. G. nobif-  
cum C.

b. fic iubet Morg. IV. 4. tunfa  
al. a. G. Pro ovo ref. Goth. olere  
foluto.

lis in ouo resoluto et oleo roseo nec non et passo et melle conuoluere, et<sup>c</sup> per triduum deiicere, succum ipsius<sup>d</sup> iuris in quo decocti sunt porri, insuper dare per cornu. Item lafer [id<sup>e</sup> est opium Cyrenaicum<sup>f</sup>] ad magnitudinem fabae cum vino veteri deteres, et per cornu dabis. Tussi et grauedini capitis medebitur oleum roseum, vel certe simplex sed<sup>g</sup> viride cum aqua calida per narem dextram per triduum diffusum<sup>h</sup>.

LXV. (vulgo LXVI.) Vulsos<sup>a</sup> glutinare creditur, si tragacanti<sup>b</sup> vncias duas pridie infundas in calida, foeni quoque Graeci heminam, lini feminis<sup>c</sup> heminam separatim infundas, die postero<sup>d</sup> in cacabo decoquas, et pariter teras, post medullae ceruiniae<sup>e</sup> vncias duas, feui<sup>e</sup> hircini libram, radice dracontiae<sup>f</sup> vnciam vnam, gentianae vnam, centaureae vnciam vnam, feui<sup>g</sup> taurini vnciam vnam contundas<sup>h</sup> et illis, quae prius parata sunt, addas: quae omnia in mortarium mittes, et diutissime conteres. Ad vltimum passi sextarios tres et aquam, in qua foenum Graecum<sup>i</sup> vel fenum lini fuerat infusum, adicies et decoques, ac per triduum ad cornu dabis. Grauer<sup>i</sup> tussientes et vulsi hac portione recreantur. De masculo pinguis porcinus acro<sup>2</sup> decoquitur, donec omnis caro soluatur: abiectisque ossibus vniuersis cum iure, in<sup>k</sup> quo deferbuerant, et tribus sextariis passi<sup>l</sup> et sextario ptisanac rursus in cacabum

P 5

cabum

- c. sic C. et om. al. a. G.  
 d. et aquam in qua C. et aqua in qua G.  
 e. inclusa om. C.  
 f. Syrenicum omn. cirinnicum Goth.  
 g. sic C. et al. a. G.  
 h. desunde C. deffusum Goth.

- c. semen C. haec omitt. Go.  
 d. tertio Go.  
 e. Vulgatum sepi — sepi om. C.  
 f. tragentene S.M. tracontiae aliae.  
 g. sibi al. sebi C.  
 h. Ita pro contundes C.  
 i. Hinc ad sect. 5. omittit S.M.  
 k. in ex C. addidi.

Cap. LXV. a. Vulsus C. vulgo Vulsis.

b. tracanti C. traganti Goth. Vulgo droganti.

l. sic C. (passi) succidi: Deinde rursus F. et S. qui notant, in margine pro passi alias esse ptisanac. Vinum succidum est etiam 3, 67, 4.

cabum mittis<sup>m</sup>. glutis taurinae<sup>n</sup> femiuncia<sup>o</sup>, aceti acerrimi hemina dimidia coniunguntur<sup>p</sup>, et feruent, vt chylum faciant<sup>q</sup>. tragacanti vnciae, tres. lini feminis et foeni Graeci vnciae<sup>r</sup> singulae decoquuntur extrinsecus<sup>s</sup> et teruntur: adiunges etiam medullae ceruinæ et feui<sup>t</sup> hircini vncias tres. quae ad vltimum cum omnia pariter calefacta<sup>v</sup> fuerint et colata, facies potionem, ex qua<sup>x</sup> per<sup>y</sup> cornu dabis animalibus diebus septem aut nouem, curaturus, vt<sup>z</sup> tepefactam degeras: quae<sup>a</sup> ne spissentur, adiectio passi et aquae illius copia, in qua cocta sunt femina, praestat liquamentum. Aliquantum caput agninum tam diu decoquunt, donec omnis compago soluatur, abiectisque ossibus terunt, adiectoque<sup>b</sup> ad ius ipsius melle, diebus septem ad cornu digerunt. Quod si tussis ex faucibus veniat, myrrhae vncias tres, cardamomi vnciam vnam, nuclei piaei sextarium, vuae passae sextarium, deteres diligenter, additoque melle agitando lentis carbonibus<sup>c</sup> decoques. cum intepuerit, pastillos ad nucis magnitudinem facies, quos ternos cum butyro diebus quinque vel septem degeres. Item<sup>d</sup> si ex faucibus causa est, occisum pullum palpitantem aperies, et tollis eius ventriculum, quem

m. mittetur C.

n. Ita C. et Go. taurini al. a. G.

o. vnc. I. S. Corb. i. e. sesquivnc. Vulgo femiunciam.

p. Ita pro coniungitur et feruet C.

q. Vulgo vt quilon fiat. Corb. dedit faciant. Deinde patracanthi Goth. vulgo traganti vt fere vbi-que.

r. singulas partes emin. (i. e. heminae) decoq. Corb. singulae partes omisso vnciae Go.

s. i. e. extra reliquas partes, separatim Gesn.

t. sibi al. a. G. sebi Go. sepi vulgo.

v. fuerint decocta fac. Corb. omnia peruenerint cocta Go.

x. aqua C.

y. per om. F.

z. Ita C. aut al. a. G. vt tepefacias digerasque Go.

a. vt inspissentur, adiecto passo — femina. Praeterea aliquanti F. et S.

Quae nec spes sentura deiectione passae — femina praestat liquamentum.

Aliq. C. Ex his lectionem, quam

damus, exsculpsimus. Acro, glutina, tragacantha, femina, species reliquae facile coeunt in chylum, vel durioorem etiam massam

et glutini similem. Hoc ne fiat, ne spissentur, liquamentum praestat

passi adiectio etc. Gesn.

b. adiunctoque C.

c. carnis C. lentisque Goth.

d. Ita C.



quem cum suo stercore calentem et integrum in melle conuolues, et per canalem degeres. certissimum ac verum<sup>e</sup> remedium est. Si exasperatio gutturis<sup>f</sup> mo-6  
 verit tussim, murrhae vncias duas, piperis vncias duas, feminis lini frixi<sup>g</sup> et contusi sextarium, cardamomi<sup>h</sup> femiunciam, vuae passae sextarium, nuclei sextarium, mellis pondo duo, diligenter trita commisces ac decoquis<sup>i</sup>; pastillos ad nucis magnitudinem facies, ternos in<sup>k</sup> die degeres.

LXVI. (vulgo LXVII.) Tussi, quae<sup>a</sup> ex acerbitate humorum prouenit, tali ratione succurritur. In primis purgandum est corpus tussientis. Cucumerem itaque siluaticum vel<sup>b</sup> radices eius cum nitro Alexandrino conteres, adiunctoque vino vetere per os dabis ad cornu. Quae potio cum laxauerit ventrem, post<sup>2</sup> diem tertium scyllae<sup>c</sup> validioris )<sup>d</sup> quatuor contundes, et optimi laseris, quantum fabae patitur magnitudo, commisces, vini que odorati sextarium et olei veteris libram addis, et cum diligenter omnia cribraueris, triduo per os defurdes ad cornu<sup>e</sup>. Istis quoque suffi-3  
 mentis<sup>f</sup> non minus quam potionibus adiuuabis. Sandarachae<sup>g</sup> vncias tres, asphalti<sup>h</sup> vncias tres, allii et ceparum vncias tres. quae cum<sup>i</sup> pariter triueris, in tres partes aequaliter diuides, et per triduum cooperto ori<sup>k</sup> vel capiti subiectis carbonibus suffumiges<sup>l</sup>, vt odor impleat

e. vtile C. vile S. M. hoc vtile Goth.

f. gutteris F. antique!

g. fricti contusi Corb.

h. cardamomi — nuclei sext. o-mittit Goth. nuclei sext. om. Corb. Graece est cardami et nuclei pinei.

i. decoques F. S. quod errore dedit etiam Gesner.

k. ad diem Corb. Goth.

Cap. LXVI. a. quam humorum acerbitas excitat Corb.

b. et Corb.

c. Ita pro squillae Corb. reillae Goth.

d. script. C. vncias S. M.

e. item alia infer. Edd. a. G. omitt. reliqua S. M.

f. suffumentis C.

g. Vulgo Samlarici. Goth. Sandarachae. Corb. Sandaricis. Verum viderat Morgagni.

h. asphalti Corb.

i. cum pinu suppositis punctis Goth.

k. olei tantundem capite Goth. tantundem ex Corb. laudat etiam sine nota Gesner et deinceps ibi verba: ori vel capiti omitti.

l. suffices Corb.

impleat nares. cuius tamen oculos prius ligabis, ne  
 4 medicamenti acerbitate laedantur. Herbae quoque  
 marrubii fasciculum quam magnum volueris deteres,  
 et cum ovo et vino succido<sup>m</sup> admisces, addita adipe  
 ceruina, vel si defuerit, veruecina<sup>n</sup> cum cera resoluis,  
 5 et cum tepesfactum fuerit<sup>o</sup> ad cornu degeris. Gra-  
 vissimae subuenit<sup>p</sup> tussi, si pilulas<sup>q</sup> cypressi decoquas  
 et purges diligenter, addita axungia et anagallico<sup>r</sup> et  
 foliis tenerioribus herbae parietariae<sup>s</sup>, contundas<sup>t</sup> in  
 pila et pastillos ad<sup>v</sup> nucis magnitudinem facias, quos  
 6 intinctos deiicies. Si placet pro pilulis etiam folia  
 cypressi contusa miscere cum omnibus supra scriptis,  
 potes<sup>x</sup> liquidiorum facere potionem, et dare per cornu.  
 Ad omnes tusses talem dedere plerique potionem. tra-  
 ganti<sup>y</sup>, myrrhae, spicae nardi ana vnciam vnā de-  
 triuere<sup>z</sup> sollerter, et cum duobus sextariis passi per tri-  
 duum diffudere<sup>zz</sup>.

LXVII. (vulgo LXVIII.) Ad arteriam exaspera-  
 tam et ad spasimum. hyssopi libram<sup>a</sup>, foeni graeci seli-  
 bram<sup>b</sup>, feminis<sup>c</sup> lini, tragacanti, anagallici<sup>d</sup>, rutae  
 viridis singulas<sup>e</sup> selibras, salis heminam dimidiam con-  
 teres,

m. succido Corb. passum succidum  
 III, 66, 33. comparauit Gesner.

n. Ita pro verbenaceam ex Corb.  
 vernicina scripsit Gesner. verberina  
 Goth.

o. Vulgo cum tepida ad cornu.  
 Corb. quam dum tepesfactum fuerit  
 ad. Ita etiam Goth. nisi quod  
 quas dum habet.

p. subuenitur Corb.

q. pilulam Corb.

r. Ita pro argallico ex S. M. et  
 Corb. Gesner. armo gallico Goth.  
 et deinceps appii tenerioribus.

s. paritariae a. Gesn.

t. contundes in pilo — facies,  
 quos impones in mel, oleo, vino passo,  
 et sic tinctos deiicies Corb.

v. adiungis nucis Goth. voluitne  
 ad inglandis nucis?

x. Ita pro poteris picis liquidae  
 ex Corb. Gesn. poteris liquidorene  
 Goth.

y. Vulgo draganti. Corb. Tra-  
 canti vnc. I. piperis vnc. I. bormi-  
 nes feminis lib. I. cimini vnc. I.  
 spicae nardi vnc. I. murrac vnc. I.  
 detriu.

z. detariuis solebant Goth.

zz. defundes Corb.

Cap. LXVII. a. semis inf. C.

b. lib. I. C. se. Go.

c. sem. li. trac. om. S.

d. selib. inf. C.

e. selib. C. Go.

teres, et<sup>f</sup> vsque ad tertiam<sup>g</sup> decoques cum passo,  
 tussienti<sup>h</sup> per triduum vulso; per nouem dies dabis.  
 Alii petroselini Macedonici vnciam<sup>i</sup> vnam semis, dauci<sup>2</sup>  
 vnciam vnam, myrrhae<sup>i</sup>, spicae nardi, costi, traga-  
 canti singulas vncias, prius in mulsa tepida diffusas<sup>k</sup>,  
 acori, piperis, sacchari<sup>l</sup> ana vnciam vnam, guttae  
 Ammoniacae<sup>m</sup> vncias duas, cassiae vnciam vnam,  
 pariter deterunt, pastillos ex mulsa faciunt, post cum  
 passo deiiciunt tedianti. Ad tussim veterem, et ad<sup>3</sup>  
 suspirium vel anhelitum et ad synanchen<sup>n</sup> mox de-  
 deris storacis rubeae vncias tres, myrrhae troglodytis<sup>o</sup>  
 vncias duas, opopanacis<sup>p</sup> vncias duas, irisillyricae<sup>q</sup>  
 vncias duas, galbani vncias duas, resinae terbentinae  
 vncias tres, herbae symphoniacaef<sup>r</sup> vnciam vnam, pari-  
 ter commisceas et deteres, pastillos facies cum melle.  
 Praeterea axungiae libram semis<sup>s</sup>, Caricas quindecim;<sup>4</sup>  
 pineam<sup>t</sup> combustam, et in puluerem redactam; liqua-  
 minis<sup>v</sup> optimi heminam, mellis libram<sup>x</sup> cum cauli-  
 culis excoctis, offas faciunt, et cum passo degerunt.  
 Aliquantiy<sup>y</sup> hederæ folia, item<sup>r</sup> populi albi folia aequo<sup>5</sup>  
 pondere deterunt, et cum vino albo<sup>z</sup> per nares de-  
 fundunt. Alii<sup>a</sup> rutae folia molliora<sup>b</sup> deterunt, et cum  
 vino optimo per nares defundunt. Alia. Cucumeris  
 siluatici folia foeno miscent, radicemque ipsius con-  
 tun-

f. et om. C.

g. tertias C.

h. tussienti — vulso om. C.

i. vnc. inf. C.

k. infundes C. diffundis G. ma-  
 lim infusas.

l. succari — vnam om. C. sac-  
 cari S. Vulgo succari quod et  
 cap. 69. f. 5. eliminat Corb. croci,  
 cassiae S. M.

m. Armeniacae edd. amoniaci G.  
 vt scripsit Gesner, scribi voluit  
 Scriboniano Lexico Rhodius p.  
 349. Armeniaci Goth. Idem dein-  
 cepts detere — fac.

n. synanchen mos dederis C. quem  
 secuti, si, quod post synanchen

habent edd. omisimus. Gesn.

o. troclitis C. G.

p. apopanacis hic et saepe C.

q. iris illyrici C. Verum est *iri-  
 dis Illyricae*.

r. sic C. *simponiacae* al. *sponia-  
 cae* G.

s. I. S. h. e. vnam semis C. li-  
 bram S. M.

t. raneam F. M. S. M. G.

v. liq. opt. hem. om. C.

x. selib. C.

y. Reliqua om. S. M.

z. candido C.

a. aliquanti C.

b. Ita Corb. pro cum melle. In  
 Goth. est conterunt mollia.

tundunt, et cum lini femine et hordeo commixta<sup>c</sup>  
 6 offerunt. Experimento probatum est tussim suspirium-  
 que sanare<sup>d</sup>, si sulphur viuum et rosinarinum cum  
 melle et vino veteri per sinistram narem degeras<sup>e</sup>.  
 Aliquantum panacis radicem detritam cum vini optimi<sup>f</sup>  
 hemina et tribus cyathis olei per cauernam<sup>g</sup> naris sini-  
 strae infundunt. Praeterea rosmarini<sup>h</sup> ) quatuor,  
 myrrhae scrupulos duos<sup>i</sup> cum vini veteris sextario,  
 olei hemina, per nares triduo defundunt, ita vt in<sup>k</sup>  
 die detur hemina. Anethi acetabulum, iriillyrica<sup>l</sup>  
 acetabulum, rutae scrupulum vnum, olei heminam  
 7 dimidiam mane<sup>m</sup> per os digerunt. Suspirium quoque  
 ac tussim releuat, si radicis mori scrupulum vnum,  
 herbae heliotropii vncias tres diligenter conteras, et  
 cum hemina vini candidi per os defundas. Recens  
 quoque<sup>n</sup> tussis experimento<sup>o</sup> curationis sedatur. Len-  
 tis sextarium<sup>p</sup> semis emolis, farinamque mollissimam<sup>q</sup>  
 facies, ex qua singulas heminas cum singulis heminis  
 8 aquae per os per<sup>r</sup> triduum degeres. Vetus autem tussis  
 aboleri creditur<sup>s</sup>, si cyathos tres ex succo porri cum  
 hemina olei pluribus diebus per fauces defundis<sup>t</sup>.  
 Tussientes ac vulsi hac potione curantur: panacis radi-  
 cis vncias duas, sulphuris viui vnciam vnam, thuris  
 masculi vncias duas, myrrhae troglodytis<sup>v</sup> vnciam  
 vnam commixta in puluerem rediges, ex quo duo  
 cochlearia cum duobus ovis, addita vini veteris hemi-  
 9 na, diebus quinque vel<sup>x</sup> septem per os dabis: Exper-  
 tum

c. commixta off. Et C.  
 d. sanari C. Post sanare inter-  
 pungunt, et Alia ponunt edd.  
 a. G.  
 e. digeris edd. a. G.  
 f. vino optimo C. ita et heminam  
 — oleo G.  
 g. Ita pro cauernas Corb.  
 h. rosmarinum scrip. 4. C.  
 i. croci scrip. 2. inf. C.  
 k. in om. C.  
 l. ir. ac. om. C.

m. mane inf. C. G.  
 n. vero C.  
 o. expedit hac cum ratione sed C.  
 p. r. S. hoc est vnum semis C.  
 q. mundissimam C. G. Deinceps  
 coque et per os G.  
 r. in C.  
 s. in inf. C.  
 t. infundas C.  
 v. trogloditis edd. a. G. troclitis G.  
 x. Haec omitt. Goth. aut sex

tum dicitur: vltimi cinerem leuissimum<sup>y</sup> (id est fauillam) aqua tepenti permiscere, et olei boni æquam mensuram addere, iunctisque tribus ouis, diebus quot volueris dare per fauces.

LXVIII. (vulgo LXIX.) Validissima contra tussim et vomicas compositio talis est. succi<sup>a</sup> marrubii expressi<sup>b</sup> heminam<sup>c</sup>, Caricas ficas xxv, mellis Attici vel<sup>d</sup> Siculi sextarium semis<sup>e</sup>, in olla noua ad medium decoques, post myrrhæ troglodytis<sup>f</sup> vncias duas, dauci<sup>g</sup> vnciam vnam, cassiæ fistulæ vnciam semis, cinnami<sup>h</sup> semiunciam, thuris masculi vnciam<sup>i</sup>, aristolochiæ vncias duas, opopanacis vnciam, irifillyricæ<sup>k</sup> vnciam semis, radicis panacis vnciam, vniuersa conterito atque cribrato, et supra medicamentum<sup>l</sup>, in quo mel et<sup>m</sup> ficus coxeris, mittito, et studiose agi-<sup>2</sup>tans feruere facito paulatim carbonibus lentis, post in pixidem plumbeam vel ligneam condito, ex qua bina cochlearia cum hemina vini per os quotidie degeres. Vulsis vel tussientibus prodest singulos sextarios lentis,<sup>3</sup> foeni Graeci, et<sup>n</sup> lini feminis frigere<sup>o</sup> separatim, et puluerem facere, et de singulis speciebus singula cochlearia cum succo anagallici<sup>p</sup> et succo plantaginis, quantum volueris addito vino, per os dare<sup>q</sup>.

LXIX. (vulgo LXX.) Vt diuersae causae sunt, ita et<sup>a</sup> difficiles curae. Quapropter<sup>b</sup> studiose, quae experimentis nostris vel aliorum probata cognouimus, intima-

y. lentissimum S.  
Cap. LXVIII. a. succum C. G.  
talis inf. Goth.  
b. expressi om. C. expressum G.  
c. lib. i. S. M.  
d. Vulgo vel cymini.  
e. vnum S. M.  
f. troglitis C. troditis G. dauci,  
cassiae, fistulae ana S. M.  
g. dauci — semis om. C.  
h. cinnamomi C.

i. vnc. i. sem. C.  
k. vid. 3, 68, 3. not. r.  
l. medicamento edd.  
m. vel C.  
n. et om. C.  
o. terere S. M. frigide G.  
p. anigallici C. symphiti S. M.  
h. e. Symphyti.  
q. dabis C.  
Cap. LXIX. a. sunt C.  
b. qualiter C.

mamus. Ad vnum<sup>c</sup> itaque animal talis potio praeparatur: fabae frixae<sup>d</sup> sextarium sine sale cum<sup>e</sup> aqua decoques, quemadmodum hominibus consuevit apponi. Praeterea foeni Graeci sextarium separatim mittis in cacabum, et cum feruere coeperit, primam aquam effundes<sup>f</sup>, post addis aquae sextarios quinque, Caricas viginti, glycyrrhizae<sup>g</sup> vncias duas<sup>h</sup>; tantum ferueat, donec quatuor sextarii remaneant; tunc fabam istam coctam et foenum graecum<sup>i</sup> cum Caricis et<sup>k</sup> glycyrrhiza<sup>l</sup>, in mortario diligenter deteris, addis insuper butyri<sup>m</sup>, seui hircini ana vncias duas ad calorem diligenter<sup>n</sup> resolutas. quae cum omnia miscueris, addito iure<sup>o</sup>, in quo foenum Graecum decoxeris, tepefacta per cornu plus quam singulas heminas diebus singulis faucibus<sup>p</sup> digeris. Quod<sup>q</sup> si spissiore videris potionem, tantum passi addis, ut possit per cornu exire.

3 Barbarorum vsus aduersus tussim inuenit salutare remedium: Radicem herbae, cui nomen est inula<sup>r</sup>, quam Campanam plerique appellant, colliges, et<sup>s</sup> in umbra siccabis; postea deteres, in puluerem rediges, ex quo terna maiora cochlearia in singulos sextarios vini veteris pridie infundis, et cum bene agitaueris claudes, ne odor herbae salutaris exhalet; per os triduo vel

4 quot volueris diebus degeres. Item aliud<sup>ss</sup>. Lentis Alexandrinae, foeni Graeci, lini seminis heminas singulas decoquis<sup>t</sup>, addisque ei tragacanti vnciam<sup>v</sup> semis, pridie

c. ad vnumquodque S. M.  
 d. frixae C. sextarium semis cum aqua Goth.  
 e. cum aqua om. C.  
 f. Ita Corb. pro fundes.  
 g. Vulgo liquiritiae. C. Lyeiriae.  
 Goth. gliceris in die.  
 h. et addit C.  
 i. Vulgo foenigraecum. C. G. foenugr.  
 k. Vulgarum vel correxi ex loco gemello IV, 9, 6.  
 l. Vulgo liquiritia. Corb. glycerizia.

m. vnc. 3. sibi al. sebi hirc. vnc.  
 2. Corb. Vulgo sepi.  
 n. diligentissime resolues C. resoluta Goth.  
 o. tepido addit S.  
 p. dabis C.  
 q. reliqua om. S. M.  
 r. emula edd. a. G.  
 s. et inf. C.  
 ss. Ita pro alia Go. paulo post vulgarum traganti correxi bis.  
 t. decoques, addes etc. C.  
 v. I. f. C.

pridie in tepida infundis, et anagallici vncias tres diligentissime resolutas; quae cum omnia in mortario triueris<sup>x</sup>, in cacabo nouo cum tribus aquae sextariis decoquis<sup>y</sup>, exinde tertiam partem cum sextario passi tepidum per os dabis triduo continuo. sanare<sup>z</sup> creditur vulfos<sup>a</sup>. Si iumentum ex vulneribus faucium<sup>b</sup> tussis 5 vrgebit, irisillyricae<sup>c</sup> vnciam vnā, piperis nigri semiunciam, succari<sup>d</sup> ) vnā, myrrhae troglitis semiunciam, thuris pollinis semiunciam, tragacanti prius infusi et triti vnciam vnā, oua quinque cum passi sextario commisces, et triduo per fauces degeres ad cornu<sup>e</sup>. Post mel, butyrum, axungiam, salem<sup>f</sup> et piculam commisces, offas facies, et in passo intinctas degeres<sup>g</sup>. Si ab internis tussierit<sup>h</sup>, succi ptisanæ he- 6 minam, defruti<sup>i</sup> cyathum misces, et per triduum dabis. Si grauius tussierit animal, fabae frixae<sup>k</sup> et coctæ sextarium, seu<sup>l</sup> hircini vncias tres, allii capita tria pariter decoques<sup>m</sup>, et in mortario conteres<sup>n</sup>, et cum passo dabis. Curat autem vulfos et ruptos<sup>o</sup>: 7 foeni Graeci sextarium vnum, cum viginti Caricis<sup>p</sup>, fasciculo apii, et fasciculo rutae in aqua<sup>q</sup> ad medium decoquis, ita vt postmodum tragacanti resoluti<sup>r</sup> vnc. tres et anagallici contusi tres aliae<sup>s</sup> addantur, et omnia conterantur, offulaeque<sup>t</sup> ad nucis magnitudinem factae

x. *cribraberis* C. h. e. *cribraneris*, quod inferendum potius quam cum *triueris* permutandum. Gesn.

y. et inf. C.

z. *stagnare* C. G.

a. *vulsum animal* C.

b. *faucibus* C.

c. pro *iridis illyr.*

d. *croci scrip.* I. C. *troglytis* est pro *troglydyticae*.

e. *cornum*, vt solet, C.

f. *sales* C.

g. *degeres* Gesn. *Aliae digereres*.

h. *vulgatum intussierit* correxi.

i. *defricti* C.

k. *frixae* C.

l. *sibi* C. *sepi* Goth.

m. Ita C. pro *decoquis*.

n. Ita C. pro *deteris*

o. intellige hoc remedium vel simile quid cum Gesnero

p. et *fasciculum* C.

q. *qua* C.

r. *soluti* C. Deinceps *vncias* Edd. ante Gesn. hic et p. p.

s. Ita C. *Vulgo contusi vnc. tres, et allii tres.*

t. *Vulgo offis que — factis.*

factae ternae, quinae, septenae per triduum degerantur<sup>v</sup>.

LXX. (vulgo LXXI.) Scabies iumentis deformitatem et passionem, et interdum periculum generat. Contagiosa namque est, et transit in plures<sup>a</sup>. Cui nascenti medicamentis non oportet occurrere<sup>b</sup>, ne praeclusa cute in visceribus residens conuertatur in morbum. Sed cum<sup>c</sup> eruperit foras, primo purgatio ventris adhibetur, si puluerem ex radice cucumeris<sup>d</sup> siluatici cum vino faucibus animalis infuderis<sup>e</sup>, vel certe si radicem minutatim<sup>f</sup> concisam copiose cum hordeo subministres<sup>g</sup>. Quod cum ex ratione processerit, interposito triduo aliquantulum<sup>h</sup> sanguinis, si caput et collum scabies infestat, de ceruice detrahes. Si vero scapulae<sup>i</sup> vel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittitur. Cum<sup>k</sup> spinam vel lumbos aut coxas papulis<sup>l</sup> aestuans prurigo<sup>m</sup> peruaserit, de femorum venis sanguis emittitur<sup>n</sup>. Asphaltum, sulphur viuum, picem liquidam in butyrum aequis ponderibus pariter deteris, et in sole diutissime confricans totum iumentum corpus perungis<sup>o</sup>. aceti acris sextarium, piculae uncias quatuor, cederiae uncias quatuor pariter decoquis<sup>p</sup>, scabiosum animal ex lotio humano et calida permixta diligentissime perfricaturus, tunc penicillo<sup>q</sup> in fuste ligato medicamentum inducis

v. digeruntur Edd. ante Gesn.  
 Cap. LXX. a. puluerem C.  
 b. occurrere C.  
 c. Ita pro vt S. M. C. et Go.  
 d. Ita Edd. a. Gesn. qui dedit cum Corb. et Goth. ex cucumere siluatico.  
 e. Ita pro infundis C.  
 f. minutatim ex C. addidi.  
 g. subministras Edd. a. G. sibi ministras omittis cum hordeo Goth.  
 h. aliquantum C.  
 i. scapuli Edd. a. G.

k. Et post S. M.  
 l. aestuans Goth. unde malim exaestuans.  
 m. Ita pro contagio C. purgatio Goth.  
 n. auferatur C.  
 o. Item addit S. deinde vulgatum cedrinae ex Goth. correxi. cedri Corb.  
 p. et scab. — perfricabis C. confricas Go.  
 q. penicello C. Go. Hinc omittit S. M.



in sole. Asphaltum<sup>r</sup> et sulphur aequaliter conteris, addita adipe porcina, et olei veteris tantundem, quae cum decoxeris, perunges in sole. Adipis libram,<sup>4</sup> sulphuris viui uncias duas, bituminis unciam vnā, olei selibram, picis liquidae cyathos duos, omnia conteris<sup>s</sup> et decoquis, et perungis sicut supra scriptum est. Lotii veteris humani, faecis  $\text{D}^t$  quatuor, stercoris ouilli selibram, olei heminān, sulphuris viui<sup>v</sup> uncias tres, picis liquidae cyathos tres, omnia contere et decoque, et in sole calido animal semel in die perunge. Bituminis pondo duo, sulphuris viui selibram; cerae libram, mannae thuris selibram commisces in oleo, in quo prius fasciculus anchusae<sup>x</sup> decoctus est, et perungis in sole. Alia<sup>y</sup>. si minus habeat<sup>5</sup> integras vires, ranas in aqua decoquis, vinctumque<sup>z</sup> earum colligis, et cum polline lenticulae, adipe et oleo permisces<sup>a</sup>, tepefacto perungis. Item alia<sup>b</sup>. Cucumeris siluatici radices lauas et tundis, et<sup>c</sup> in cacabo nouo cum oleo, quantum sufficit, decoquis et vteris. Sulphur quoque cum vino<sup>d</sup> decoctum similiter iuuat. Si vetustate scabies occalluit<sup>e</sup>, prius abra-<sup>6</sup> denda<sup>f</sup> ferro vel testis ad viuum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto confricanda<sup>g</sup> est. post sulphuris, bituminis, picis liquidae, axungiae veteris, sepi caprini, cerae, aluminis scissi<sup>h</sup> singulas libras contundis<sup>i</sup>, misces, et decoquis, et sic

Q<sup>2</sup> animal

r. Asphaltum hic et alibi C.  
s. conteres C. contere et decoque  
Go.  
t. scrip. 3. stercus ouillum selib.  
faecis olei C. fecis — stercus ouil-  
lum Goth.  
v. vini om. C.  
x. Vulgo a. G. aricusae. Corb.  
Go. ancusae.  
y. Alias si non Corb.  
z. vinctumque Edd. a. G. vinctum-  
que Go.

a. et addit Corb. qui etiam hic  
futura ponit  
b. aliud C. alium Go.  
c. et ex C. addidi. In Goth. et  
pro in adest.  
d. candido inf. C.  
e. obcalluerit C.  
f. Ita pro obrad. G. erad. C.  
g. perfricanda C. fricanda G.  
Vulgo confricandum  
h. Vulgarum spissi omitt. C.  
emendauit Morg.  
i. contundes etc. C.

7 animal perungis in sole. Folia rhododafnes<sup>k</sup> cum oleo vetere decoques, addita pice liquida, et aceto, et cera. certum est de experimento remedium. Memineris tamen, in omni vnctione contra pilum iumentum in sole diutissime confricandum.

LXXI. (vulgo LXXII.) Vitiatum aliquo<sup>a</sup> casu vel mucidum foenum ad similitudinem veneni animalibus nocet, quorum ista sunt signa: Oculos habebunt vagos et<sup>b</sup> semper micantes, ipse<sup>c</sup> gradus eorum erit incertus. His de matrice auferendus est sanguis, de<sup>d</sup> brachiolis flebotomandi sunt, et potionandi ita: Caricis in vino odorato decoctis, rursus detritis: abstinendi ab hordeo, (et<sup>e</sup> foeno:) dandae<sup>f</sup> etiam diureticae<sup>g</sup> potiones.

LXXII. (vulgo LXXIII.) Simili obseruatione curantur, quae<sup>a</sup> nimio hordeo aut<sup>b</sup> malo laeduntur. Sed haec<sup>c</sup> etiam in aqua frigida aduersus torrentem diutissime detinentur. Vtrisque<sup>d</sup> remedium est, pelliculam<sup>e</sup> de ventre pulli siccata fumo deterere additisque<sup>f</sup> octo scrupulis<sup>g</sup> piperis, et quatuor cochlearibus mellis, et vncia<sup>h</sup> pollinis ex thure, cum sextario vini veteris tepefacto per os dare<sup>i</sup>.

LXXIII. (vulgo LXXIV.) Fascinatum animal triste est;

k. sic C. G. de rhododafnes edd. Deinde et per acetum et ceram liquidum G.

Cap. LXXI. a. sic C. aliquoties vel modicum edd.

b. et om. C.

c. ipsos C.

d. debrachiolandi sunt etiam et pot.

C. an debrachiolare dixerunt? vt dematricare noster saepe. Gesn.

e. et foeno om. C. G.

f. sunt inf. C. addendae sunt diureticae G.

g. sic C. et S. M. duriticiae F. diureticae S.

Cap. LXXII. a. qui C. curetur qui — hi Goth.

b. maloque C.

c. hi C. G.

d. Ita pro vtrique C.

e. pellicula — siccata C.

f. additaq. vnc. vna S. M.

g. sic C. scrup. al. a. G.

h. vncia om. C. uncias male

Gesn. Editio.

i. dabis C. G.

est, grauatur<sup>a</sup> incessu, macescit, et nisi subueneris; incidet in morbum. Bituminis igitur et sulphuris parum cum granis lauri ex aqua defundis per nares. Praeterea coriandrum vel semen ipsius cum sulphure et teda carbonibusque<sup>b</sup> circumferes<sup>c</sup>, ex<sup>d</sup> aqua feruenti animal consperges, suffumigabis. Vniuersis quadripedibus remedium praestat ista suffumigatio<sup>e</sup>, curat, atque morbis resistit.

LXXIV. (vulgo LXXV.) Aduersus vniuersas infirmitates et morbos equorum vel bouum, vbi primum coeperint aegrotare, potio ista succurrit: Radices<sup>a</sup> scillae<sup>b</sup>, radices populi, quae<sup>c</sup> graece appellatur rhamnos (nam est fuscior et nubellula<sup>d</sup>) et salis<sup>e</sup> communis quantum sufficit mittes in aquam, eamque animalibus vsque ad sanitatem dabis in potu<sup>f</sup>. Quod si desperatas valetudines praeoccupare volueris, ne vnquam accidant animalibus tuis, incipiente vere hanc illis<sup>g</sup> temperabis potionem, et omnibus animalibus<sup>h</sup> per quatuordecim dies continuos dabis in potu<sup>i</sup>.

LXXV. vulgo LXXVI.) Ostendendum autem est; potiones ipsas oportere cum<sup>a</sup> ratione defundi. Siquidem frequenter euenit, vt, dum animalia potionantur, tussiant,

Q 3

Cap. LXXIII. a. grau. et mac. C. Si asenicum — est et grauatur G.  
b. carbonesq. C. vnde que addidi.

c. nota verbum lustricum vt ille Aeneas ter pura<sup>2</sup> socios circumtulit vnda.

d. ex aqua fern. om. C. Pro his G. aqua solum habet.

e. suffectique resistit etiam morbi C. Forte suffitio quae ref. et. morbis Gesner.

Cap. LXXIV. a. Ita pro radix C.

b. scyllae Edd. a. G. rhamni, radices squillae S. M. sillae Goth.

c. quae appellatur albus. nam est fuscior et nouellula C. quae appellatur rhamnus Goth. populus alba malebat Gesner.

d. rubella coniac. Morgagni IV, 26.

e. Ita pro sales communes Corb.

f. potum C.

g. Ita pro praeparabis C.

h. omni anim. ex C. addidi.

i. potum Corb.

Cap. LXXV. a. Ita pro curatione C. in Goth est: Cum accipit potionem, ostendendum est potiones.

tuffiant, fudent<sup>b</sup> grauiter, et tremorem musculorum<sup>c</sup> omnium patiantur, follicent<sup>d</sup> etiam et submisso capite se sustinere vix possint<sup>e</sup>. Quod accidit<sup>f</sup>, si quando per imperitiam ante<sup>g</sup> dantis potio in arterias, et spirituales<sup>h</sup> partes pulmonis resilierit. Vnde fit et periculum<sup>2</sup> praesens. Quare obseruandum est, ne tussienti iumento et pendent<sup>i</sup> adiicias potionem, sed statim eum<sup>k</sup> soluas, paululumque<sup>l</sup> deambulet, et<sup>m</sup> magis ei alia potione subuenias: aquae tepidae oleum<sup>n</sup> rosatum commisces et agitas, et per os saepius dabis. Pusca<sup>o</sup> quoque puleiata nares eius fouebis, et<sup>p</sup> emendabitur culpa. Obseruandum quoque est, vt subtracto hordeo et<sup>q</sup> negato potu digerat<sup>r</sup> animal potiones.

LXXVI. (vulgo LXXVII.) Plerumque a nociuis<sup>a</sup> animalibus, id est colubris, scropiis, phalangiis<sup>b</sup>, et muribus caecis<sup>c</sup> animalia feruntur, et in periculum<sup>2</sup> veniunt. Quorum<sup>d</sup> ista sunt signa: fastidiunt<sup>e</sup> cibum, pedes trahunt<sup>f</sup>, et cum producuntur<sup>g</sup>, succumbunt ad singulos gressus<sup>h</sup>, per nares defluit sanies, grauedo nascitur capitis, ita vt deiiciatur ad terram, ad surgendum<sup>3</sup> vel incedendum deficiunt corporis vires. Generali-

b. *salent* F. M. S. M. sed *fudent* inclusum habet Fabr.

c. *mosc.* a. G.

d. Ita G. ex Corb. pro *follientes* et.

e. *possunt* a. G.

f. *enemit* C.

g. Ita pro *artis* Goth. omittit Corb.

h. *in spirituales* C. quod praeferebat Gesn.

i. *pendenti* sc. arteriam malebat Gesn.

k. *eum* om. C. Go.

l. *paulatimque* C.

m. *sed magis alia* C. *aliam potione* subiicias Goth.

n. *oleo commisc.* Corb.

o. *Post quoque pulta acto* Goth. est *posca pulegiata*.

p. et om. C.

q. et ne potum degestum animal potiones C. Voluitne: ne post potum degestum animal potiones?

r. *digerit* C.

Cap. LXXVI. a. *noxiiis* C.

b. *sphalangiis* a. Gesn. *spalangiis* Corb.

c. *al. arcis id est araneis* vid. c. 79. in margine Fabriciani exempli adscriptum.

d. Ita pro *cuius* Corb.

e. Ita C. pro *fastidium ciborum*. Goth. *cuius*, *pedes*.

f. Ita pro *trahuntur* Corb.

g. *perducuntur* Goth.

h. *ingressus* Goth.

raliter curatio ista succurrit: Locus<sup>i</sup> qui percussus est ante omnia fumigandus est succensis testis ouorum gallinae, quae prius infundes<sup>k</sup> in aceto, addito etiam cornu ceruino vel galbano. Post suffimentum<sup>l</sup> loca ipsa scarificabis<sup>m</sup>, et sanguinem ex his emittis, vel certe candenti<sup>n</sup> ferro comburis loca, quae venenata pestis attingit. Obseruare autem debes, ne aut supra<sup>4</sup> articulos<sup>o</sup> aut neruosis in locis in quacunq[ue] passione vnquam cauterium imponas<sup>p</sup>. Aduis enim neruis vel articulis, perpetua debilitas consequetur. Sed diligenter considera, vt<sup>q</sup> aut superius aut inferius pu- fillum quam nerui aut articuli sunt, cum necessitas fuerit, apponas cauteria. Animal autem quod venenata<sup>5</sup> bestiola<sup>r</sup> tetigerit expedit vt sudet, et calidis<sup>s</sup> cooper- toriis inuolutum deambulet, et farinam hordeaceam in cibo sumat, additis frondibus fraxineis et vitibus albis<sup>t</sup>. In plaga autem mel Atticum vel cyminum in<sup>v</sup> vino veteri mixtum calefactum oportet imponi. Non- nulli stercus suillum recens et mel<sup>x</sup> Atticum cum vino miscent et calefactum quasi cataplasma inducunt adden- tes vrinam humanam.

LXXVII. (vulgo LXXVIII.) Equus<sup>a</sup> si buprestem comederit in foeno vel in pabulo, haec<sup>b</sup> erunt signa. Statim ei venter inflatur, a cibis<sup>c</sup> resilit, et<sup>d</sup> stercora minutatim et frequenter reddit. qui statim sternendus

Q 4 est,

i. locum — suffumigabis Corb.  
k. infunderes Corb. vnde infu-  
deris malebat Gesner. oua gallinae  
prius Goth.

l. Ita pro fomentum Gesn. suffi-  
mento Corb.

m. claricabis Corb.

n. canterio inures Corb.

o. articulum aut in neruosis locis  
Corb.

p. ponas Corb.

q. et — appones Corb.

r. bestia Corb. vestigia Goth.

s. sagis addit Corb.

t. (credo) inserit F. ab iis credo  
albis Goth.

v. cum Corb.

x. melantherum Corb. vnde melan-  
thium coniiciebat Gesner.

Cap. LXXVII. a. Buprestem si  
com. C. bustrepen edd. nisi quod  
buprestem S. M.

b. haec erunt signa. Statim ei  
venter C. Vulgo erat: haec signa  
statim sequuntur. Venter ei in-  
flatur.

c. cibo C.

d. et om. C.

est, et cogendus ad<sup>e</sup> cursum. Post ei vena tangenda est de palato leuiter, vt sanguinem suum delluentem transglutiat, assidue deambulet, triticum cum<sup>f</sup> passo infusum, et porros offeres<sup>g</sup> ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum vua passa diligenter contritum<sup>h</sup> ad cornu dabis eidem in potu.

LXXVIII. (vulgo LXXIX.) Vipera si momorderit<sup>a</sup> iumentum, ex morfu eius pus<sup>b</sup> consuevit exire. Nam si praegnans<sup>c</sup> erit, totum rumpitur corpus. Ad morsum tamen viperae vel phalangii<sup>d</sup> aut muris aranei commune remedium est, terram formicarum cum vino miscere et dare per fauces, vel certe de ipsa terra frequentissime vulnera<sup>e</sup> confricare. Ad quas causas etiam terra talparum creditur posse prodesse. Quod si in itinere aut in locis, vbi desit copia fumentorum<sup>f</sup>, necessitas ista contingit<sup>g</sup>, piperis<sup>h</sup> grana triginta cum sextario vini veteris tepefacto<sup>i</sup> faucibus degeres. et<sup>k</sup> herbam thymum tritam cum vino si dederis, prodesse creditur. Morsus viperae [vel cuiuscunque serpentis] ostenditur, si humor putidus de plaga incipit currere. Praefens remedium est, si haedum vel gallum vel agnum in recenti occideris; et calentes pulmones eius cum sanguine vel corde vel iecore vulnere apposueris, diligenterque constrinxeris, vt omne virus educat: daturus continuo potionem: acori Pontici semiunciam tritam cum vini veteris sextario<sup>l</sup>, salis triti heminam pariter

e. ad om. C.

f. cum passo om. C.

g. Ita pro adferes C.

h. detritum ad cornum dabis in potum C.

Cap. LXXVIII. a. mordebit C.

b. aest C. et post G.

c. tum scilicet efferatior putatur. Vid. Aët. 4, 1, 90. et noster 3, 82, 3.

d. sphalangii edd. a. G. spalangionis C. G.

e. sic S. M. C. G. vitnam edd.

a. G.

f. fumentorum edd. a. G. pigmentorum C. pigrorum G.

g. contigerit C. ista pro ipsa dedit Goth.

h. triti inf. C.

i. tepif. F.

k. Herbam quoque thymum C.

l. I. S. inf. C. macoris Pontici — tertiam vini veteris Goth.

pariter misces, et tepesfacta<sup>m</sup> faucibus degeris. Si<sup>4</sup> perseverauerit<sup>n</sup> tumor, vitem albam siluestrem copiose comburito<sup>o</sup>, et ex cineribus eius lixiuum<sup>p</sup> facito, et in potionem triduo<sup>q</sup> ad vnum sextarium dato. Cinere<sup>m</sup> quoque ipsum cum<sup>r</sup> aceto in modum cataplasmat<sup>is</sup> vulneri imposito. Si nihil profecerit, cauteriis<sup>s</sup> vrto, vsta solenniter curato. Farinam quoque hordeaceam cum<sup>t</sup> vino et sale, oleoque decoctam in cicatricem oportet imponi<sup>v</sup>.

LXXIX. (vulgo LXXX.) Iumentum si in pabulo araneum<sup>a</sup> comederit, haec erunt signa: totum corpus tumebit, sed circa<sup>b</sup> auriculas et oculos et nares inflatio cum indignatione maior apparet. cui hac ratione subuenis<sup>c</sup>. De palato sanguinem tolles<sup>d</sup>, eumque exceptum cum sextario aceti et hemina salis miscebis, et circa plagam vel loca tumentia perunges, diligenterque operies vt fudet. hac ratione sanabitur.

LXXX. (vulgo LXXXI.) Si phalangius<sup>a</sup> iumentum percusserit, his apparebit<sup>b</sup> indiciis. Stat<sup>c</sup> ei veretrum praedolore, et videtur velle mingere. cui ista ratione subuenies. piperis vnciam vnam, pyrethri<sup>d</sup> vnciam, vuae siluaticae vnciam terito, et cum vino veteri per fauces dato.

Q 5

LXXXI.

m. Ita pro tepesfactum C.

n. Ita pro perseverat C.

o. In Cód. Corbeiano aliquis scripserat cum burito; deinde adiecit scriu. h. e. scribendum, butyro. Verum haud paullo sapientius subiecit manus Fabricii (quamquam ad hoc facinus ne opus quidem hac manu erat) Male. retineo vulgatum Gesn. copiose cum butyro et cinerem Goth.

p. lixinam C.

q. per diem C.

r. cum aceto om. C.

s. canteribus C.

t. ex sale et vino C.

v. apponi C. (vsque dum sanxerit) addit S.

Cap. LXXIX. a. arenum S.

b. circum C.

c. subuenis — sanguinem om. C.

d. tollas edd. a. G.

Cap. LXXX. a. sic C. et S. M. sphalangius al. a. G. et in marg. Fabric. corruptionis arguitur sphalangius.

b. agnosceatur signis C.

c. Statim ver. pro dolore videtur velle C. vnde vulgatum videbis correxi.

d. piretri omu. a. G.

LXXXI. (vulgo LXXXII.) Mus araneus pestis est<sup>a</sup> venenata, et tam equis quam bobus noxia. atque ideo cum<sup>b</sup> captus fuerit,mersus necatur<sup>c</sup> in oleo, ibique in putredinem vertitur, ex quo medicamento cum animal mordetur<sup>d</sup>, plaga linitur, et curatur animal<sup>e</sup>. Vel si inuentus<sup>f</sup> non fuerit, cuminum tritum cum pice liquida axungiaque miscetur, ad spissitudinem malagma<sup>g</sup> matis coquitur, impositumque<sup>h</sup> a periculo liberat et<sup>2</sup> sanat. Quod si in suppurationem fuerit plaga conuersa, lamina ferrea candenti aperienda est, et quidquid vitiosum est inurendum, atque ita<sup>h</sup> pice liquida vel oleo curandum<sup>i</sup>. Ne autem mus araneus animal mordeat, ipsum animal<sup>k</sup> viuum de creta<sup>l</sup> circumdabitur, quae cum indurauerit, suspenditur in<sup>m</sup> collum, et non contingetur a morfu. certissimum est. Aduersus mortuum<sup>n</sup> comprobatur allium tritum cum nitro, et si nitrum defuerit, cum sale et cymino<sup>o</sup> permiscere, atque ex eo puluere loca, quae morfu contacta sunt, con-<sup>3</sup>fricare. Quod si<sup>p</sup> eruperint vulnera venenata, hordeum combustum in puluerem rediges, et diluto<sup>q</sup> aceto vulnere insperges, et hac ratione sola curabis. daturus potionem; pollinem tritici, hordeum<sup>r</sup>, cedriam, et vini sextarium per fauces degeres. Quod si praegnans mus araneus fuerit qui percusserit, his agnoscitur signis. Pustulae<sup>s</sup> per totum corpus exeunt; sed simili, vt supra scriptum est<sup>t</sup>, ratione curabitur.

LXXXII.

Cap. LXXXI. a. est inf. C.

b. dum C.

c. Ita pro necabitur C.

d. nonmorderit, linctur C.

e. animal om. C.

f. denentum C.

g. impositumq. C.

h. ita om. C.

i. percurandum C.

k. animal om. C.

l. creta C.

m. ad C. suspenditur collo G.

n. morsus eiusmodi C.

o. cum vino C. ex cumino.

p. ei inf. C.

q. diluti aceto vulnere asperges C. aspergis G.

r. cum hordeo, cedri C. G.

s. pustellae C.

t. est om. C.



LXXXII. (vulgo LXXXIII.) Scorpius si iumentum percusserit, his agnoscitur<sup>a</sup> signis: Genua contrahuntur, claudicat, non manducat, de<sup>b</sup> naribus fluent pituitae virides; vt accumbit<sup>c</sup>, vix resurget. Simili ratione curatur sicut serpentis ac viperæ morsus: stercus tamen asinum velocius<sup>d</sup> in plagam oportet imponi.

LXXXIII. (vulgo LXXXIV.) Canis rabiosi<sup>a</sup> morsus et iumentis, et hominibus exitium inferre consuevit, vsque eo vt<sup>b</sup> ipsos qui contacti fuerint hydrophobos<sup>c</sup> faciat et conuertat in rabiem: qui hac ratione curantur<sup>d</sup>. Locum qui morsus est, ferreis, vel quod vtilius est, cuprinis cauteriis vrito, in loco tenebroso eum constituito. Sic eum adaquabis<sup>e</sup> in tenebris, ne aquam<sup>f</sup> videat. Quod si canem ipsum occidere poteris<sup>g</sup>, iecur eius coctum<sup>h</sup> dabis ad manducandum, vel tritum<sup>i</sup> faucibus degeres. Foeni quoque flores<sup>2</sup> combures, et cum axungia veteri deteres<sup>k</sup>, et ad morsum appones. salutare remedium est. Sed specialiter prodest, si radicem cynorhodon<sup>l</sup>, id est, herbae quae appellatur<sup>m</sup> rosa canina, effoderis, et lotam prius atque contusam diligenter, siue homini siue animali, quod rabiosus canis momorderit, in plaga apposueris, contritamque<sup>n</sup> cum vino veteri propinaueris<sup>o</sup> quotidie ad bibendum. Hac enim sola ratione nec hydrophobus<sup>p</sup> fiet, et imminens discrimen<sup>q</sup> euadet. Canis<sup>3</sup> rabidi

C. LXXXII. a. agnosceretur etc. C.

b. fluent ei de naribus pit. C.

c. accumbet, et vix surget C. vt vix G.

d. vel lotium in ipsu pl. C.

Cap. LXXXIII. a. rabidi C.

b. eos ipsos C. vt ipsi edd.

c. hydrophobos C. hydrophobicos S. M.

d. curatur Edd. Deinceps Locus Gesneriana.

e. Ita Cor. Vulgo Sic etiam cum adligabis. In S. M. est et sic ipsum pota vt aquam non videat.

f. Vulgo quidquam. Corb. etiam aquam.

g. Ita C. pro poteris.

h. Ita C. pro decoctum.

i. Ita C. pro detritum.

k. deteres et om. C.

l. cynorrhodae C.

m. vocatur C.

n. constrictamque C.

o. propinabis ad C.

p. hydrophobos Edd.

q. Ita C. pro crimen, vt coniecerat Morgagni IV, 44.

rabidi moribus subuenit, si tres ) nitri, Iudaici bituminis<sup>o</sup> scrupulum vnum tritum cum hemina vini veteris<sup>t</sup> tepentis triduo per os degeras. Sambuci<sup>v</sup> quoque grana vel succum de foliis aut de cortice exprimes, et cum vino veteri dabis in potu<sup>x</sup>. Sed tunc<sup>y</sup> efficax est hæc potio, si de ea sambuco dederis, quæ non in terra sed in alia arbore fuerit innata.

LXXXIV. (vulgo LXXXV.) Si finum gallinacium<sup>a</sup> animal in hordeo comederit, vel foeno sumserit, quasi a venenatis bestiis percussum cruciatur continuo, internorum dolor et inflatio subsequitur, ad similitudinem strophii sudor quoque<sup>b</sup> et volutatio ac tussis asperrima. Aduersus quam necessitatem apii seminis<sup>c</sup> deteris uncias duas, et cum vini veteris sextario et hemina mellis temperas<sup>d</sup>, et per os defundes, et tam diu deambulare compelles, donec potio ventrem moueat. Quod si nimio<sup>e</sup> dolore etiam obrobatio fuerit subsecuta, baccarum<sup>f</sup> lauri libram, nitri selibram<sup>g</sup>, aceti sextarios duos, olei sextarium, diligenter trita permisces, et ad focum calefacies, et in loco calido animal<sup>h</sup> per triduum vniges<sup>i</sup>, et contra pilum diligenter fricabis, certissimum daturus<sup>k</sup> ex sudore remedium. Aduersus huiusmodi casum<sup>l</sup> physicum remedium experientia docuerunt: Pullum vel gallinam occidere<sup>m</sup>,  
ventrem.

r. Scrp. Iudaici C. nitri omitt. et deinceps bituminis triti cum hemina habet.

s. bituminis trito C.

t. meni addit Goth.

v. Ita C. et Morgagni pro sambuci. pro cortice Goth. radice.

x. potum C. post veteri Goth. tepidum addit.

y. tamen S. M. Deinceps vulgatam a. G. restitui. Ille dedit quod — imatum. Goth. quos — non imatum.

Cap. LXXXIV. a. Ita pro gallinarum C.

b. Ita C. pro quoque strophii et

volut. In Goth. omissis verbis et volutatio — necessitatem sequitur item apii.

c. semen deteres uncias 2. Corb.

d. contemperas C. heminasque illius temperabis Goth.

e. Ita pro nimius dolor C.

f. bacas lauri selib. C. libram seminis S. M.

g. unciam vnam S. M.

h. animal ex S. addidi.

i. perungues C.

k. hæc Corb.

l. casus C.

m. Ita Corb. vulgo pullum et occideris vel gallinam.

ventremque eius crudum et adhuc calentem cum fter-  
core suo equo vel mulo inuolutum<sup>n</sup> melle digerere  
per fauces, optimum creditur. Tres pilulas<sup>o</sup> gypsi<sup>5</sup>  
cum vino veteri deterere, et tepidum per os dare, ea-  
dem optime<sup>p</sup> sanare firmitur. Lixiuum<sup>q</sup> quoque de<sup>r</sup>  
arbore vlmī vel<sup>s</sup> cuiuscunque generis ligni cinere<sup>t</sup>,  
dummodo bene cretum<sup>v</sup>, cum oleo miscere<sup>x</sup>, ac liqui-  
dum et tepidum defundere per fauces<sup>y</sup>, physicum et  
salutare laudatur.

n. involuto melle Corb.  
o. pullos euscum C.  
p. hora sanari C.  
q. Lixiuum C.  
r. ex C.  
s. ex addit C.

t. Ita pro cinerem C.  
v. tritum C.  
x. oleo permiscet liquidum et lac  
tepidum Goth.  
y. tanquam addit C.

---

VEGETII RENATI  
ARTIS VETERINARIAE  
SIVE  
MVL O M E D I C I N A E  
LIBER SEXTVS.  
(VVLGO QVARTVS.)

---

PRAEFATIO.

Solennis excusatio negligentium est, dispendia ex dissimulatione venientia Deo imputare vel casibus. Minus namque peccare se credit ignauia, si id, quod ipsius culpa accidit, ad potestatem incipiat deferre fortunae. Sic de aegrotantibus dicitur morituros<sup>a</sup>, et si medicina cesset, euadit. Cui disputationi, quia non solum iners, sed etiam impia est, non libenter assenserim. Malo enim nihil expertum relinquere, quam si quid calamitatis euenerit, auaritia vel dissimulationibus imputari. Sed fortasse aliquando vera [illa<sup>b</sup>] videantur in homine, qui diuina prouidentia ac dispositione factorum<sup>c</sup> creditur regi. Animalia vero cum quibus diuinitas nihil dignatur habere commune, nisi hominum

VARIETAS LECTIONIS.

Lib. VI. Praef. Hanc praefationem ex Gudiano libro Fabricius ante Gesnerum iam ediderat Bibliothecae Latinae To. III. L. III. c. 12. p. 135 sq.

a. Adnotatum, etiam legi morituris. Caeterum hoc sibi velle videtur, quosdam aegrotantes ita male

ab medicis haberi, ut morituri videantur; enadere, cum ab his relinquuntur: si mortui fuissent, non medicinae sed fato imputaturos fuisse mortem homines G.

b. illa om l.

c. Ita cum Fabr. Gesn. pro factorum.

minum studio impensisque curentur, absque ambiguitate depereunt. Quid enim iumentis spei superest, quae diuinitas fouere respuit, si hominum medela cessauerit? Saepe accidit, ut neglectis animalibus, quae prima compararent morbum<sup>d</sup>, contactu crescens pestilentia greges integros perimat, quum<sup>e</sup> polluta a languidis pascua infectique fontes ita nocent<sup>f</sup>, quasi in venena vertantur. Postremo aegroti odor cum sanorum impleuerit nares, ipso foetore visceribus inferet morbos. Sic ad pullos mors a matribus corrupto lacte transmigrat. Sic in numerosis stabulis quamuis vile iumentum, si contagiosam semel susceperit passionem, veloci transitu pretiosa quoque iumenta consumet. Sed aduersum omnia diligentia, studium, herbarum potestas, curandi scientia, prodesse consuevit. Sicuti medicorum prima doctrina est humani corporis partes organorumque<sup>g</sup> cognoscere, ita necessarium Mulomedicis, de ossibus, de neruis ac venis iumentorum vniuersa perdiscere. Neque enim curare rationabiliter potest, qui qualitatem rei, quam curat, ignorat.

## CAPVT I.

Iumentum igitur habet in capite ossa duo, a fronte usque ad nares alia duo, maxillaria inferiora duo, dentes quadraginta, id est, molares quatuor et viginti, caninos quatuor, rapaces duodecim. In ceruice autem sunt spondyli<sup>a</sup> septem<sup>b</sup>, a spatula ad renes sunt octo.  
a re-

d. primo cum perirent morbo cum Fabricio Gesner. quae prima cum perirent (al. perirent) morbum Cod. osui Gesneri coniecturam. Ipse malebam prima susceperant morbum.

e. Ita Fabr. Gesn. pro Quam.

f. Ita pro nocet Fabr. Gesn.

g. Ita pro organum cum Fabr.

Gesner, qui illam tamen lectionem non contemnebat.

Cap. I. a. spondyli Edd. a. G. spondyli C.

b. sex, spatulae et renum sunt octo Corb. vnde Gesner malebat a spatula ad renes. Vulgo septem, spatulae renum. Con. Gesner. corrigebat: spondyli ad renes. Spatula est ἀγκύμιον.

a renibus vsque<sup>c</sup> ad anum septem, muscarium habet commissuras duodecim. In armis prioribus sunt regulae<sup>d</sup> duae. ab armis vsque ad brachiola duo. A brachiolis vsque ad genua duo. In genibus parastaticae duae. tibiae<sup>e</sup> vsque ad articulos duo. Bases quae appellantur numero duae. Vsque<sup>f</sup> ad punices vngulae ossa minuta sedecim, in pectore vnum: costae tum<sup>g</sup> in interioribus triginta sex. Item in<sup>h</sup> posterioribus a cumulari<sup>i</sup> vsque ad molaria<sup>k</sup> duo; a molaribus<sup>l</sup> vsque ad vertebrae duo, costales duo. Ab acrocolesio vsque ad gambam duo; a gamba vsque<sup>m</sup> ad cirros tibiales duo, minuta vsque ad vngulas sedecim. Et<sup>n</sup> sunt ossa omnia centum septuaginta.

II. Nunc mensuras numerumque membrorum oportet exponi. In palato gradus<sup>a</sup> sunt duodecim. Longitudo linguae habet pedem semis. labrum superius habet uncias sex, inferius uncias quinque, maxillae<sup>b</sup> singulae uncias denas: a<sup>c</sup> cirro frontis ad nares habet pedem. auriculae singulae<sup>d</sup> continet uncias senas. In oculis autem<sup>e</sup> singulis<sup>f</sup> unciae quaternae. a cirro, ubi definit ceruix, vsque ad Mercurium<sup>g</sup> continentur calculi<sup>h</sup> octo. Spina continet subter<sup>i</sup> spatulas triginta duas. a commissura renum (quod cumulare<sup>k</sup> dicitur) vsque

c. ad dimidium sex musculos habet: commissuras S. M. a renibus ad anum septem C.

d. Ita pro regulae S. M.

e. Ita pro a tibia C. tibiae duae Goth.

f. puniceae duae S. M. vsque ad punicem C. ad punices Goth.

g. Vulgatum tamen correxerit ex Corb. tum interiores.

h. Ita pro a S. M.

i. columnari F. M. S. M. Cf. Cap. 2, 2.

k. mala XIII. C.

l. malavibus C.

m. vsque — minuta om. C. gam-

mas — cyros Goth.

n. Finnt o. o. CLXXX. C.

Cap. II a groto C.

b. maxillae — denas om. C. maxillae singulare G.

c. a cirro — a cirro om. S. M.

d. singulae om. C.

e. autem om. C.

f. sunt inf. C. G.

g. musculum S. M. a cirro ibidem sunt — mercurium continenti cliato G.

h. subter arteriae duae S. M.

i. ac supra inf. C. G.

k. vid. 4, I, 2. not. i. in C.

commissuras tenuius,

vsque ad imum muscarium<sup>l</sup> commissurae sunt duodecim. Regulae longitudo<sup>m</sup> vncias<sup>n</sup> duodecim; ab armis vsque ad brachiolum vncias sex, a brachiolis vsque ad genua longitudo continet pedem; ab articulis vsque ad ungulas vncias quatuor; in longitudinem<sup>o</sup> vel prolixitatem pedes sex. Haec eumetria<sup>p</sup> equi conuenit staturae honestae ac mediae. Caeterum<sup>q</sup> non dubitatur in buricis minora ista, et in primae formae equis esse maiora.

III. Neruorum quoque numerus, qualitas, ac mensura pandenda est. A mediis naribus per caput, cervicem, ac mediam spinam, vsque ad imum muscarium<sup>a</sup> descendit<sup>b</sup> filum duplex, quod continet pedes duodecim. duo<sup>c</sup> nerui in ceruice palmarii<sup>d</sup> continent pedes quatuor. ab<sup>e</sup> armis vsque ad geniculum<sup>f</sup> nerui duo. a geniculo vsque ad basin nerui quatuor. In prioribus sunt nerui decem, in posterioribus decem. a renibus vsque ad testes nerui quatuor. fiunt in se omnes nerui triginta<sup>g</sup> quatuor.

IV. Consequenter venarum quoque indicandus est numerus. In palato venae sunt<sup>a</sup> duae<sup>b</sup>, suboculares duae<sup>c</sup>, in<sup>d</sup> pectore duae, de brachiolis duae, de<sup>e</sup> subcirris

- |   |  |
|---|--|
| <p>l. musculum S. M.<br/> m. Vulgo Sugulae longicia. C.<br/> n. vncias — vncias om. S. M.<br/> o. longitudine vel prolixitudine C.<br/> p. geometria S. M. Aereum entria<br/> Goth.<br/> q. Caeterorum. Non C. Caeterum<br/> nim non dubitatur, alicui esse mi-<br/> nora, et alicui maiora S. M. Caete-<br/> rum vero G.<br/> Cap. III. a. ancarum S. M.<br/> b. descende pilum C.</p> | <p>c. Platonena in C. A ceruice vs-<br/> que in arnos vadit aliud, quod est<br/> pedes IIII. S. M.<br/> d. palmari continet C.<br/> e. Ab armis om. C.<br/> f. geniculus C. genua S. M.<br/> g. XXX. C. triginta tres G.<br/> Cap. IV. a. sunt om. C.<br/> b. temporales II. inf. S. et C.<br/> c. in naribus II, in ceruicibus II.<br/> inf. C.<br/> d. in naribus duae, in ceruice<br/> duae S. M.<br/> e. de om. C. de sub cruris S. M.</p> |
|---|--|

cirris quatuor, de<sup>f</sup> talis duae, de<sup>g</sup> coronis quatuor, de<sup>h</sup> feminibus quatuor, de femoribus vero<sup>i</sup> duae, de sub gambis duae, de<sup>k</sup> muscario vna, venae<sup>l</sup> matrices in ceruicibus duae. fiunt pariter venae vndetriginta.

V. Aetatem iumentorum ex dentibus aliisque signis oportet agnosci, ne vel<sup>a</sup> ementes imperitiae<sup>b</sup> subeamus incommodum, vel curantes aegrotantis animalis<sup>c</sup> ignoremus aetatem. Quia sicut hominibus, ita et equis, aliud conuenit, cum<sup>d</sup> iuuenta sunt feruida, aliud cum senectute iam frigida. Manifestum est autem notas corporis<sup>e</sup> cum aetate mutari. Pullis enim bimis et sex mensium medii dentes superiores cadunt, quos lactantes<sup>f</sup> vocant. cum autem quartum annum agere coeperint, decidentibus his<sup>g</sup>, qui canini appellantur, alios<sup>h</sup> supponent. Deinde intra sextum annum molares cadunt. Sexto anno quos primo mutauerunt<sup>h</sup>, exaequant. Septimo omnes explent<sup>i</sup> aequaliter, et ex eo cauato habere incipiunt dentes, nec<sup>k</sup> postea quot annorum sciri ad fidem potest, nisi signis aliis, quae vsus edocuit. Decimo namque anno tempora cauari<sup>l</sup> incipiunt et supercilia nonnunquam canescere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. Plerique adferunt, domitis et freno assuetis animalibus ruga qua

f. in S. M. de talis duae om. C.

g. in S. M.

h. in femoribus duae S. M. de sineribus C. Sed distinguuntur hic haud dubie femina pars interior summi pedis, et femora, exterior.

i. vero om. C.

k. (in cristario) inf. S.

l. et sunt omnes XXXII. S. M.

Cap. V. a. sic S. M. et C. uelamentis al.

b. per imperitiam S. M.

c. aegrotis animalibus C. redum ex Goth. inserui.

d. cum sunt feruidi C. cum vini-

di et feruentes sunt S. M. et p. frigidis iid. Vulgo est inuenta.

e. aetatit cum corpore coni. Morg III, 42.

f. lactentes idem emen.

g. his om. C.

h. Ita pro vulgato mutauit, et aequat em. Morg.

i. Vulgo explentur est. Ex aequaliter. Ex eo canos habere inquit. C.

k. sic C. Postea vero — scire nullus S. M. Nec postea — scire nullus al. In Goth. est sit scire non potest vsus docuit.

l. cadere C.



quae in labris sunt superioribus computandas, ita vt ab angulo vbi incipit<sup>m</sup> morsus, incipientes, vsque ad extremitum labrum perueniamus. quia annorum numerum rugarum numerus<sup>n</sup> ostendit. Postremo rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione ceruicis, pigritia totius corporis, stupore oculorum, palpebrarumque caluicie<sup>o</sup> senectus ipsa se prodit.

VI. In permutandis equis vel distrahendis<sup>a</sup> maximam fraudem patriae solet afferre mendacium. Volentes enim carius vendere, generosissimos fingunt. Quae res nos compulit, qui per<sup>b</sup> tam diuersas et longinquas peregrinationes equorum genera vniuersa cognouimus<sup>c</sup>, et in nostris stabulis saepe nutriuimus, vniuscuiusque nationis explicare signa vel merita. Nam vt viliora ministeria taceamus, equos<sup>d</sup> tribus vsi-  
 2 bus vel maxime necessarios constat, praeliis, circo<sup>e</sup>, fellis<sup>f</sup>. Ad bellum Hunniscorum<sup>g</sup> longe primo docetur utilitas patientiae, laboris, frigoris, famis<sup>h</sup>. Toringos deinde<sup>i</sup> et Burgundiones<sup>k</sup> iniuriae tolerantis. Tertio loco Frigifcos<sup>l</sup>, non minus velocitate quam  
 3 continuatione cursus inuictos. Postea Epirotas, Samaricos<sup>m</sup>, ac Dalmatas, licet contumaces ad frena, ha-  
 R. 2 biles

m. coeperit edd.  
 n. numerus om. F.  
 o. canicie S. M. cautione C. Vouit quod est in Gothano: palpebrae tebrorumque (i. e. temporum) cautione senectus ipsa prodit.

Cap. VI. a. detrahendis F.  
 b. propter C. per (occasionem) — peregrinationes (adiuimus) S.  
 c. Ita pro cognoscimus S. M. C.  
 d. sic S. M. C. Gesn. equestrius al.  
 e. sic C. circeis al. a. G.  
 f. vel ad bellum edd. a. G. felisi  
 l. fellis C. cliis G.  
 g. Volsorum S. M. Hunnesco-

rum G. Hunniscorum retineri vult Barthius Adu. II, 32. ratione non alia prolata, quam notos eo tempore fuisse Hunnos. Gesn.

h. Hoc loco inter exemplaria primae editionis diuersitas observatur: cum in altero ita interpunctum sit, vt supra posuimus; in altero autem ita, frigoris, famis toringos. Deinde.

i. dehinc C. tornic. de habere Go.

k. Burgundios S. M.

l. Phrygiosne an Frisios intelligimus, an neutros? Phrygios laudat Claudian. 29, 192. Gesn.

m. Zeluneros S. M. Zelomosos C. an Sarmaticos? Gesn.

4 biles<sup>n</sup> armis [ac bellis] asseuerant. Curribus<sup>o</sup> Cappadocum gloriosa nobilitas: Hispanorum<sup>p</sup> par vel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores prope Sicilia exhibet circo, quamuis Africa Hispani sanguinis velocissimos praestare consueuerit<sup>q</sup>. Ad usum sellae Persis provinciis omnibus meliores praestat equos, patrimoniorum censibus aestimatos, tam<sup>r</sup> ad vehendum molles, et<sup>s</sup> ipsius incessus nobilitate pretiosos. sequuntur Armeni atque Saphareni<sup>t</sup>, in qua parte<sup>v</sup> nec Epirotas Siculosque despexeris, si mores ac pulchritudo  
5 non deserat. Hunniscis<sup>x</sup> grande et aduncum caput, extantes oculi, angustae nares, latae maxillae, robusta ceruix et rigida, iubae ultra genua pendentes, maiores costae, incurua spina, cauda siluosa<sup>y</sup>, validissimae tibiae, paruae bases, plenae ac diffusae vngulae, ilia cauata, totumque corpus angulosum, nulla in clunibus<sup>z</sup> aruina, nulli in musculis tori, in longitudine magis quam in altitudine statura, propensior venter exhaustus, ossa<sup>a</sup> grandia, macies grata, et quibus pulchritudinem praestet ipsa deformitas: animus mode-  
6 ratus et prudens, et vulnerum patiens. Persis<sup>b</sup> et statura et positione<sup>c</sup> a caeteris equorum generibus non plurimum differt<sup>d</sup>, sed solius<sup>e</sup> ambulaturae<sup>f</sup> quadam gratia discernuntur a<sup>g</sup> caeteris. gradus est minutus et<sup>h</sup> creber,

n. ac viles, armis edd. a. G. armis habiles adseuerant C. (tamen habiles sunt curribus) post armis inf. S. Puto τῆν habiles dupliciter corruptam in ac viles, et in ac bellis. Gesn.

o. sic C. curribus. Cappad. edd. a. G.

p. Spanorum C.

q. sic C. consueuit ad usum edd.

a. G. nisi quod S. M. ad usum sellae Persici prou. omni. meliores. Praestat equos etc.

r. tam om. C. tamen S. M.

s. Ita pro pios incessibus scripsi. S. M. et incessus ipsius nob. pret. consequuntur Aru. Corb. impigros incessu. Co. ingropis incessus.

t. Suffuueni S. M. Sosoeni C.

v. parte inf. C. G.

x. Hunniscis F. Hustriscis (f. Hetv.) S. Buruscis S. M. Vniscis scr. Hunniscis C.

y. spinosa, validis. coxae, tibiae paruae, bases plenae S. M.

z. cluibus C.

a. os agrudia C.

b. Persus S. M. Per staturam C.

c. positionem C. positio dedit Gesner.

d. differunt C.

e. sola ambulatione C.

f. genev. nam inf. C.

g. Ciris C.

h. celer C.

creber, et qui sedentem delectet et<sup>i</sup> erigat, nec arte doceatur, sed naturae veluti iure praestetur. Inter<sup>k</sup> 7 colatorios<sup>l</sup> enim et eos, quos totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media est; et cum neutris<sup>m</sup> sint similes<sup>n</sup>, habere aliquid creduntur ab vtrisque commune. His<sup>o</sup> sicut probatum est, in breui am- 8 plius<sup>p</sup> gratiae, in prolixo itinere seuior<sup>q</sup> patientia, animus superbus, et nisi labore subiugetur<sup>r</sup> assiduo, aduersum equitem contumax. mens tamen<sup>s</sup> prudens, et quod mirum est<sup>t</sup>, in tanto feruore cautissime<sup>v</sup> decoris est obseruantior, incuruata in arcum ceruix<sup>x</sup>, vt mentum<sup>y</sup> recumbere videatur in pectore.

VII. Aetas longaeua Persis, Hunniscis<sup>a</sup>, Epirotis, ac Siculis: breuior Hispanis<sup>b</sup> ac Numidis. Frequens opinio est, Barbaricis nulla<sup>c</sup> adhibenda medicamina, quod vsque adeo naturae beneficio [aegroti<sup>d</sup>] conualescant, vt eis nocitura sit cura. Sed falsa erat ista persuasio. Nam quanto fortiora membra sunt, tanto diutius viuunt, si ex arte<sup>e</sup> veniens medela non desit. Spadonibus tamen inter auctores constat<sup>f</sup> sanguinem 2 de matrice nunquam nisi forte ex nimia et extrema necessitate tollendum: propterea quod caloris maximam partem cum testibus amiserunt. De palato tamen,

R 3

si

i. et om. C. Deinde Goth. re-  
praestetur. Forte voluit repraesentetur.

k. Nescio quid sibi velit S. M. Pro verbis enim inter colatorios ponit, his sicut probatum est, in breui etc.

l. totularios C. Intestulatorios Go.

m. sic C. neutri al.

n. similis — creditur C.

o. sic C. Go.

p. amplior gratia C.

q. minor S. M. potentia Go.

r. subingatus, assidue Edd. a. G. subingatur Go.

s. sic C. S. M. Go. mens, tumens, edd. a. G.

t. est om. C.

v. cante se decuriis curuata C. obseruantior et syllabam in om. etiam S. M. obseru. omittit etiam Go.

x. et rutamentum C.

y. sic C. et S. M. mention om. al. a. G.

Cap. VII. a. Hunnicis edd. Immistis G. Vniscis C.

b. Spanis C.

c. nullarum potionum adhibendam medicinam C.

d. aegroti om. C.

e. sic C. ex aere venientibus edd. a. G. ex arte vehemens S. M. veniens medulla G.

f. Ita pro constitit S. M.

si non impediatur negligentia<sup>g</sup>, omnibus prope men-  
 sibus tam spadonibus quam testiculatis minuendus est  
 3 sanguis. Admissarii<sup>h</sup> vero, si cohibeantur a venere,  
 nisi<sup>i</sup> dematricati<sup>k</sup> fuerint, caecari saepe dicuntur:  
 quamvis eo anno quo admissum faciunt, non sit eis  
 vena laxanda, ne generationi intentum corpus cura<sup>l</sup>  
 geminae necessitatis exhauriat. Studiosis equorum  
 quae cura stabuli, qui alimentorum cultus, quae obser-  
 vationis<sup>m</sup> sollicitudo praestanda sit, primus ac secundus  
 4 indicat liber. Nunc decursis omnibus [his<sup>n</sup>,] quae  
 huius artis doctrina poscebat<sup>o</sup>, ad compositiones ne-  
 cessariarum potionum medicamentorumque descende-  
 mus<sup>p</sup>, ex quibus explorata congestimus<sup>q</sup>, et ea, quae  
 non tam ad utilitatem curandi quam ob<sup>r</sup> caritatem  
 emendi mulomedicorum cupiditas inflauerat, submo-  
 5 vimus. Constat namque, non tam multis neque<sup>s</sup> pre-  
 tiosis speciebus, sed paucis, et ad causam, de qua  
 agitur, accommodis posse sanari. Primum igitur ut  
 pingua sint iumenta, tam<sup>t</sup> in curulibus<sup>v</sup> quam in sella-  
 ribus deest; deinde ut sana permaneant; post ut aegrotā  
 curentur<sup>x</sup>, confectiones ut dictum est, medicaminum  
 proferemus electas ex auctoribus multis, et<sup>y</sup> experimen-  
 tis manifestissimis approbatas.

VIII. Traditur Chiron<sup>a</sup> ad reficienda iumenta vel  
 curanda hanc edidisse potionem, quae<sup>b</sup> internos<sup>c</sup> ex-  
 tergeat

g. neglig. C.  
 h. emissarii S. M.  
 i. sic C. S. M. ubi al. pro lectio-  
 ne, quam recepinus pugnat Veg.  
 I, 24. Gesn.  
 k. de matrice minuti S. M.  
 l. ex minutione deficiat S. M. ne-  
 cessitas G.  
 m. observatione C.  
 n. his om. C.  
 o. Ita praeter reliquos libros  
 etiam Gorth. possidet edd. a. G.  
 p. Ita pro descendimus, in qui-  
 bus et explorata C.

q. concessimus C.  
 r. ad C. ad utilitatem G.  
 s. neq. om. C.  
 t. quia in curulibus et sellaribus  
 licet C.  
 v. curvilibus edd. a. G. curvisibus  
 quam in saltibus S. M.  
 x. Videretur legendum: curen-  
 tur. Confectiones igitur.  
 y. Ita pro de Corb.

Cap. VIII. a. Cyro C.  
 b. Ita pro qua bis cum C. Gesn.  
 c. interna C. extergat Go.

tergeat morbos, quae<sup>b</sup> tussim reprimat, vultos ac<sup>d</sup> phthificos curet. Ptifanae sextarium, lini feminis<sup>e</sup> heminam, croci vnciam vnam, intestinum porcinum recens, quod longanonem vocant, prius diligenter clotum<sup>f</sup>, vel acronem: quae si in praesentia forte non suppetunt, haedinum caput cum pedibus suis<sup>g</sup> et intestinis ac ventre<sup>h</sup>, diligenter quasi ad hominum vsus curatum in cacabum nouum<sup>i</sup> mittis. addes superioribus<sup>2</sup> hyssopi fasces duos, cochleas germanas purgatas quindecim, bulbos quindecim, ficus duplices viginti, rutae fasciculum vnum, baccarum lauri sextarium vnum tritum<sup>k</sup>, dactylos viginti, allii purgati capita tria, seu<sup>l</sup> caprini vncias sex, pulegii sicci fasciculum. Quae<sup>m</sup> omnia trita decoquis in aqua cisternina vel eoe-<sup>3</sup> lesti, donec liquefacta carne defluant ossa. sed aquam saepius adicies ne<sup>n</sup> medicamentum vstura constringat. Sed cum succum<sup>o</sup> spissum videris, colabis, abiectisque<sup>4</sup> excrementis et ossibus addes<sup>p</sup> tragacanti vncias tres pridie in<sup>q</sup> calida infusas; vt inturgescat et solui possit; adicies passi sextarios tres, oua cruda sex, olei rosacii oua plena sex, butyri resoluti<sup>r</sup> vncias tres, anagallici<sup>s</sup> vncias tres, amyli vncias tres, pulueris quadrigarii vncias tres, lomenti fabae [id est, farinae] sextarium. Haec omnia ita temperabis, vt per cornu defluant,<sup>5</sup> et sextarios singulos ieiunis animalibus per triduum dabis. et si volueris, septem diebus interpositis repetis, et das a capite potionem. Iumenta a morbis<sup>t</sup> vindicat et custodit: Gentianae, aristolochiae rotundae, myrr-

R 4

hae

d. Ita pro *tussicos* corr. Gesn. *lactescycos* C.

e. *femc.* I. C.

f. Ita pro *lotium* C. *longaonis* vocatur — vt *lacionem* Go.

g. *suis* ex C. addidi.

h. Vulgo additum et cum C. omisi.

i. *nouum* ex C. addidi.

k. supra I, 56. 17. cum *virent.*

l. Vulgo *sepi.*

m. *Quae* om. C.

n. *nec ad med. vsturam consumat.* cum C. *vstura consuecum spissum* Go.

o. *succum* ex C. addidi.

p. *adiles* ex C. inserui et vulg. *tracanti* correxi.

q. *in* ex C. addidi. *in calenda* C. *calida* ei Go. *infusa* Go.

r. *soluti* C

s. *symphyti triti* S. M.

t. *morbo rescit* C. C.

hae troglodytis, rasurae eboris et baccarum lauri aequis ponderibus puluis immixtus, ex quo grande<sup>v</sup> cochleare plenum fumis. Adde hyssopi triti scripulos quatuor, mellis vel passi uncias tres, vini sextarium, gisni<sup>x</sup> resoluti pastillum vnum, post<sup>y</sup> cursum siue post laborem conditi bene piperati<sup>z</sup> heminam adiciēs, aestate rosati vel absinthiati<sup>a</sup> tantundem, et per os  
 7 dabis ad cornu. Si aestu animal fatigatur, puscam<sup>b</sup> cum pulegio trita misces, naresque et faciem confovebis: oua quoque trita cum hemina vini veteris, optimi faucibus infundes, vt per<sup>c</sup> oui refrigerium vini<sup>d</sup> virtus accrescat. Maciem languoremque depellit, si femiunciam sulphuris cum myrrhae scripulis quatuor in puluere resolutis ouum crudum et vini veteris sextarius addatur, frequenterque per fauces  
 8 detur: Diapente<sup>e</sup> est, vt<sup>f</sup> supra retulimus, necessarium pluribus<sup>g</sup> causis ac morbis, et semper diligenti confectione seruandum. Gentianae, aristolochiae rotundae, myrrhae, rasurae eboris, et baccarum lauri, de recentibus speciebus in vnum redactis minutissimis puluis, ex hoc febrientibus plenum cochleare cum tribus unciis mellis, et aquae tepidae sextario, in qua radices iunci et apium sufficiens decoctum fuerit, per  
 9 os dabis; ita vt triduo similiter<sup>h</sup> cura procedat. Idem puluis si vltra cochlearium cum sextario vini veteris et olei viridis hemina detur, animal a quibuslibet venenis, vel serpentum aut bestiolarum moribus liberat. Cui si piperis atque pulegii nec non etiam cymini pulueris aliud

v. grandem cochlearium C.

x. gysru C. Fac pastillos pensatos quentlibet unc. i. ex quibus vnum S. M.

y. ciel cursi obseruatio lauorem conditum bene piperati C.

z. praeparati F. M. S. M.

a. Vulgo rosati vel absinthii. C. rosae sine. S. M. olei rosati.

b. pro puscam. Deinceps G. faciem confricabis.

c. ouis lene ref. C. vt ouis bene — virtutem G.

d. vino vetus adcr. C.

e. sic C. diapenton al. a. G.

f. quod C. S. M. G.

g. plurimis C. G.

h. similis C.

aliud cochleare addideris, et cum vini veteris sextario dederis, omne frigus expellit.

IX. Tussim quoque insanabilem cura<sup>a</sup> cum hemina passi et tribus vnciis olei et ouo crudo, si<sup>b</sup> per triduum defundis<sup>c</sup> faucibus, addito fabae polline et foeni<sup>d</sup> Graeci binis cochlearibus. Praeterea valde tussientibus prodest fabae frixae sextarius sine sale coctae<sup>e</sup>, seui caprini vnciae tres, butyri<sup>f</sup> vnc. 3, allii purgati capita tria decocta et<sup>g</sup> cum succo ptisanae data per triduum. Quo medicamento validius creditur: ficus<sup>2</sup> siccae pondera duo, foeni Graeci sextarium, tragacanti vnciam, pridie in calida infusam<sup>h</sup>, anagallici<sup>i</sup> vnciam, rutae viridis fasciculum, apii fasciculos tres, pariter in aqua diutissime decoques, et faucibus per triduum defundes<sup>k</sup>. Curare etiam vulfos creditur, si septem<sup>3</sup> vncias cineris mundissimi ex vlm<sup>1</sup> colligas, addasque<sup>m</sup> olei vncias tres, bulbos tritos septem, anagallici vnciam, butyri<sup>n</sup> vnciam, seui caprini vnciam, mellis vncias tres, plantaginis viridis tritae vncias tres, passi heminam, ptisanae vel<sup>o</sup> lini feminis heminam: quae ita temperata vt per cornu defluant, per triduum, vel vt<sup>p</sup> necessitas cogit, per plures dies ieiunis<sup>q</sup> singulos sextarios dabis. Desperatam tussim saepe curauit potio<sup>4</sup> vilis ac facilis: pulueris ex faba vncias sex, pulueris ex foeno<sup>r</sup> graeco vncias sex, enulae tunfae [siccae<sup>s</sup>] pulueris vncias sex, pulueris anagallici<sup>t</sup> tunfi vncias tres, butyri vncias sex: quae omnia cum tribus boni  
R 5 vini

Cap. IX. a. sic S. curat al.

b. si om. C.

c. defundas C.

d. sic C. foenugraeco al. a. G.

e. Ita C. vulgo coctus, sepi. In C. fini.

f. but. v. 3. om. F.

g. et addidi ex C.

h. Vulgarum infusa correxi.

i. Symphyti S. M.

k. dabis C.

1. (ex vlmis) inf. S. ex vlm<sup>o</sup> praeponit C.

m. eo inf. C.

n. botyri hic et al. C.

o. et C.

p. si C.

q. ieiunis om. C.

r. foenugr. edd. a. G.

s. siccae om. S.

t. siccati et inf. C.

vini sextariis additoque<sup>v</sup> passi sextario vno femis<sup>x</sup> pariter agitabis, et vni equo ieiuno ante lucem bina cornua  
 5 per os dabis<sup>y</sup>, donec omnem ebibat<sup>z</sup> potionem<sup>a</sup>. Curam quoque non parum profuisse experimenta docuerunt hac ratione compositam. Fabae frixae sextarium sine sale decoques, addesque eo<sup>b</sup> seui hircini resoluti vncias tres, butyri vncias quinque: in mortario deteres  
 6 vniuersa. Praeterea foeni Graeci sextarium bene purgatum feruere facies, primamque aquam inter initia feruoris<sup>c</sup> effundes, addesque aquae sextarios quinque, pinguiissimas Caricas viginti, et glycyrrhizae<sup>d</sup> vncias quatuor<sup>e</sup>, pariter decoquas, donec aqua ad quatuor<sup>f</sup>  
 7 sextarios redigatur. tunc<sup>g</sup> in mortario deteris foenum Graecum, glycyrrhizam<sup>h</sup> et Caricas, miscesque cum faba, superfundis etiam calidam<sup>i</sup>, in qua Caricae cum caeteris coctae sunt: contemperatisque<sup>k</sup> omnibus, si liquor spissior fuerit, tantum passi addes, vt per cornu facile possit exire: diebus plurimis ex eo per os singulos sextarios tussientibus dabis.

X. Cossos<sup>a</sup>, vermes, vel tineas caeteraque animalia ventris extinguit; si heminam cineris ex oliuae<sup>b</sup> ligno viridi collecti cum hemina olei viridis per tri-  
 2 duum dederis<sup>c</sup> ad cornu. Alia quoque confectio, sed<sup>d</sup> quae saepe mortiferam liberat passionem. pulueris<sup>e</sup> fantonici, itemque<sup>f</sup> absinthii Pontici, nec non lupini crudi, et herbae centaureae, et erui pollinis, et femi-  
 nis

v. addesq. C.

x. femis om. S. M.

y. defundes C.

z. bibat C.

a. Potionem ad sequentem periodum refert S.

b. eo inf. C.

c. feruores edd. a. G.

d. lyricigiae C. Vulgo liquiritiae.

e. 3. C. X. S.

f. Ita pro tres S. M. et C.

g. sic C. tunc om. al.

h. cum Caricis et lyricigia C. cum caricis et requilitia missisque Goth.

i. caldam C.

k. sic C. comparatisq. al.

Cap. X. a. Ad Cossos C.

b. solibe ligno viride collecto C.

c. dederis ad cornum C.

d. sed aquae S. eadem quia C. quae eadem S. M.

e. puluerem C.

f. it. abs. Pont. om. C.



nis raphani binas vncias mittis, addisque cornu cervini vnciam<sup>g</sup>, sinopidis Pontici<sup>h</sup> pastillos tres, opopanacis femiunciam, vini tenetani<sup>i</sup> vel alterius austeri sextarios duos, olei viridis sextarium, quae tepefacta ita animali defundis, vt per os cornu accipiat, in cliuo<sup>k</sup> constitutum, quatenus succus facilius ad interiora perveniat. Postero die idem animal pronum constituatur<sup>3</sup> in cliuo, et per clysterem intestino<sup>l</sup> illius tepidae potionis sextarius ingeratur<sup>m</sup>, quatenus alternis diebus ex utraque parte iniecta potio coagulare<sup>n</sup>, quod appellatur, possit infundere, in quo illae noxiae bestiolae congregantur<sup>o</sup>, et pertuso ventriculo excruciatia doloribus animalia perimunt<sup>p</sup>. Est et tertia confectio non<sup>4</sup> minus valida: Radicis capparisi Siculi, vel baccas lauri<sup>q</sup> cum foliis ad vnam libram deteris, pariterque<sup>r</sup> commisces, addisque<sup>s</sup> aceti sextarios duos. Quod medicamentum interdum per os (sicut superius<sup>t</sup> dictum est) interdum per intestinum iniicis animali, vt internos hostes potionis austeritate consumas.

XI. Aduersum omnia genera morborum salutaris confectio praeparanda est, vt inter ipsa initia ex conditis possit occurri. Cassa<sup>a</sup> est enim medicina quae  
fera

g. opii sem. inf. C. (apii seminis vnciam) inf. S.

h. pro Ponticae.

i. tenibati C. territani Goth.

k. declini S. M.

l. intestino inf. S.

m. inrigetur C. vt per clystere—  
inrigetur Goth.

n. longanionem S. M. quam gu-  
lare Goth.

o. congregatur C. et S. M. Vulgo  
coguntur.

p. sic C. et S. M. pereunt al.

a. G.

q. lauri inf. C.

r. par. comm. om. C.

s. eo sext. turis, capparisi emin.  
[h. e. heminam] quoque seminis co-

riandri, et emin. turcii et emin. se-  
minis erucae deseres pariterque inf.  
C. (sextarium vini, capparisi hemi-  
nam, et seminis erucae, tere simul,  
miscere addeus aceti H—S.) inf. S.  
cum foliis ad vnam libram datis  
addisque inuis capparisi heminam,  
seminis coriandri, eminam nasturtii  
et eminam seminis erucae, deteris  
pariterque commistis addis aceti etc.  
Goth.

t. superius om. C.

Cap. XI. a. Sic S. M. Cassa  
enim medicinae quaerenda est aliae.  
Margo tamen Fabr. habet cassa.  
Corb. Cassa est enim med. quae  
seruanda est. Goth. Cassa enim nec  
materia neque sera.

fera est. Myrrhae troglodytis<sup>b</sup> libram, turis masculi libram, mali Punici corii<sup>c</sup> tunsi selibram, piperis vncias tres<sup>d</sup>, croci vncias tres, acaciae rufae selibram, Cadmiae<sup>e</sup> botryodis selibram, resinae<sup>f</sup> vstae selibram, absinthii Pontici<sup>g</sup> selibram, pulueris serpylli selibram, betonicae<sup>h</sup> selibram, centaureae selibram, sagapeni selibram, saxifragae selibram, peucedani selibram. Quae omnia bene tunsa et cribrata [in<sup>i</sup>] mellis optimi tribus sextariis misces, et ad carbones leniter<sup>k</sup> paululum coquis, post in vase stanneo vel vitreo condita<sup>l</sup> seruas, ex qua confectione morbidis etiam<sup>m</sup>, si feбриunt, ad<sup>n</sup> diem singula cochlearia maiora<sup>o</sup> cumulata cum hemina aquae tepidae et olei floris tribus vnciis dabis. Quod si absque febre sunt morbidi, vel conualescere iam<sup>p</sup> coeperint, cum vino et oleo plurimis diebus dabis, donec animal liberetur. Quam validissimam et approbatam<sup>q</sup> noueris potionem.

XII. Suffimentorum compositio fascinum pellit, lustrat animal, fugat daemones, submouet morbos. Odor<sup>a</sup> namque fumi ac spiritus per os ac nares ingrediens penetrat ad viscerum<sup>b</sup> omnes recessus ac curat saepius loca, quae potiones non potuerunt curare<sup>c</sup>. Sic<sup>d</sup> tussis etiam in hominibus suffimentorum vapore pra-

b. Vulgo deest. troclitis inserit Corb.

c. Vulgo libram. Corb. corium tunsum selibram.

d. sex C.

e. cathiniae butyotis F. S. et in marg. Casimiae. Casimiae botryti C. brutotis Goth.

f. res. vstae om. S. M. aes vstum C. perustum Goth.

g. Pontici om. C.

h. Vettonicae C.

i. in om. C.

k. leniter edd. a. G.

l. recondita C.

m. animalibus si etiam C. etiam inf. ex S.

n. diebus singulis S. M.

o. minora C.

p. sic C. etiam al.

q. probatam C.

Cap. XII. a. odoris n. fumus C.

b. sic et S. M. viscerum al. a. G.

c. nec tangere inf. S. M. potio potuit Goth.

d. Sic tussis etiam in omnibus suffimentorum praecipue vapore sanantur C. sicut etiam in hominibus suff. vapore pr. sanatur S. M. Vulgo erat: Etiam in hominibus suffimentorum vapor praecipue sequitur.

praecipue sanatur. Denique<sup>e</sup> desperatos et periculosissimos morbos auctores<sup>f</sup> mulomedicinae adferunt non ex pabulo<sup>g</sup> aut aquarum vitio sed aeris corruptione descendere<sup>h</sup>. Et ideo facilius languorem, quem pestilens morbus<sup>i</sup> ingessit, suffimenti<sup>k</sup> salubri curatur afflatu. Cuius talis est compositio: Sulphuris viui libram, bituminis Iudaici libram, opopanacis<sup>l</sup> vn-  
ciam<sup>m</sup>, galbani selibram, castorei selibram, aeris<sup>n</sup> crudi selibram, albitis selibram, salis Ammoniaci vncias tres, rasurae cornu ceruini vncias tres, sino-  
pidis<sup>o</sup> vncias tres, gagatis foeminae vncias tres, lapi-  
dis gagatis masculi vncias tres, lapidis haematitis<sup>p</sup> vn-  
ciam vniam, lapidis sideritis vnciam vniam, lapidis argyritis vnciam vniam, caballiones marinos septem, stellas<sup>q</sup> marinas quatuor, pilas<sup>r</sup> marinas septem, cau-  
das<sup>s</sup> marinas septem, vngues marinos septem, vuae marinae vncias tres, medullae<sup>t</sup> tediae pineae pondera<sup>v</sup>  
tria, cedriae pondera<sup>v</sup> tria, picis liquidae pondera<sup>v</sup>  
tria, ossa sepiae septem. haec ficcata pariter deterun-  
tur atque miscentur. ex quibus vnum cochleare, cum<sup>x</sup> 4  
opus fuerit, viuis carbonibus aspergis, et cooperto<sup>y</sup>  
capite, vt fumum per os naresque fuscipiat, animal  
suffis. Quod suffimentum praeter curam iumentorum,  
sanat

e. de quibus C.

f. aut sicut mulo medici edd. a. G.

g. nobiscum C.

h. stabuli C.

i. descendentes edd. a. G.

k. ventus ingesserit C.

l. suffimentorum salubri curatur  
adflatu. Cuius talis est compositio.  
Sulph. C. suffimentorum Goth. Vul-  
go erat: suffimenti huius curat af-  
flatus. At talis compositio suffimen-  
torum.

m. apop. C.

n. vnciam om. C.

o. Vulgatum ciceris crudi — al-  
bitis selibram om. C. aeris crudi sel.  
sulphuris vniam, therbintinae sel.

salis S. M. Margo Fabr. aeris  
vsti.

o. lapidis gagatis foeminae et ma-  
ris ana vnc. tres S. M. lapidis da-  
gatis masculi vnc. 3. lapidis galactis  
vnc. lapidis ematitidis vnc. 3. C. vnde  
masculi inserui.

p. Vulgo ematitidis.

q. scillas C. stincos, caballos ma-  
rinos ana vnc. VII. S. M.

r. sic C. pallas al. a. G.

s. caud. mar. VII. om. C.

t. medullam C. modullae edd. pi-  
nene, cedriae ana pond. 3. S. M.

v. lib. C.

x. si C.

y. operto C.

fanat incurrentes<sup>z</sup> hominum passiones, grandinemque depellit, daemones abigit<sup>zz</sup> et laruas.

XIII. Quadrigarium puluerem vocant, qui ex diuerso pigmentorum genere mixtus et per se adiuuat animalia, et aliis potionibus pro modo vel curae ratione<sup>a</sup> miscetur. Huius Chiron<sup>b</sup> talem compositionem saluberrimam credit<sup>c</sup>. Tracanti pondera tria, aloës<sup>d</sup> vncias sex<sup>e</sup>, myrrhae vncias sex et  $\text{ʒ}^f$  I, costi vnciam vnam et  $\text{ʒ}^f$  I, amomi<sup>g</sup> vnciam vnam et  $\text{ʒ}^f$  I, cassiae<sup>h</sup> vnciam vnam et  $\text{ʒ}^f$  I, gentianae<sup>i</sup> libram vnam, aristolochiae libram, centaureae libram, betonicae libram<sup>k</sup>, saxifragae libram<sup>l</sup>, samfuci libram, opii<sup>m</sup> libram, abrotani libram, eupatorii vncias sex, cardamomi vncias sex, folii vncias tres, spicae nardi vncias tres, spicae Celticae vncias sex, asari libram, dauci vncias tres, castorii vncias sex, opopanacis vncias sex, galbani vncias sex, struthii<sup>n</sup> vncias sex, panacis radicis vncias sex, liquiritiae<sup>o</sup> vncias sex, aristolochiae longae vnc. III. absinthii<sup>p</sup> fasces tres, succi herbae peri-

z. et incurstantes C.  
 zz. abicit et umbras fugat C.  
 daem. alligat Goth.  
 Cap. XIII. a. Ita pro curatione C.  
 b. Cyro C.  
 c. dedit C. S. M.  
 d. aloës S.  
 e. septem S. M.  
 f. et  $\text{ʒ}$  I. om. C.  
 g. Armoniacci edd. nobisc. C.  
 Anomi, myrrhae, costi, cassiae ana vnc. VII. S. M.  
 h. cassiae S. M.  
 i. gentianae, aristolochiae, meliloti, cent. beton. saxifr. cynaritos, sinapis succi, hyssopi, abrot. ana lib. I. Eupatorii, cardamomi ana vnc. VI. folii, spicanardae, ana vnc. III, spicae Celticae vnc. VI, asari lib. I. dauci vnc. III, Castorei opopauacis, Galbani, stricii, radicis panacis ana vnc. VI, liquiritiae aristolochiae longae ana vnc. III, ab-

sinthii fasciculos III, succi peristercon cyathos duos, radicem peristercon vel foliorum pulueris vnc. VI. Haec etc. S. M.  
 k. meliloti lib. I. inf. C. meliloti pro aristologiae Goth.  
 l. scynoanthis lib. I. C. h. e. schoenuanthis. Goth. inserit yriantes libr.  
 m. ysopi C. h. e. hyssopi.  
 n. Vulgo stratii.  
 o. licingiae C. glycyrrhizae verum. requiliae Goth.  
 p. aristolochiae longae vnc. III, absinthii fasc. III, succum herbae peristeriae cyathos duos, radices vel surculos ipsius, herbae peristerconis siccas et cribratas dracmas 6. Haec omnia C. Aristologiae vnc. 3. inserit etiam Goth. Vnde addidi. Deinceps vulgo erat: peristeriae siccae et cribratae vncias quinque, haec omnia etc.

peristereonis cyathos duos, radices vel furculos ipsius herbae peristereonis ficas et cribratas drachmas 6, haec omnia pariter conteres, et diligentissime<sup>q</sup> in vase vitreo vel stagneo seruabis. Pelagonius vero<sup>r</sup> quadri-<sup>3</sup>garii pulueris eiusmodi composuit confectionem: Cinnamomi, spicae Syriacae, spicae Indicae, croci Siculi, myrrhae Troglodytis, schoenanthi<sup>s</sup>, piperis nigri, piperis longi, mannae<sup>t</sup> croci, betonicae, cassiae nigrae, triflaginis<sup>v</sup>, folii, nardi, lentisci<sup>x</sup>, cepae Indicae, (nardi<sup>y</sup>, storacis,) acori Pontici<sup>z</sup>, turis masculi, irifillyricae, thymi Cretici, piperis albi, calami aromatici<sup>a</sup>, asari Pontici, petrosilini, mannae croci, mali terreni, gentianae, rosae aridae, cassiae fistulae, enulae: omnia aequis ponderibus pro modo animalium misces, conteres, cribras, in pyxide<sup>b</sup> vel vitreo dolio condis, et cum opus fuerit singula cochlearia vel amplius, si vires animalium<sup>c</sup> patiuntur, iumentis singulis dabis, addito vino et oleo. Interdum aliis potionibus misces, si ratio artis vel cura mandaverit. Absyrtus quadrigarium puluerem hac ratione<sup>4</sup> composuit: Folium, spica nardi, crocus, piper album, piper longum, piper nigrum, opopanacis radix, cassia dasnitis<sup>d</sup>, cassia marmalitis<sup>e</sup>, cassia<sup>f</sup> nardina, irifillyrica, apii semen, malum terrae, peucedanum, fabina<sup>g</sup>, gentiana, herba<sup>h</sup> rosina, thymum, myrrha, trixago<sup>i</sup>, costum, tus masculum, gesse mantium,

q. diligenter seruabis C.

r. quoque C. Hinc reliqua om. S. M.

s. Vulgo scienci. Corb. scinoatos. Goth. scoeni.

t. Xylocinnamomi cassiae, betonicae, cassiae nigrae Corb. Vulgo ante Gesn. erat catiae.

v. tapraginis Go.

x. Ita pro lentici C. Goth.

y. nardi stor. om. C. paulo antea vulgo cepe Indici.

z. meum addit C.

a. Syriaci C.

b. pixidem vel vitreum doliolum condes C.

c. animalium addidi ex C.

d. ante Gesn. erat nidasantis qui ex Corb. dedit dasnita. Vulgo etiam bis cassiae erat.

e. asmalitae C. masmalitem Go.

f. cassiam nardinam, yrifillyricam Corb.

g. radicem herbae Sabinae C.

h. herbam clerusimam, pernam C. herba rasina Goth.

i. traxaginem C.

tium<sup>k</sup>, malum Punicum, calamum aromaticum, rosa sicca, ruta agrestis, petroselinum, aristolochia longa, amomum, calamum Syriacum, herba Artemisia. haec omnia pro numero animalium praeparas, aequis ponderibus misces<sup>l</sup> et tundis, cribratasque<sup>m</sup> seruabis ad diuersas passiones.

XIV. Causticum humectata siccat, laxata constringit, luxata<sup>a</sup> reparat, laesa confirmat. Huius Chiron<sup>b</sup> talem compositionem demonstrat<sup>c</sup>. Bituminis Iudaici pondera duo, bituminis Apollonii pondera duo, mannae<sup>d</sup> turis uncias sex, bdellii<sup>e</sup> Arabici uncias duas, medullae<sup>f</sup> ceruinae pondera duo, propoleos<sup>g</sup> uncias duas, galbani uncias duas, guttae storacis uncias duas, cerae communis pondera duo, resinae cauealis<sup>h</sup> libram vnā, visci Italici uncias tres, apochymatis<sup>i</sup> uncias duas, succi hyslopi uncias duas, guttae Ammoniacae<sup>k</sup> uncias duas, picis Brutiae<sup>l</sup> libram. [liquefacienda<sup>m</sup> liquefac, puluerem aliorum addens agita et coque, ut sit vna substantia; quo vteris aduersus vesicas et suffusiones, quae nascuntur in genibus et tibiis et nodis et articulis: et glandulas et ossilaginem curare creditur.]

Pela-

8111

113

k. gessmante cunem iuncanicum punicum C.

l. Ita C. pro intermiscet.

m. Ita C. pro cribrasque et seruabis, aduersus passiones vsurus.

Cap. XIV. a. Ita pro parat C. et Goth. in quibus tamen est laxa. reparat etiam coniecerat Cl. Morg. IV, 50.

b. Cyron C.

c. demonstravit. Sulfur Ind. C.

d. Smyrnae et turis ana vnc. VI, Bdellii vnc. II, Cerae propoleos vnc. II, opponacis vnc. II, castorei, galbani, styracis ana vnc. II, medullae ceruinae pondo II, axungiae pondo II, resinae pond. II, terebinthinae lib. I, resinae abietis lib. I, visci vnc. III. S. M.

e. videllae Arabicae C. conf. 3, 28, 4.

f. cerae propolis vnc. 2, apopanae vnc. 2, castorei vnc. 2, galbani vnc. guttae storacis vnc. 2, medullae ceruinae p 2, cerae communis p 2, axungiae p 2, resinae fraxae p 2, resinae terebinthinae lib. I, resinae secuminae lib. I, resinae abiales lib. I.

g. propulei edd. propolei Goth.

h. cabialis edd. a. G.

i. apoxina edd. a. G. apocima C. M. nobiscum ipse C.

k. Armon. edd. a. G.

l. brittiae C. britiae al. nos sequimur rationem et Morg. IV, 64. Gesn.

m. inclusa inf. S. M.

Pelagonius causticum, quod suffusiones vesicasque sic-  
 caret in genibus vel articulis, hac ratione composuit:  
 Ceræ Punicae<sup>n</sup> libram, resinae pondera duo et semis,  
 galbani vncias tres, asphalti Iudaici pondera duo,  
 myrrhae secundariae pondera duo<sup>o</sup>, bituminis libram,  
 Ammoniaci<sup>p</sup> vncias sex, costi vncias sex. Verum<sup>3</sup>  
 caetera decoquis in cacabo fictili nouo, quae<sup>q</sup> cum  
 refrixerint, addis asphaltum et Ammoniacum et costum  
 pro mensura, qua scriptum est, tritum ad modum  
 farinae, et agitabis, et iterum coques, vt sit vna sub-  
 stantia; quo vteris aduersum [venas<sup>r</sup> et] vesicas et suf-  
 fusiones, quae nascuntur in genibus aut in tibiis aut  
 internodiis<sup>s</sup> aut in<sup>t</sup> articulis, vsque eo vt etiam<sup>v</sup> ossi-  
 laginem curare credatur<sup>x</sup>. Malagina quoque causti-  
 cum hac voluit ratione componi. Picis pondera duo,  
 ceræ pondera duo, galbani vncias tres, resinae libram,  
 adipis taurinae pondera duo, bdellii<sup>y</sup> vncias septem,  
 huris<sup>z</sup> pollinis vncias tres, resinae terebinthinae vncias  
 sex, visci pondera duo, glutis<sup>a</sup> vncias tres. Absyr-  
 us huiusmodi causticum ad<sup>b</sup> curam glandularum<sup>c</sup>:  
 resinae frixae vncias tres<sup>d</sup>, picis duræ vncias tres, bitu-  
 minis Iudaici vncias tres, euisci<sup>e</sup> vncias tres, galbani  
 vncias tres, bituminis Graeci vncias tres. haec omnia  
 in

n. Ponticae C.

o. visci Campani p 2. inf. C.

p. Amon. C. armon. al. Vnde  
 isti sumus Armeniacum hic et  
 aliis aliquot locis reponere, quod  
 est pigmenti genus ad Mala-  
 nas in primis commendetur.  
 esn. Deinceps Goth. verum  
 am.

q. quae c. refrixerint C.

r. venas et om. C.

s. internodis C. h. e. internodiis.

t. in om. C.

v. etiam inf. C.

k. sic C. credantur ab.

y. videllae vnc. 3. C. bidellae  
 Goth.

z. thur. p. v. 3. om. C.

a. guttae C.

b. Ita C. pro hac ratione compo-  
 suit.

c. Ita pro glandularis C.

d. resinae astuosae (quid si E-  
 truscae de qua Diosc. I, 92.) vnc. 3,  
 resinae terebinthinae vnc. 3, ceræ  
 vnc. 3, picis duræ vnc. 3, bitumi-  
 nis Iudaici vnc. 1, dauci vnc. 3,  
 bituminis Graeci vnc. 3, galbant  
 vnc. 3.

e. visci coni. Morg. IV, 42.

in vino<sup>f</sup> decoquis, bitumen vero contundis, et superimmittis<sup>g</sup>.

XV. Compositio malagmae ad tumores<sup>a</sup> nervorum. Galbani vncias duas, resinae libram, Ammoniacy felibram<sup>b</sup>, picis Brutiae<sup>c</sup> felibram, cerae libram<sup>d</sup> olei quod temperare possit. Item malagma ad tumores duros et veteres. Galbani libras duas, Ammoniacy felibram, resinae terebinthinae felibram, opopanacis libram, storacis libram, cerae rufae libram, bdellii<sup>e</sup> libram, piperis albi vnciam vnam, baccae lauri libram, piperis longi vnciam vnam, picis Brutiae<sup>c</sup> felibram, olei irini quantum<sup>f</sup> sufficit.

XVI. Collyrium fistulare, quod conficitur, ut immittatur in fistulas vulnerum, quae ab initio curatae fuerint negligenter. Formatur autem ad<sup>b</sup> mensuram ipsius fistulae, ut, cum immixtum fuerit, eandem possit implere, ut celerius [iam<sup>c</sup>] consumpta duritiam caro viua ducat solidam cicatricem. Misy libram, feculae libram, aeruginis libram, chalcitis libram, cymini vncias sex, teres cum aceto et collyria facies.  
 2 Item aliter componitur collyrium fistulare: Misy, aeruginis, chalcitis libras singulas, mellis vncias sex, loquichitis<sup>d</sup> pondera duo, coquas<sup>e</sup> ex vino veteri pastilleque inde<sup>f</sup> facies fistulis inferendos.

XVI

f. vnum C.

g. superimittes C.

Cap. XV. a. tumorem nervorum.

Galb. C. pro duros etiam nervorum

S. M. Vulgo duros et veteres.

b. lib. i. C.

c. sic S. M. brittinae C. britinae al. In Goth. gongitis. Vulgo zungiers buriie Goth.

d. felib. C.

e. videllae C.

f. quod satis est C. olei immixtum Goth.

Cap. XVI. a. immittatur, b. et C.

b. in C.

c. iam om. C.

d. lactis F. M. S. M. longitudo

In Goth. gongitis. Vulgo zungiers

e. coques cum C.

f. inde oim. C. Deinceps Goth. infunditur.



XVII. Compositio malagmae crudae. Calcis viuae libras duas, sinapis<sup>a</sup> Alexandrini libram, ficus<sup>b</sup> siccae uncias sex, axungiae quantum<sup>c</sup> sufficit, immisce<sup>d</sup>, contundis, et vteris.

XVIII. Compositio sychrismae. Cerae rufae<sup>a</sup> pondera duo, resinae frixae pondera duo, olei laurini libram, sepi taurini libram, axungiae libram, medullae ceruinae libram, olei<sup>b</sup> Cyprini, aeruginis, hyssopi, axungiae veteris libras singulas: haec omnia<sup>c</sup> pariter ad carbonem decoquis<sup>d</sup> et vteris.

XIX. Traumaticum medicamentum curationi vulnerum valde conuenit. Nam absunta<sup>a</sup> putredine viuum carnem ad sanitatem reducit<sup>b</sup>. Huius est talis compositio. Misij libram, chalcitis pondera duo, aeruginis libram, pariter colabis, et supra tegulam<sup>c</sup> in igne<sup>d</sup> pones, et coques vt rubeum fiat. Post in mortario teres, et ad similitudinem farinae puluerem facies. Deinde duos sextarios mellis in olla noua coquis cum<sup>e</sup> vino, et cum feruere<sup>f</sup> coeperit, adicies<sup>g</sup> puluerem supra scriptum, agitabis, et pariter decoques: refrigeratoque ad cancrumata et<sup>h</sup> plagas vel<sup>i</sup> famices ad cicatricem reducendas vteris. Traumaticum quo-

S a

que

Cap. XVII. In hoc et proximo capite, quae lemmatis locum occupant ad contextum ipsum edire, h. e. in locum suum, iussi. Gesn.

a. sic C. qui firmat adeo constructionem Cl. Morgagni IV, §I. ante Gesn. erat *sinopidis*.

b. *picis* C.

c. *quod* C.

d. et *unum contundes* C. in *unum* Goth.

Cap. XVIII. a. *Afrae* C.

b. *olei Cypr. lib. 5, aeruginis*

b. I, *axungiae vet. lib. vnam* S. M. *hyssopi* mentio mihi displicet.

c. *omnia om.* C.

d. *coques* C.

Cap. XIX. a. *consumta* S. M.

b. *adducit* C.

c. *tegulas* C.

d. Ita pro *ignem* C.

e. *cum vino om.* C.

f. *bene* C. forte fuit *ferbere*.

Gesn.

g. *adiicies* inf. C.

h. *cancrumata, plagas* C. *cancrumatiam et pl.* Goth. Vulgo *cancrumatas plagas, ad famicem et cicatrices*.

i. et *famicem vel ad cicatricem* C. *famicem* Goth.

que hac ratione componitur: Misy, cadmiae<sup>k</sup>, aloës<sup>l</sup>, acori libras singulas, aeruginis libras duas, chalcitis libram, mellis libras duas in olla noua decoques, refrigeratoque vteris.

XX. Malagmae quoque istiusmodi<sup>a</sup> compositio approbata<sup>b</sup> est. Mellis libram, galbani, storacis<sup>c</sup>, bdellii<sup>d</sup>, piperis albi singulas libras, Ammoniâci pondera duo, medullae ceruinae, baccarum lauri ana libram, thuris pollinis vncias duas, sepi caprini vncias quinque.

XXI. Malagmae quoque medicamentum hac ratione componitur: Ammoniâci vncias tres, cerae libram, nitri floris vncias duas, resinae terebinthinae pondera duo, storacis vncias tres, baccarum lauri vncias sex, olei Cyprini vncias tres<sup>a</sup>, olei laurini vncias tres, medullae<sup>b</sup> ceruinae vncias sex, olei rosati vncias tres, adipis aserinae<sup>c</sup> vncias sex, hyssopi vncias quatuor, adipis<sup>d</sup> ceruinae vncias sex, opopanacis vncia sex, piperis albi vncias duas, galbani vncias tres, axungiae veteris libram, aceti acerrimi heminam, thurimasculi vncias quatuor.

XXII. Absyrtus compositionem<sup>a</sup> anacollimatis eius modi composuit et prodidit: Floris nitri sextarium opopanacis vncias tres, croci Siculi vncias duas, piperis

k. Vulgo *cathimiae* legitur. *Cadmiae* C.

l. aloës *cunues lib. I, aerug. etc.* reliquis om. C. *alios rues* Goth.

Cap. XX. a. *basilicae* add. in *lemmate*.

b. *probata* C.

c. *storacis* om. C. *propoleos* substitit. S. M.

d. *videllae* C.

Cap. XXI. Hoc et tria proxima capita om. S. M.

a. *olei ydrini vnc. 3, olei rosati vnc. 3. inf. C. olei irini vnc. aperte* Goth.

b. *medullae* — *vncias 3. om. C. asarinus* C. Voluitne *anserinae* Vegetius?

d. *medullae* C. vid. not. c.

Cap. XXII. a. *compositiones anacollimatis* C.

peris albi vnciam<sup>b</sup>, pollinis turis vncias tres, cochleas contusas decem, bulbos viginti, auellanas viginti, quae omnia contusa et permixta si aceto temperaris<sup>c</sup>, diuulsa coniungis. Efficacius tamen est, si de locis<sup>d</sup> dolentibus emissum sanguinem ipsius animalis addideris. Compositio synchrisinae<sup>e</sup>. Storacis vncias quatuor,<sup>2</sup> Ammoniacy vncias tres, medullae ceruinae vncias duas<sup>f</sup>, olei gleucini<sup>g</sup> vncias sex, olei Cyprini vncias tres, seui taurini vncias tres, resinae terebinthinae vncias quatuor, adipis vrsinae vncias tres, adipis leoninae vncias quatuor, propoleos<sup>h</sup> vncias tres, olei veteris vncias sex, axungiae veteris libram, olei Sabinensis<sup>i</sup> libram, opopanacis, galbani vncias tres. haec ad carbonem lentis vaporibus decoquuntur, et vnctionem saluberrimam praestant.

XXIII. Compositio malagmae crudae talis est. cerae Punicae selibram, Ammoniacy selibram, bdellii<sup>a</sup> vncias tres, storacis vncias duas, sagapeni<sup>b</sup> vncias quatuor, thuris pollinis vncias sex, olei veteris vncias quatuor, propoleos<sup>c</sup> vncias duas, medullae ceruinae vncias sex, sepi taurini vncias duas, resinae frixae vncias duas, adipis vrsinae<sup>d</sup> vncias duas, adipis leonis vncias duas, opopanacis, baccarum lauri, ana vncias duas, olei Cyprini vncias quatuor, gentianae vncias tres, resinae Colophoninae vncias sex, galbani vncias sex<sup>e</sup>. Item alia compositio malagmae: Cerae<sup>f</sup>, Am-

S 3

mo-

- b. semunc. C.  
 c. temperes, deuulsa coniunges  
 d. Ita pro si locis dolorosis C.  
 e. sic C. synchrisinae al. a. G.  
 f. turis pollinis vnc. 3, oleum laurinum vnc. 2, inf. C.  
 g. Vulgo glaucini.  
 h. propulei F. propolini C. propolei Go.  
 i. sic C. et Morg. IV, 52. Saurensis al. a. G.  
 Cap. XXIII. a. videllae C.  
 b. sic C. sagapini al.  
 c. propulei F. populei S. propolis C. propolei Goth. nobiscum Morg. IV, 52.  
 d. vrsini — leonini C.  
 e. resinae terebinthinae vnc. 6. C.  
 f. Cottilae sacrae lib. C.

moniaci ana libram, storacis vncias sex, sagapeni vncias tres, thuris pollinis vncias tres, medullae ceruinae vncias quatuor, opii<sup>g</sup> Hispani vncias duas, propoleos<sup>h</sup> vncias quatuor, sepi caprini vncias sex, galbani vncias sex, picis Brutiae<sup>i</sup> vncias quatuor, resinae terebinthinae vncias tres, resinae frixae vncias quatuor, aceti acerrimi vncias quatuor, olei lentiscini vncias sex, olei irini vncias quatuor.

XXIV. Compositio malagmae ad vligines. Salis Afri libram vnam, bulbi libram, nitrum<sup>a</sup>, sulphuris libram vnam, mysi libras duas, olei libram. his coctis diligenter vteris.

XXV. Compositio malagmae ad neruos. Sulphuris viui, aluminis, resinae, picis Brutiae ana libram vnam, cerae pondera duo, medullae ceruinae libram vnam. haec omnia pariter diu agitas aut verberas.

XXVI. Compositio traumatici<sup>a</sup>. Gallae vncias quatuor, aeris vsti vncias tres, corticis mali Punici<sup>b</sup> vncias tres, misy vncias quatuor, vini vnciam vnam, aceti vncias tres, in olla noua excoquis et vteris.

XXVII. Collyriorum quoque confectioes<sup>a</sup> Absyrti, Pelagonii, Chironisque<sup>b</sup> subiecimur. Ad album enim de oculis tollendum<sup>c</sup> et abstergendum Absyrtus

g. opium Spanum C. Videtur olei verum esse.

h. adipis vsini vnc. 3, apopanaeis (ita solet pro opop) vnc. 2, olei caprini vnc. 3. galbani inf. C.

i. brutiae edd. brittiae C. Brutiae S. M. vid. Morg. IV, 67.

Cap. XXIV. Hoc et duo capp. proxima om. C.

a. nitrum om. F.

Cap. XXVI. a. tragmanti S. M.

b. misy ana drachmas tres, vini, aceti ana vncias tres S. M.

Cap. XXVII. a. Ita pro Compositioes collyriorum dedi ex Corb.

b. Cyronis C.

c. tollendum et om. C.

tus tradidit<sup>d</sup> nuces auellanas<sup>e</sup> purgatas comburi debere donec redigantur in cineres, in mortario deteri, addique eo mannae thuris idem pondus, quae diutissime trita et creta<sup>f</sup> melle optimo<sup>g</sup> adiecto comprehenduntur, et sic inungitur animal. Idem Absyrus eiusmodi collyrium laudat. Piperis albi grana octo, mellis Attici uncias duas, croci uncias duas, sepiae marinae testae<sup>h</sup> diligentissime tritae uncias duas, balsami unciam unam. Pelagonius tale collyrium monstrat. Pariter<sup>i</sup> oleum,<sup>3</sup> sal<sup>k</sup>, resinam, cerussam, opobalsanum, addito melle<sup>l</sup> deteris atque componis<sup>m</sup>, alternis diebus inducis usque ad sanitatem. Nardinum quoque collyrium<sup>4</sup> hac ratione composuit. Viola<sup>n</sup> uncia una, spicae nardi uncia semis, cassiae<sup>o</sup>, myrrhae unciae tres, croci unciae tres, olei Cyprii unciae sex, piperis albi unciae duae, cymini<sup>p</sup> unciae tres. Item alia collyria<sup>5</sup> composuit. opobalsami, croci, myrrhae, salis Hispani<sup>r</sup>, lepidis, ossis sepiae, singulas uncias, cadmia<sup>s</sup> uncias duas, afronitri unciam unam, mellis Attici libram. Chiron etiam vetera glaucomata hac<sup>t</sup> col-

S 4

lyrii

d. tradit C.

e. auell. purgatas comburi debere — deteri, addique eo C. Habet etiam in marg. Fabricianus liber, nitrum, it. al. misceri: sed non indicatur, quo sint referenda. Vulgo erat: auellanas combustas donec — deteres atque.

f. creta inf. C.

g. opt. acetoque mysi libr. i. comprehenditur, et sic inungitur animal C. Vulgo est: comprehendantur — inungatur.

h. sic C. marinae (diligenter statissime.) et rutae unc. edd. a. G. Ego vulgatum ab eo testa — trita correx.

i. Ita Goth. Vulgo propter. Sed Codex Corb. post melle inserit pariter. Gesner male propter

omisit nec tamen alterum substituit.

k. butyrum inf. C. Go.

l. pariter inf. C.

m. componi et a. induci C.

n. Ampalnum unc. i. [quid si ampelimum?] lipidum [an lepidum] unc. i, propolympon [propolis] et yrinan s. irinum forte hic latent] panicum unc. i, spica nardi semunc. C. In Goth. pro violae est antalinii et omittuntur verba croci unc. 3.

o. semunc. inf. C.

p. gummis coni. Morg. IV, 15. ex Veg. 3, 22, 12.

q. compositio collyrii C.

r. Spani C.

s. vid. Morg. IV, 48. cathiniae edd. a. G. casiniae C.

t. eiusmodi C.

lyrii indicat<sup>v</sup> confecione purgari. Cornu bubulum<sup>x</sup> extremum, vbi solidum est, combures, ac<sup>y</sup> thuris masculi puluerem, stercoris quoque humani combusti et salis Ammoniaci pari mensura puluerem facies<sup>z</sup>, piper longum, ossa sepiae, flos aeruginis, vetus vinum, crocum<sup>a</sup>, rutam, pariter detrita commisces, 7 addito optimo melle quod sufficit et inungis. Aliud quoque collyrium simile<sup>b</sup> composuit. Ossa sepiae marinae, crocus<sup>c</sup>, myrrha troglodytis: item sal, ac stercus crocodili, haec omnia pariter ac<sup>d</sup> diutissime deteruntur<sup>e</sup>, et bene trita cernuntur, additoque optimo 8 melle vnctionis<sup>f</sup> vtilitatem animalibus praestat<sup>g</sup>. Licet<sup>h</sup> parua et prope nulla de his, quae diuersi auctores retulerunt, praeterisse<sup>i</sup> doceam, tamen quaecunque videntur<sup>k</sup> probata conscripsimus. Verum ne longior liber confusionem magis legentibus, quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum, illud<sup>l</sup> iterum iterumque componentes, vt diligenti cura passionum<sup>m</sup> occurratur exordiis. Nam etiam incurabiles aegritudines<sup>n</sup>, si praeventae<sup>o</sup> fuerint<sup>p</sup>, medentis<sup>q</sup> arte vincuntur. Inueteratas<sup>r</sup> causas etiam faciles curari saepe non posse legi.

## XXVIII.

v. indicat om. C.  
 x. sic C. bubulinum G. bubulini edd. a. G.  
 y. (et terebit) inf. S. ac deteres. Turis quoque masculi puluerem inniges. Stercoris quoque combusti C. ac dens masculique Goth.  
 z. myrrham inf. C.  
 a. crocus; ruta edd. Sed ne sic quidem cohaeret oratio. Gesn.  
 b. semel C.  
 c. crocum, myrrham trigonitem, salis Ammoniac. stercus C.  
 d. ac om. C.  
 e. teruntur C.  
 f. et in vnctionibus vtil. C.  
 g. In huius libri fine monemus inf. C.

h. aut parua aut C.  
 i. sic C. (praeterissent) doceamus  
 al. a. G.  
 k. videntur proba C.  
 l. aliud iterum verumque edd. Sed elegantius C. ex Aeneid. III, 435. quod vidit etiam Morg. IV, 52. Gesn.  
 m. in passionibus C.  
 n. valetudines C.  
 o. sic C. praesentes edd. a. G. recentes coni. Morg. IV, 53.  
 p. vi inf. edd. a. G.  
 q. medendi C.  
 r. Inueteratae causae, quae etiam facile curari solent, saepe non possunt C. et Goth.

XXVIII. Cephalicum, quod facit ad omnia vulnera difficilia claudenda et supplenda: Herbae panacis radices, thus masculum, myrrham, pollinem erui, rosae folia arida bene trita cribrata. hic puluis confectus difficilia vulnera claudit ac curat. Nunc<sup>a</sup> etiam si melle decocto et huic medicamento mixto collyrium facias, et altis sub vulneribus fistulae subiicias, citius supplere et sanare cogit. Medicamentum consuetum,<sup>2</sup> in vsu quotidiano necessarium, propter compendium et moras ita facies: aeruginem, chalcitem, aeris florem, aes vstum, haec bene trita et cribrata aequo pondere catastaticum faciunt, quod carnem supercrescentem comedendo effouet<sup>b</sup>. Hoc idem cum aceto et melle decoctum ad mellis crassitudinem, facies medicamentum, quod facit ad omnia vulnera et caneros elympidanda et ossa scabrosa. Chlor<sup>a</sup> medicamentum,<sup>3</sup> quod facit ad omnia vulnera complete lympidanda vel sine difficultate claudenda. ceram<sup>c</sup> punicam, resinam terebinthinam, medullam ceruinam, aeruginem, oleum, ita conficies quantum sufficit. Tetrpharmacum,<sup>4</sup> quod facit ad omnia vulnera elympidanda et velocius curanda<sup>d</sup>. Adipem taurinam, ceram, picem, oleum. Igitur medicamentum, quod supra dixi, cataloticum est. Lycium<sup>e</sup>, quod facit ad omnia vulnera sordida<sup>5</sup> et canerosa: Amurcam, salem, acetum: his mixtis quantum volueris ad crassitudinem mellis vteris. Offi-6  
S 5 culare

Cap. XXVIII. Quae sequuntur, non videntur Vegetii; qui opus suum conclusit modo: sed a studioso vno pluribus adiecta. Gesn.

a. forte *Hic. G. commixto — factum altis — fistulis subiectis — complere in Goth.*

b. vox mihi suspecta, sed qua commodiorem non comminiscor. Gesn.

c. Ita editio princeps. Male Gesn. omisit *ceram* quod tamen vocabulum deesse suspicabatur.

d. Editiones ante Gesn. inserunt: *Valde per hoc medicamentum cataloticum*, quae omisit Gesner. Editio princeps asteriscum apposuit, in Goth. hic et paulo post est *cataloticum*. Correxerit Gesner.

e. Vulgo *Glicium*.

culare<sup>f</sup> medicamentum, quod facit ad omnia ossicula, et clauus<sup>g</sup> quo loco factus si deiiciendum volueris<sup>h</sup>: Picem liquidam, axungiam veterem, aeruginem bene tritam et admixtam, colas bene coctum, post decoctionem supra scripta purgat vulnera diligenter. Stypticum, quod facit ad omnia vulnera humecta et fungos<sup>i</sup> exsicccandos. Alumen scissum, gallas minores, cortices mali granati, subcorticem de ipsa arbore. haec omnia trita, puluis ipsius vulneribus exsicccandis valde prodest. Medicamentum quod facit ad omnia vulnera claudenda: Absinthium, sinopidem, lepidam<sup>k</sup>. haec tria bene commixta faciunt medicamentum siccum, quod ad omnia vulnera prodest. Anapleroticum<sup>l</sup> medicamentum, quod facit ad omnia caua supplenda: Pollinem thuris, pollinem erui<sup>m</sup>, lepidam<sup>k</sup>. haec bene trita medicamentum faciunt ad supplenda vel elympidanda vulnera. Ad oculorum rupturas et tuniculas servandas prodest, si fel caprinum lacti caprino misceatur, et sic penna nigra oculi inungantur. Ad oculorum album siue glaucomata sic facies: vini sextarios 4, gari floris sextarium vnum, mellis vncias 4, pariter decoquis et vteris. Ad recentem<sup>n</sup> oculorum<sup>o</sup> percussum: Croci, myrrhae, thuris masculi, gummi, medullae veruecinae, anagallici succi, mellis, cardami, binas vncias. Synchronisma. Cerae rufae pondera 2, axungiae pondera 4, opopanacis vncias 2, olei veteris pond. 2, galbani vnc. 3, myrrhae pond. 4, Armeniae<sup>p</sup> pond. 3, olei Cyprini pond. 4, medullae ceruinae

f. Ita Gesner pro ossiculare.

g. Vulgo *dasfcus* q. l. factum  
Goth. *clarifcus*.

h. Goth. inserit: *nodicancilua*.

i. Ita pro *fungos* Gesn. et  
Goth.

k. Gesner malebat *lepida*.

l. Vulgo *Implectoricum*. Goth.  
*anaplectoricum*.

m. Vulgo *herbi*.

n. Ante Gesn. *recentem*. Dein-  
ceps vulgo *oculare*.

o. *anacardini* Goth.

p. Ante Gesn. *Armoniae*, Goth.  
*Aromonia*.



nae pond. 2, hyssopi pond. 2, storacis pond. 4, olei  
 lentiscini pondera 4. Synchronisma<sup>q</sup> ad alia genera. 12  
 Galbani pond. 2, opopanax pond. 1, cerae pond. 4,  
 medullae ceruinae pond. 3, thuris masculi pond. 2,  
 piperis albi pondus 1, resinae terebinthinae pond. 3,  
 storacis pond. 1, adipis anserinae pond. semis, euphorbii  
 vncias 6, adipis leoninae, mellis, castorei, libras sin-  
 gulas, olei myrrhae lib. 2, olei lentiscini pond. 2,  
 olei Syriaci lib. 2, olei veteris lib. 2, olei melini<sup>r</sup> pon-  
 dera 2, olei storacis pond. 2, opii pond. 3. Liparia<sup>s</sup> 13  
 sic facies. Spumae argenti pondus 1, cerussae vncias 2,  
 vini sextarios 3, olei pondus 1, et semis. omnia con-  
 ficias, et sic vteris. Liparia<sup>s</sup> alio genere sic facies: 14  
 Spumam argenti, cerussam, thus masculum, acetum  
 album, oleum. haec omnia in vnum conteres, et cum  
 vino melicrato admisceas; et sic vteris. Traumaticum 15  
 sic facies: Chalcitidis pond. 1, misy pond. 1 semis,  
 aeruginis vnciam 1, stercoris columbini pond. 1, ad-  
 arcis vncias 3 et scrupulos 3, decoquis vna, et sic vte-  
 ris. Item alio genere ad phlegmonas<sup>t</sup> tollendas:  
 Sinapis Alexandrini vnc. 6, fici Afrae vnc. 3, axun-  
 giae veteris vncias 6, aceti scrup. 3. Item Trauma- 16  
 ticum<sup>v</sup> alio genere ad verrucas tollendas: Floris chal-  
 citis vncias 2, nitri vncias 2, safari<sup>x</sup> vncias 3, aceti  
 heminam. Item alio genere ad suffraginosos: Aeru-  
 ginis, alumini ana pond. 5, herbae sideritis, [ferra-  
 riae] pond. 1, aceti acris<sup>y</sup> sextarium vnum. Ad 17  
 phlegmonas<sup>z</sup> discutiendas: Radicis<sup>a</sup>, erui, axun-  
 giae, aceti acris, linis in linteo, et sic vteris. Causti- 18  
 cum

q. Synchronisma om. S.

r. Vulgo mellini. Videtur a  
 cydoneis dici, vt familia compo-  
 sita vocabula μηλόμελι etc.

s. Vulgo Lipparia.

t. Vulgo flegm.

v. traumatic. om. S.

x. an asari? Diosc. I, 9. *ἀμ-  
 γνυνται καὶ μόροις.* G.

y. Vulgo acris.

z. Vulgo flegmonas.

a. radicis erui iungere malebat  
 Gesner.

cum ad neruos crassos, vel quaecunque in notitia sunt: Galbani, opopanax, medullae ceruinae, resinae terebinthinae, Armeniaci, propoleos<sup>b</sup>, violae, thuris pollinis, bina pondera, resinae frixae pondera 5, bituminis p. 3, picis durae pond. 5, resinae pituinae pond. 5, cerae pond. 5, olei cerini pond. 3, incomii pond. 2, storacis pond. 2, visci pond. 2. Causticum ad neruorum dolores. Galbani, storacis, violae, propoleos, resinae singula pond. Colophoniae vncias sex, resinae terebinthinae pond. 6, opopanax pond. 1, thuris pollinis, hyssopi, Armeniaci, baccae lauri, singula pond. picis Brutiae<sup>c</sup> pond. 1 et femis, vini Aminei<sup>d</sup> pond. 1 femis, resinae pituinae<sup>e</sup> pond. 1, haec omnia in vno cacabo coques, 20 in linteolo induces calida. Malagmam coctam<sup>f</sup> sic facies. Cerae albae, galbani vncias singulas, resinae terebinthinae pond. 2, adipis taurinae pond. 3, hyssopi pond. 2, bdellii pondus 1 femis, irifillyricae pond. 2, adipis anserinae pond. 1, haec omnia de- 21 coquis et vteris. Malagma<sup>f</sup> ad neruorum dolorem. Cerae vnc. 6, adipis ceruinae vnc. 3, galbani, piperis, Armeniaci, resinae terebinthinae vncias ternas, tracanti 22 vncias 5, singula contundis, permisces et vteris. Malagma<sup>f</sup> ad neruos vexatos. Menthae, galbani, rubricae, storacis, violae ana pond. 6, similaginis pond. 4, haec omnia cum similagine et vino decoques in cacabo, et liquida facies, deinde similaginem et vinum in vinum permiscebis, inlinis in linteolo, et 23 alligabis feruentia. Malagma ad tumores sic facies. Cerae vncias 6, adipis ceruinae vncias 3, galbani vncias 3, violae, piperis albi vncias ternas, Armeniaci

b. Ita pro terebinthinae Armeniaci, propulei Gesner. propolei Goth. hic et paulo post.

c. Ita pro Brutiae cum Morgagno Gesner.

d. Ita pro inei cum Morgagno Gesner.

e. Ita pro bituminis ex Gothani libri intinae scripsi.

f. Malagma om. S.

niaci vnciam, resinae terebinthinae vnc. 3, storacis vnc. 3, gentianae vnc. 1, singula contundis, postea permisces in vino, et sic vteris. Emplastrum. Cerae 24 viridis pond. 1 et semis, olei Cyprini vnc. 9, olei myrtini<sup>g</sup> vnc. 2, adipis anserinae vncias 2, thuris pollinis vnc. 2. haec omnia in cacabum mittis, coquis, et lin-teolis inlinis. Cerotum ad vlcera. (strumenta<sup>h</sup>) 25 pond. 2, cerae rufae pond. x, olei myrtini<sup>g</sup> pond. 6, olei veteris pondera 8, alumini pond. 9, olei Cyprini pond. decem, calcis pond. quinque. Fomentum ad 26 tumores siue ad duritiam quamlibet sic facies. euiscuni<sup>i</sup> ex vino decoctum conteris cum axungia, et sic vteris. Si minus, herbam sabinae conteris, et ex rosaceo con-coquis, et sic vteris vsque<sup>k</sup> ad sanitatem. Compositio 27 ad colicos. Afari Pontici, petroselini, foeniculi vn-cias singulas, piperis nigri vncias 2, marrubii mas. vnc. 1, abrotani vnciam semis, mellis optimi pond. 2, coques et despumabis, et haec omnia contundes et cer-nes, et sic in melle commiscebis, inde figuram facies nucis auellanae, et<sup>m</sup> ex aqua dabis, et aquae congium 1, in potum. Item diebus quibus eo morbo tenetur, foe-niculi seminis cum vino cochlearia tria aut quatuor fri-cabis in mortario, adicies vini cibarii sextarium 1, mittes in ampullam aut cornu, et dabis vt bibat, et cum sagis bene munies. Malagma ad neruos claudos, 28 Sepi hircini libram, molybdaenae<sup>n</sup> selibram, resinae libram, aeruginis selibram. Compositio ad genua<sup>o</sup>. 29 Aceti hemina, salis pusillum, aeris vsti selibram, si-

g. Gesner dedit myrrhini. antea erat myrrhini.

h. vlcerinum strumenta Goth.

i. viscum malebat Gesner. sed est pro hibiscum.

k. vsque ex Goth. addidi.

l. Ita pro colices Gesn.

m. sed ex aqua dabis congium 1. bibere Goth.

n. Ita pro mollicidenae cum Mor-gagni Gesner ex Dioscor. V, 100. eadem fuerat Sladi coniectura. molli pidinini<sup>ssae</sup> et paulo antea colati sepi hircini Goth.

o. genua vitiosum videbatur Gesnero.

- 30 nopidis quod satis est<sup>q</sup>. Potio hiemalis<sup>t</sup>. Croci, costi, petroselinii Macedonici, murrhae, thuris masculi, tragacanthi, cymini Alexandrini, crocomagnae, piperis uncias singulas, vini et olei quod sufficit (ova), haec omnia permisces, et dabis cum succo ptisanæ cui immittis palmas xxv, bulbos xxv, hyssopi fascem, caprinos adipes, catulum breuem viuum mittis, quem cum madefactum videris, tunc omnia exsiccabis, et adiciēs olei quod sufficit: tunc illa omnia permisces et
- 31 potionabis. Potio aestiualis. Tragacanthi, croci, abrotani, cardamomi, glaulii, petroselinii Macedonici binas uncias, gingiberis unc. i. haec temperas, et cum dare coeperis, mittis quotidie heminas singulas singulis iumentis. Adde porri sectiui, porclæ<sup>s</sup> fil Gallici, thus, apium, olei Afri heminam, temperabis quod sufficit et vteris<sup>t</sup>.

q. In Goth. post *satis est*. additur *puillum*. Sed id pertinere puto ad *psillum* et legi debere *psillum*.

r. Haec vsque ad finem omisit

Goth. qui habet in fine: *explicit liber Vegetii de Marstica*.

s. *portulacæ, filis* malebat Gesn. cum Morgagni ex II. c. 29.

t. *Sed haec vide lib. I. c. 57.*

addunt Fab. et S.

## CORRIGENDA IN TEXTV VEGETII.

- P. 4. lin. 20. corrige: *signare; quanto*
- P. 25. post lin. 11. adde: sect. 11. *sive ad vehendos locupletos aptos*] Videtur Vegetius ad vecturam aptos, igitur *iunctos* equos intelligi voluisse.
- P. 16. lin. 1. corrige: *figatur: haec*
- P. 31. lin. 2. quae scriptura fuerit in Gothano libro, nunc recordari non possum; nec ea in libro meo fuit annotata; sed statim eam in nouum exemplum typis exscribendum transferre volui, sed omisi.
- P. 33. lin. 16. lege: *custodias: exinde*
- P. 36. l. 9. corrige: *pulmonem*. Idem vitium redit p. 42. lin. vlt.
- P. 40. l. 19. — *languentibus membris, praestare*
- P. 42. l. 2. — *caecitatem: quia* P. 43. l. 3 et 5 — *brachiolis*
- P. 46. l. 12. — *candente<sup>m</sup> ferro* l. 15. — *humore-*
- P. 72. l. 7. — *sanandum<sup>e</sup>*. P. 75. l. 3. — *animal aut non solito*
- P. 83. in variet. columnae 1. lin. 5. lege: *sumptae Goth.*
- P. 86. l. 8. corrige: *euenire; sed recens*
- P. 100. l. 7. — *complebis: tempora*
- l. 19. ex<sup>l</sup>lectione Goth. *quandocunque* corrigendum censeo.
- P. 102. l. 19. corrige: *eam, cum*
- P. 104. l. antepenultima: — *pupillae cursu.*
- P. 108. l. 11. — XX. *Si casu<sup>a</sup> aliquo*
- P. 113. l. 3. — *urendas<sup>l</sup> dixerunt.* ad i
- P. 114. l. 17. — *feculae* l. 25. — *cuniculi, carnem*
- P. 116. l. vlt. — *acri aceto* P. 117. l. antepen. — *tuberi<sup>l</sup> cum*
- P. 118. l. 9. — *cervito: ex eo*
- l. 11. — *Alii<sup>b</sup>, postquam fibulas acceperit<sup>o</sup>,*
- l. 13. — *duxerunt, ut plagam*
- P. 119. l. 26. — *subuenit, acaciam*
- P. 124. l. 7. — *confirmabitur, vres*
- In varietate columnae 2. lin. 12. adde Gesneri nomen.
- P. 125. l. 3. — *armos<sup>a</sup>, sinum destillatione*
- P. 129. Cap. XLVIII. l. 5. — *phlegmone<sup>a</sup>*
- P. 132. in varietate columnae 1. lin. 3. adde Gesneri nomen.
- P. 134. Cap. LIV. l. 11. — *eius crura acopo*
- P. 139. l. 12. — *conueniens et apta*
- P. 149. Cap. III. lin. 5. — *(morbus), quoties<sup>e</sup> per*
- l. 10. — *posterioribus* P. 150. l. 10. — *maris: florem*
- P. 151. l. 19. — *(radiculam), quod*
- P. 153. l. 15. — *vas ligneum* P. 154. l. 15. — *dandae sunt;*
- P. 156. l. 8. — VII. (vulgo IV. sect. 4.)

- P. 157. Cap. IX. l. 10. corrige: *applicabis, ac solea*  
 — — — l. 11. — *opera, bos* l. 13. —  *fuerit, famicem*
- P. 158. Cap. X. l. 12. — *fale, vel*
- P. 164. l. 20. — *infundas: itemque*
- P. 165. Cap. XXII. l. 3. — *imponitur; siue*
- P. 167. l. 1. — *caudam* in var. colum. 2. l. 9. corrige: *Dau.*
- P. 174. Cap. III. lin. 2. — *lumbi*
- P. 179. in varietate colum. 1. l. 8. — *tascedeas viuas* etc.
- P. 180. Cap. XI. l. 19. — *prodest ad fabae*
- P. 184. l. 9. — *et per os* l. 12. — *prouocabitur,*
- P. 185. l. 18 — *infundi: ad*
- P. 186. Cap. XV. l. 2. — *saepius dictum est.*
- P. 187. l. 6 et 7. bis corrige: *unciam semis,*
- P. 189. l. 7. — *foramina*
- P. 190. Cap. XVIII. l. 5. — *curari. Est et alia*  
 — in varietate columnae 2. post lineam 1. adde: 2) *cochl.*  
*viv. tr.* omitt. Corb. *cochlearia vini triginta* Samb. margo.
- P. 191. Cap. XX. lin. 5. — *profecerit, malagma*
- P. 201. in variet. columnae 2. l. 10. corrige: s. Sic pro *apocymae*  
 ex Corb. scripsi. P. 202. l. 11. — *fauces: absque*
- P. 206. Cap. XXXV. l. 2. — *ardentior animalia*  
 — — — l. 3. — *emittitur, et*  
 — Cap. XXXVI. l. 3. — *partem modo*
- P. 207. in variet. columnae 1. lin. 9. post *degeres* adde *Corb.*
- P. 214. Cap. XLVI. lin. 11. corrige: *passionis*  
 — — — lin. 12. — *fueris, obtinebis.*
- P. 224. Cap. LV. lin. 5. — *Panacis, radicis<sup>s</sup> et apii*
- P. 228. l. 4. — *operiatur, diligere*
- P. 230. Cap. LXIV. l. 7. — *gravior et pene*  
 — — — l. 7. — *duxerit, veterem*
- P. 236. l. 5. — *veruicina, cum cera* l. 6. — *fuerit, ad cornu*
- P. 241. l. 18. — *mortario* P. 242. l. 22. — *cedriae*
- P. 245. in varietate columnae 1. lineae 7. adde *Gesneri nomen.*
- P. 246. Cap. LXXVI. l. 2. — *scorpiis,*
- P. 250. l. 4. — *medicamento, cum*
- P. 251. l. 5. — *morsus:*  
 — Cap. LXXXIII. l. 2. — *iumentis et hominibus*
- P. 253. l. 6. — *cinerem<sup>t</sup>, dummodo*  
 — in varietate columnae 2. corrige: t. *cinere* Corb.
- P. 256. Cap. II. l. 6. corrige: *continent*, quanquam falsam lectio-  
 nem etiam *Gesneriana* habet, errore scilicet operarum.
- P. 264. l. 9. — *pulegio trito*
- P. 271. l. 12. corrige: *petroselini.* Vulgatum tamen habet etiam  
*Gesneriana.*

COMMENTARII  
AD  
VEGETII RENATI  
MVL OMEDICINAE  
LIBROS SEX.

THE  
LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF  
COMPARATIVE ZOOLOGY  
AND ANATOMY  
HARVARD UNIVERSITY  
CAMBRIDGE, MASS.



---

## PRAEFATIO.

**V**egetium Renatum comitem et socium Scriptoribus rei rusticae primus adiunxit, variisque in locis mendavit I. M. Gesnerus addita lectionis primae Editionis Basileensis auctore Io. Fabro 1528. varietate ex editione Io. Sambuci Basileensi 1574. et ex Codice Corbeiensi ducta, adiutus etiam ab eruditissimo medico Liffensi Io. Zach. Platnero, quem in rebus anatomicis et medicis consuluerat Gesnerus. Codicis Corbeiensis collationem, Gesnero a Io. Alb. Fabricio transmissam, his verbis indicavit eius auctor ignotus, nisi forte ipse Gudius fuit, ex cuius librorum auctione liber ad Io. A. Fabricium peruenerat: *Contuli cum exemplari descripto ex S. Codice Corbeiensi monasterii, tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis deposito. Codex Corbeiensis titulae notae admodum antiquus literis uncialibus extatus, lacerus tamen et hinc inde lacunis deformatus.* Isdem Codicis apographum a Petro Scriuerio factum per libros Vossianos seruat publica Academiae Lugduno-batauae Bibliotheca, vnde descripta tria parua capita, quae annotauerat etiam, sed omiserat collationis Gudianae auctor, beneuole mecum communicauit egregius Ruhnkenius. Ea posita reperies in varietate lectionis ad libri cap. 4. finem. Susplicari licebit ex hoc apographo, etiam esse varietatem Gudianam; quippe quam cum apographo Scriueriano vbique consentire confirmauit mihi diligentissimus L. Santenius, qui a Dau. Ruhnkenio rogatus eum ipsum inspexit.

Sed dicendum est antea de prima Vegetii Editione, ducta ex Codice peruetusto quidem, sed infinita depravatione foedato, quem ex Hungaria, ut videtur, transvexerat Heremannus Inclytus a Neuenare Comes, et Io. Fabro edendum tradiderat. Hic vero ipse ita de opera Vegetio impensa tradit in Praefatione: *Habeant itaque — Vegetium hunc nostro labore a vitiiis propemodum infinitis expurgatum; quanquam sunt pleraque, quae absque autographo restitui posse non crederem; quae, ubi visum fuerat, vel obelo; vel asterisco vel alia quadam notula consignauimus. Nonnulla, licet immutatis vel verbis vel verborum ordine, sententias tamen plenas et intellectu faciles insinuare comperimus, quae lectoris iudicio immutanda vel corrigenda relinquimus.* Deinde constantem exemplariorum consensum memorans haud scio an improprie fuerit locutus. Vnum enim ab initio Codicem et exemplar nominauerat. Pergit postea: *Quaedam etiam cum vel variarent exemplaria, vel abundare viderentur, aut etiam, vel parum vel nihil ad sententiam facerent, parenthesi interdum cinximus.* Commemorat denique Faber Antonii Codri de Vegetio iudicium, quod ubi positum, quinque Vegetii editionem an Codicem potius scriptum respiciat, ignoro.

Ioannes Sambucus quibus sit Codicibus scriptis usus vnde emendatum a se plurimis in locis Vegetium non immerito gloriatur in libri Dedicatione data Viennae Austriacae, ipse non dixit; suspicari tamen licet, eum libros scriptos bibliothecae Caesareae consuluisse, ubi inter libros Philosophicos et Philologicos n. LXXXI. annotauit Codicem Vegetii membranaceum Seb. Tengnagel monente I. A. Fabricio. In ipso tamen Editionis titulo est: *Ex tribus vetustissimis Codicibus varietate adiecta vnde infiniti loci addi et expurgari a quouis poterunt:*

Post Sambucum Vegetio animum adiecit operamque suam addixit Ioa. Rhodius, sed Editionem non perfecit. Nescio quo auctore I. A. Fabricius tradit, Gasp. Bartholi-

nūm, Thomae filium, iam typographis dedisse Rhodii suasque ipsius obseruationes, eiusque operis iam primum folium speciminis causa excusum fuisse. Equidem in Th. Bartholini Epist. Medicin. Centur. IV. p. 154. haec de Rhodio verba reperiō: *Possideo et eiusdem Rhodii Varias Lectiones notas et Lexicon in Vegetium Mulomedicum. Forsan manuū his admouebo.* Codicis Vaticani et Medicei lectiones ipse Rhodius memorauit ad Scribonium p. 239. eademque de re laudauit Gesnerus Epistolas eius ad Heinsium scriptas atque editas in Sylloge Burmanniana T. V. p. 447. 449. 456.

Compagem huius libri Vegetiani multis in locis hiare male firmam iam admonuit Gesnerus. Primum enim libri tertii caput, alterum, tertium et quartum bis numerari; deinde libri quarti cap. 4. sect. 3 et seq. esse quasi introductionem totius operis, certe distributionem, quae vel principiis ipsis vel certe libri tertii initiis ex auctoris consilio conueniat; postea quae I. 19 et 20: habentur. ea recurrere IV. 12. Denique titulum Corbeiensis Codicis nullam Vegetii facere mentionem, sed ibi esse simpliciter: *Digestorum artis mulomedicinae libri III.* Vnde arguebat Gesner, illum, qui operi huic indicem praeposuit, non sola Vegetii nobis dedisse videri, sed aliunde etiam; inprimis quae Columella de hoc argumento habet, in vnum corpus digessisse. Addit, ex ipsa etiam lectionis varietate apparere, minime religiose tractatum fuisse hoc opus, sed diuersa exempla a suis dominis ita habita, ut non eius, quod a Vegetio scriptum esset, rationem haberent, sed quod ipsi conuenientissimum iudicarent. Hinc Vegetianis medicamenta substituta esse, quae vel commoda viderentur vel parabilia.

Equidem primum operae pretium esse ducebam lectoribus ob oculos ponere seriem capitum in Codice Corbeiensi positorum et omissorum; simulque annotare numerum. Libri igitur primi caput 20, cuius argumentum copiosius repetitum exstat IV. 7. plane omisit cum se-

quente 21. in cuius extremis verbis *cum sanguinis* seriem  
 repetit. Deinde in capitis 25. sect. 3. in verbis: *caetera*  
*vitia* subito desinit atque sequentia capita omittit vsque  
 ad libri II. cap. 23. A libri II. capitis 26. sect. 1. ver-  
 bis: *papyrus iniicies* tertia est lacuna Corb. Codicis vs-  
 que ad cap. 28. sect. 1. Quarta a capitis 30. sect. 1. *ver-*  
*rucis inuenitur* vsque ad cap. 37. Quinta esse videtur  
 in cap. 41. sect. 2. vsque ad cap. 43. vbi errore calami  
 vel memoriae Sambuci marginem pro Codice Corb. no-  
 minare videtur Gesner. Sexta esse videtur a cap. 45.  
 sect. 4. vsque ad caput 63. Certe ab eo capite vsque ad  
 finem Corb. Codicis varietatem annotauit Gesner; a ca-  
 pite vero 45. sect. 4. omisit, nulla tamen lacunae nota  
 apposita: *Libri tertii Praefatio cum quatuor sequentibus*  
*capitibus, quae de bobus agunt, constituunt librum IV,*  
*Digestarum mulomedicinae in Codice Corbeiensi; in quo*  
*tamen et Praefatio et tria capita cum parte quarti de-*  
*sunt. Sed id, quod dixi, et ex iis, quae supersunt, et*  
*ex catalogo capitum, qui libro praemittitur, colligi-*  
*mus. Notandum autem est, quae hic in quatuor capita,*  
*in codice illo Corbeiensi in quadraginta quatuor capitula*  
*diuidi. Haec sunt verba viri docti, qui Corbeiensem*  
 Codicem cum exemplo Gudiano comparauerat. Scilicet  
 idem verbis cap. I. lect. 11. *Nam primo ferro occisus*  
*adscripserat: Hic librum de cura bouum incipit Codex*  
*Corbeiensis; Nihil tamen inde deinceps varietatis lauda-*  
*rum reperi vsque ad finem capitis 4, vbi iterum vir do-*  
*ctus ad marginem libri Gudiani: Hic in MS, Corbeiensi*  
*sequuntur tria parua capita, et postea ex corpore Gar-*  
*giliti Martialis De curis bouum alia nouemdecim capita,*  
*quae omnia huc pertinent. Haec tria parua capita, a*  
 Fabricio vel potius Gudiani exempli possessore et excer-  
 ptore omitta, ex Leidensi exemplo, olim ex Codice Cor-  
 beiensi pariter deriuato, exscripta sub numeris capitis 45,  
 46, 47. posui in varietate extremi capitis de Cura bouum.  
 Gargiliti Martialis nouemdecim capita de Curis bouum, a  
 Peri-

Perizonio olim descripta ex hoc ipso Codice, publicavit et Vegetio subiecit Gesnerus. Verum de ipso ordine, quo haec capita in Codice scripta legebantur, tacet Schoëttgenii, qui a Perizonio acceperat, Praefatio; nec apparent capita ista nouemdecim, sed fragmentum est in sectiones 23. dispersitum ab ipso, ni fallor, Schoëttgenio, qui, de numero capitum ex Codicis elogio admoneretur; nec eum silentio praetermisisset, nec adeo in publicando Fragmento neglexisset. Maior et difficilior est quaestio de Capitulis istis 44, in quae dispersita dicuntur in Codice Corbeiensis capita quatuor prima libri tertii Vegetiani ex vulgari distinctione. Verum de hac re postea videbimus, vbi de Sambuci Codicibus dicetur.

Annotatum est etiam a Io. Fabro et Sambuco quae ab initio quarti libri vsque ad finem capitis 4. leguntur vulgo, non exstare in vetustiore Codice, adeoque pro vno sumi capite; itaque subsequens caput reputari caput secundum. Haec sunt ipsa Sambuci verba in margine libri, similia Fabrianis, quibus in exemplo Franziano manus docta adscripserat: *et sic quoque MS. Gothanus*. Ceterum a libri III. capitis 24. sect. 42. lacuna est in Codice Corb. vsque ad cap. 25. f. 3. Libri quarti Praefationem ex Gudiano libro post Fabricium in Bibliothecae latinae Libr. III. c. 12. publicavit Gesner; nec in toto eo libro, lacuna vlla annotata est ex exemplo Gudiano, quanquam a capite 28, vsque ad finem nulla apparet Corbeiensis Codicis varietas. Atque omnino recte animaduertit Gesner, ab aliena manu accessisse quae cap. 28. vsque ad finem leguntur. Vegetius enim, seu quisquis est libri auctor, eum his verbis sect. 8. capitis 27. concluderat: *Verum ne longior liber confusionem magis legentibus quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum*. Gothanus Codex definit in libri IV. cap. 28. sect. 29. verbis: *quod satis est*. atque in fine adscriptum habet: *Explicit liber Vegetii de Maritima*. Non omittam, quod Index capitum ex principe Editione repetitus libri quarti Capita

27. tantum numerat; reliqua his verbis indicavit: *Sequuntur medicamentorum genera quaedam ad finem quarti libri adiecta.*

Nunc de tribus Sambuci Codicibus videamus. In libro quidem primo pauca omiffa annotavit Sambucus, nulla tamen Codicis nota separatim posita. Ita omittuntur l. c. 17. f. 14. verba *eryngion — penetrare dicuntur.* cap. 19. sect. 3. *et separatim — perfundi.* cap. 22. f. 4. *consequenter — acutatum,* cap. 25. f. 4. *quibus — minuendus est.* c. 33. *quia — priuatur.* c. 45. sect. 5. *Ad matricis — ad bibendum,* quae omisit etiam Gothanus. De Sambuci libris monere omisit ibi Gesner. cap. 54. f. 2. *Succum — infundes.* cap. 56. sect. 37. In altero et tertio libro sunt multae magnaeque lacunae, quas ex vno alteroue Codicum annotavit Sambucus, quas lector in varietate nostra facile ipse animaduertet. Quod si Sambucus Codicum suorum aetatem atque auctoritatem separatim aestimasset, et quid in quoque omiffum repererat indicasset, melius et certius nunc constaret de genuina Vegetiani libri forma.

Sunt tamen in ipsis Vegetii libris indicia quaedam factis certa, ex quibus veram voluminis formam librorumque et capitum descriptionem et ordinem agnoscere licet. Quanquam Gesnerus haec talia neglexit, quae curam eius magis vtiliter quam medicamentorum et morborum interpretationes occupare potuissent, in quibus medicinae imperitiam non opus erat comparatione Hippiatricorum, quorum tamen Editione vnica carebat vir doctus, celare, quod fere mihi in successione eiusdem prouinciae euenit.

Primus igitur liber clarissime his verbis cap. IX. f. 6. definitur: *Nunc signis omnibus generaliter singulariterque digestis, singulorum morborum speciales propriasque curas oportet adiungere. Post haec de generali minutione singulorum et adustione docens concludam librum primum.* Postrema, in Codice aliquo Sambuci omiffa, significant, Vegetium, vbi generalia praecipua de sanguinis

nis minutione et vrendi ratione et tempore tradidisset, concludere voluisse librum primum. Atqui factum hoc videmus vsque ad cap. 28. in quo definit liber primus, ibique separavi prius verba et capita reliqua ad librum secundum relata. Cuius secundi libri initium satis ipse Vegetius signauit his cap. I. (ex vulgari ratione l. c. 29.) sect. 1. verbis: *Quaecunque passiones plus iumentis periculū inferre consueuerunt et difficilioribus obscurioribusque indigent curis, has primo amplectimur libro, ut et facilius reperiantur quae in exordiis ipsis occurrunt, et legentibus fastidium non possint adferre.* Vides, morbos illos septem, quos libro primo tractauerat Vegetius, scilicet morbum seu maleum humidum, aridum, subtercutaneum, articulare, farciminosum, subrenalem et elephantiosin ad minus periculosos et difficiles referri; vsque nunc difficiliore in altero libro subiungi. Vbi quamuis Codex Sambuci vno complectimur libro habeat, manet tamen in exordiis ipsis manifestum indicium noui libri. Accedit cap. 28. ex vulgari vero ratione cap. 56. libri I. locus hic: *Obscuras difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad caetera pergentes: sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus incolunitas iumentorum incorrupta seruetur. Melius enim est diligenti studio custodire sanitatem, quam aegritudinibus praestare remedia.* Haec igitur exordia haec prima frons nullo modo conuenit loco illi, quem in vulgaribus Editionibus caput primum libri secundi occupauit Editorum negligentia. Denique etiam secundi libri finem designauit ipse Vegetius his verbis capitis vltimi seu 36. (ex vulgari ratione 64.) s. 2. *Si liber, inquit, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice vsque ad vngulas ex diuersis auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo, qui a natura datus est, in medendi dispositione seruetur, ne indigesta ac membrorum consequentiae repugnans pagina quaerentem confundat aut tardet.* Habes descriptionem et consilium libri

tertiū, quem vulgares Editiones numero secundum habent! Prologum hic liber habet, et ex ordine partes singulas corporis tractat vsque ad caput 46. vbi post scapularum et arimorum laeforum curam subito ad genu, coxas, crura, articulos, gambas transit; deinde cap. 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65. hoc est ad finem vsque libri redit ad curam dorſi. Libro demum tertio (ex vulgari numerandi ratione) post curam boum, prioribus capitibus quatuor traditam, reuertitur Vegetius ad dorſi, lumborum, renum, testium, genitalium, ani, vesicae curam vsque ad cap. 17. Postea subito cap. 18. repetit de coxis et gambis. Cap. 23, de morbo alienato, malei specie, cap. 24. de roborosa passione, seu opisthotono, c. 25. de hydropicis, c. 26. de sarcosi, c. 27. de tympanite, c. 28. de lienosis, c. 29. de implecticis, c. 30. de phragmaticis, c. 31. de hydrophobis, c. 32. de Spasmo, c. 33. de Epilepsia, c. 34. de aquam remouentibus, c. 35, 36. de sideratis, c. 37. de cruditate, c. 38. de bulimo, c. 39. de anhelitu, c. 40. de aestu, c. 41. de paralyſi, c. 42. de ruptis, c. 43. de infania, c. 44. de plethora, c. 45. de pulmonum vitiis, c. 46. de orthopnoea, c. 47. de opisthotono, c. 48. de lethargo, c. 49. de morbo regio, c. 50 et 51. de cholera, c. 52. de colica passione, c. 53. de vomica, c. 54. de coriagine, c. 55. de syntexi, c. 56. de ictero, c. 57. de stropho, c. 58. de dolore iecinoris, c. 59. de ventris inflatione, c. 60. de coli vexatione, c. 61. vsque ad c. 70. de vario tussis genere, c. 71. de scabie, c. 72 et 73. de vitiis a malo foeno et hordeo, c. 74. de fascino, c. 75. aduersus omnes morbos cauet, c. 76. cautio in dandis potionibus, c. 77—83. de morſu et ictu animalium venenatorum, c. 84. de morſu canis rabidi, c. 85. de noxa a stercore gallinaceo comesto. Ordinem igitur praeceptorum, in tertio libro inceptum, non solum in ipsa eorum serie eiusdem libri turbatum vides, sed adeo magno vniuersi libri interuallo abruptum. Ne vero statim lectores inclaiment librariorum flagitiosam socordiam, intercedere qui-



quibusdam videbitur ipse Vegetius initio libri de Boum cura, vbi operis suscepti continuationem a ciuium et amicorum, morbos mortesque boum desinentium, querelis, dum mulomedicinae commentarios ordinaret, suspensam testatur. Verum etsi sic abrupta librorum et praeceptorum de cura et medicina equorum series potest satis commode defendi; haec tamen excusatio eam vim non habet, vt Disciplinae de cura boum sine vilo discrimine libri vel tituli liceat subiungere continuationem de cura equorum. Igitur primus praecepta de cura boum separata contuli in singularem librum, reliqua de cura equorum quinto loco numeravi. Ipsius libri quarti de cura boum capita separavi et numeris ex praescripto Codicum Sambuci notavi. Quamuis autem Corbeiensis Codex hanc de cura boum disciplinam in capita 44. descriptam habuisse dicatur, ex annotationibus tamen Sambuci maiorem quam 25 capitulum numerum equidem colligere non potui. Postremum quidem capitulum Sambucus notavit ad initium capituli 18. reliquorum numeros ipse iis locis apposui, quibus diuersarum curationum tractatio incipit. Potest autem fieri, vt in Codice Corbeiensis plura Columellae verba a Vegetio excerpta et in capitula diuersa digesta olim exstarent, quae in reliquis exemplis incuria librorum deminutionem aliquam passa sunt. Cuius rei indicium non dubium exstare adeo in Gothano Codice annotatum reperies ad Cap. V. extrema verba.

Quemadmodum autem antea nouae librorum primi, secundi et tertii, descriptionis auctorem ipsum Vegetium adhibui, ita nunc de quarti auctoritate licebit antestari Codicem Corbeiensis, in quo Praefationem libri tertii (ex vulgari ratione) cum subsequenter capitibus quatuor constituere librum IV. Digestorum mulomedicinae iam supra fuit annotatum.

Extremo capiti 25. huius libri quarti Sambucus addidit, inclusa tamen vncis, quae ex Codice ducta credere oportet: *Rabiosis equis et canibus da bibere rasuram de*  
*ilic.*

*iliermia et sanantur.* Vnde arguere licet, plura olim in quibusdam Vegetii Codicibus scriptis attexta fuisse iis, quae hodieque sub Vegetii nomine edita legimus. Testis etiam est liber Corbeiensis, ex quo tria breuia capitula descripta publicavi, eiusdem fere argumenti et pretii cum appendicula in fine cap. 25. prodita a Sambuco. His subiungit liber Corbeiensis farraginem medicamentorum ex Catone aliisque scriptoribus collectam, sed ineptis multis et nugis superstitionis inquinatam; cui homo male feriatu Gargilii Martialis nomen praeposuit, de quo fando forte inaudiuerat. Verum Gargilium hortensiorum disciplinam praeceptis explicauisse nouimus; de cura bouum ab auctore fide digno scriptum eius proditum non legimus. Gestiat tamen et placeat sibi homo ineptus in sterquilinio suo. Nos capitula istaec, vt in Codice sequebantur Vegetiana praecepta, statim libro Vegetiano de Cura bouum subiecinus, ne simillima argumenta contra fidem Codicis a lectore in locis diuersis essent conquirenda et cum antiquioribus scriptoribus comparanda. Adhuc breuiter de oeconomia huius libri quarti dicendum est. Cap. I. prouidet sanitati bouum; cap. 2. de morbis bouum agit. Primum quidem maleum, quem in bobus *achanum* vocari ait, describit, eiusque initia obseruare et cavere docet; deinde sect. 12. noxas a concitatione et stercore suillo et gallinaceo docet ad sect. 15. vbi subito sect. 15. ad mallei pestilentiam describendam transit, sed tam perplexa oratione, vt nescias de noxa sola stercoreis suilli comesti cum foeno, an de solius mallei pestilentia loquatur. Cap. 3. plures pestilentiae species enumerat, humidum morbum, siccum, articulare, subrenale, farcinosum, subtercutaneum, elephantiosin et maniam seu insaniam, earumque medelas docet. Vides, eosdem septem morbos seu malei species tractari in bobus, quos in equis libro primo descripserat. Additur tamen octauus seu mania, quem sub alio nomine in equis descriptum reperi V. cap. 22. vbi *alienatus* vocatur, *maleus* et *orabus*,

vel ut est in Corb. *arabus*, in Sambuci Cod. *aridus*. Sed redeo ad cap. 2. sect. 15. ubi mentio pestilentiae cum malei et noxae a comestione fuilli stercoreis ortae commemoratione connexa legitur. De pestilentia sola loqui voluisse Vegetium, atrocia signa docere videntur. Itque locum vitiosum et lacunosum esse merito suspiceris. Accedit locus Vegetii ex libro I. c. 17. initio, quem ex solo Gothano multo auctiorem dedi, cum antea de solo maleo traderentur, quae nunc ex lectione Goth. ad pestilentiam pertinent, et plane consentiunt cum iis, quae IV. sect. 15. perplexae ad noxam fuilli stercoreis referuntur. Pergo in serie capitum libri IV. de cura boum. Igitur cap. 4. cum sequentibus tractat morbos, qui singulis animalibus accidunt, nec in alia transeunt; primum quidem cruditatem; c. 5. ranulas, c. 6. febrem, c. 7. veterem tussim, c. 8. apostema, c. 9. sanguineam ad pedes demissum, c. 10. claudicationem, c. 11. scabiem, c. 12. coriaginem, c. 13. phthisin, c. 14. palati tumorem, c. 15. cervicem motam, c. 16. laesionem tali et vngulae, c. 17. subtritos pedes, c. 18. arnos luxatos, c. 19. cornua fracta, c. 20. vlcera vermiculantia, c. 21. ictus animalium venenatorum, c. 22. oculorum vitia, c. 23. epiphoram, c. 24. hirudinem pellit, c. 25. machinam ad continenda iumenta describit.

Praefatio libri VI. (ex vulgari ratione IV.) post ineptum satis exordium tradit singulorum membrorum et partium corporis equini notitiam: *necessarium*, inquit, *mulomedicis de ossibus, de nervis ac venis iumentorum universa perdiscere; neque enim curare rationabiliter potest, qui qualitatem rei, quam curat, ignorat.* Recte profecto, et sapienter. At qui factum, ut nunc demum sapieres, Vegeti, post scripta quinque mulomedicinae volumina? Haec quidem fundamenta omnis disciplinae iacere oportebat, iisque medicinam superstruere. Sed videamus, quid quoque ordine praestiterit Vegetius. Igitur c. 1. ossa enumerat; c. 2. numerum mensuramque membro-

rum,

rum, c. 3. neruorum, c. 4. venarum numerum edit, c. 5. aetatis indicia docet, c. 6. cauet fraudem in equis permutandis vel emendis, ita, vt notas equorum pergentes doceat. Cap. 7. pars dimidia pertinet ad praecedens caput, inde male diuulsa. Noui enim capituli initium satis manifesto signauit auctor his verbis sect. 3. *Studiosis equorum quae cura stabuli, qui alimentorum cultus, quae observationis sollicitudo praestanda sit, primus ac secundus indicat liber.* Nunc decursis omnibus his, quae huius artis doctrina poscebatur, ad compositiones necessariorum potionum medicamentorumque descendimus, in quibus et explorata congesimus, et ea, quae non tam ad utilitatem curandi, quam ob caritatem emendi milomedicorum cupiditas inflauerat, submouimus. Vides, ex libro primo et secundo laudari, quae hodie in primo reperiuntur solo, vel ideo in duos distinguendo, si scilicet Vegetius, vel quisquis est auctor libri VI, libros eos, quos hodieque habemus, tanquam a se scriptos respicit. Etiam in libri III. Prologo reperisse mihi videor iudicium, quo idem auctor eiusdem et libri VI. comprobetur. Libri enim VI. cap. 7. initio legitur: *Frequens opinio est Barbaricis nulla adhibenda medicamina quod usque adeo naturae beneficio comalescant, vt eis nocitura sit cura.* De eadem re queritur libri tertii Praefatio: *Nuper vero exemplo Hunnorum siue gentium aliarum artis ipsius etiam usus intercidit; dum homines refugientes expensas barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant, et incurata animalia hibernis pascuis et negligentibus colonibus dedunt. — Primo quod Barbaricorum animalium alia natura etc.* Ad conditionem vitae auctoris pertinet, quod est in capite 6. libri VI. nos, qui per tam diuersas et longinquas peregrinationes equorum genera vniuersa cognouimus, et in nostris stabulis saepe nutriuimus. Quae deinceps a cap. 8. libri VI. vsque ad cap. 27. traduntur, partim ex anterioribus libris repetita sunt; multa etiam capita Codices Sambuci aut Corbeiensis omittunt. In capite hoc 27. ipse

ipse auctor libro finem statuit his verbis: *Verum ne longior liber confusionem magis legentibus quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum.* Itaque nec Corbeiensis Codicis vlla varietas ab eo inde loco annotata legitur, quia, vti par est credere, reliqua in Codice deerant. Denique in Editione principe postremis libri VI. verbis adscriptum legitur: *Sed haec vide lib. I. r. 57.* Vidit igitur ipse Faber, plura ex libris duobus prioribus in postremum hunc male collata fuisse a librariis vel studiosis lectoribus. Castior etiam hoc in loco conspicitur Codex Gothanus, qui desinit in cap. 28. sect. 29. reliquas duas omittit, vtpote aliunde repetitas.

Hic locus admonet me, vt de medicinae veterinariae scriptoribus pauca praeponam, antequam ad Hippiatricorum, quae hodie exstant, quorumque vsus est praecipuus in emendando atque illustrando Vegetio, mentionem accedam. Nomina hippiatrorum et cteniatrorum illustrium pleraque omnia inseruit Catalogo scriptorum in Hippiatricis nominatorum I. A. Fabricius Biblioth. Graec. Vol. VI. p. 494 seqq. Graecorum antiquissimus Simon Atheniensis *περὶ ἵππων* scripsit, quem initio libri sui de equitatu laudavit Xenophon, vbi Zeunius locum Hieroclis ex Hippiatricis posuit a Xenophonte translatum, alterumque Plinii 34. c. 19. vbi Simon de equitatu primus scripsisse dicitur. Vocabula aliquot ex libro Simonis annotavit Pollux in Onomastico, vbi II. sect. 69. refert Simonem taxasse Miconis pictoris ignorantiam, qui equi palpebrae inferiori pilos addidisset. Eiusdem *Ἱππιατρικόν* laudat Suidas sub voce *σφιγλή*, ex quo loco patet, venarum etiam equi descriptionem posuisse Simonem. Haud scio, an eiusdem sit liber, quem sine auctoris nomine *περὶ ἵπποτροφίας* laudat Hesychius in vocabulis *παρώπαλα* et *σφυρήματα*. Hoc mihi persuasum habeo, multa rei equestris vocabula in Hesychio, ex hoc fonte manasse, veluti *κινέρας*, *τὸς κακέργες ἵππος*. quam glossam refero ad equum, qui in cursu caudam agit, quod imbellis equi

equi debiliūque lumborum signum annotauit etiam Alexander Aphrodis. et agnoscunt equisones nostri.

Epicharmi Syracusani de medicina pecudum libros laudat Columella VII. 3. 6. qui in eodem argumento aliquoties Magonem et Celsum nominauit. Celsum quidem medicinas veterinorum attigisse in libris rerum rusticarum existimo cum Bapt. Morgagnio, eundemque esse puta, quem laudant aliquoties Hippiatrica. Magonis sub nomine exstant hodieque remedia quaedam in Hippiatricis; alia ibidem leguntur, quae ex Magone duxisse se profectur Columella. Ad eundem Magonem refero, quae pecorum magistris de medicina praecepit Varro. Qui Magonis libros in Epitomen redegerat Diophanes Bithynius, a Varrone nominatus, idem esse mihi videtur, quem nominant inter medicamentorum auctores Hippiatrica.

Apfyrtus Prusaensis, aequalis Constantino M. auctore Suida scripsit *ἵππιατρικὸν βιβλίον, φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα.* quae Eudocia p. 65: ita tradit: *ἔγραψεν ἵππιατρικὸν βιβλίον, καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων ἐν βιβλίοις τέτταρσι.* ut iam olim admonuit Cangius in Indice Auctorum Glossarii Graeci p. 44.

Apfyrtum Hierocles laudat, igitur iunior eo, qui libros duos de cura equorum Basso inscripserat, ut ipse testatur Hippiatr. II. cap. 60.

Apfyrtō aequalis fuit Hippocrates veterinarius, ad quem exstat Apfyrti Epistola in Hippiatr. p. 70.

Pamphilum, quem inter hippiatros nominant Hippiatrica, esse puto philosophum, quem de re rustica libros tres scripsisse refert Suidas.

Pelagonii aetas incerta est. Theonnestum aliquem medicum in Indice libri XXXIII. de metallis nominauit Plinius, qui num sit idem, quem inter medicos veterinarios referunt Hippiatrica, dubitari potest.

De graeca multorum locorum Vegetii auctoritate suspicatus iam erat Gesnerus, sed Hippiatrica latina tantum

Ruellii comparare potuit, nec adeo vbique exemplaris graeci auctoritatem et sententiam in vitiosissima Vegetii interpretatione agnouit. Quare non debebat mirari P. Wesseling in Dissertatione inserta Actis Societ. Ienensis Latinae Vol. III. p. 53. Hippiatrica non fuisse rite a Gesnero cum Vegetio comparata. Iniqui etiam esset interpretis viro anatomiae veterinariae omnisque medicae eruditionis plane ignaro imputare squalorem et sordes, quibus obsitus Vegetius hucusque iacuit. Fecerat vir industrius, quod saepius vellem fecisset, vt in dubitatione sua aliqua confuleret virum literaturae et medicinae peritissimum Io. Zach Platnerum. Ipse tamen mihi tantum scientiae medicae et chirurgicae non tribuo, vt vitia omnia lectionum plane esse a me sublata putem. Zootomiae non plane ignarus viam stravi, qua propius viri docti meque peritiores medicinae in prius veterinariae ad veram Vegetii disciplinam accedere possint. Hippiatrica igitur graeca diligenter comparavi, vbi plurima Vegetii capita integra, alia truncata, multa locis suis auulsa et discerpta, diuersis etiam morborum nominibus inscriptis multa cum lectionis, ponderum et mensurarum varietate leguntur, quam vel omisi vel tantum indicaui obiter, nisi ad vitiosam Vegetii lectionem corrigendam facere mihi videbatur. Vtinam vir aliquis doctus Hippiatrica cum scriptis libris comparare atque inde vel corrigere vel redintegrare suscipiat! Codicem suum H. Vossius laudauit ad Hesychii *Ἱερισμοπλα*. Vide notam ad Vegetium II. 55. sect. 3. Hippiatricorum graecorum versionem latinam a scriptoribus medici acui medicis laudari puto, vbi *Herodii de cura equorum librum* laudant, veluti Mathaeus Syluaticus in Pandectis Medicis sub voce *Marmora* et *Siriasis*. Quae traduntur ibi de morborum vocabulis, plane eadem graece leguntur in Hippiatricis sub nomine Hieroclis, quod ab Arabibus in Herodium fuisse mutatum non leuis est Congr. Gesneri suspicio in Bibliotheca p. 238. *Gerodium* nominat Simon Ianuensis in Codice Parisino apud Gallum Char-

pentier in Supplemento Glossarii Cangiani sub vocabulo *porus*, *ranulae* atque alibi. Librum manuscriptum *Ero-  
dici de medicina equorum* exstare in bibliotheca Monasterii  
Tusci, testatur Itinerarium Tozzetti T. I. p. 133. versio-  
nis germanicae.

Partem eam operis Vegetiani, quae vel ab ipso vel ab  
aliena manu repetita fuit ex Columellae libris, egregie  
ante Gesnerum tractauerat vir eruditissimus Bapt. Mor-  
gagni, cuius auctoritatem, a libris scriptis, saepissime con-  
firmatam, sequi quam verba plane obscura in oratione  
Vegetii relinquere et velut aenigmata lectoribus propone-  
re malui. Aliquantum auxilii mihi attulit comparatio  
Codicis Saxo-Gothani, quam primae Editionis margini  
adscriptam moriens mihi beneuolo animo legauerat *Fran-  
zianus*, Medicinae Professor Lipsiensis; vbi inter multos  
calami errores latent interdum verioris et nouae lectionis  
vestigia. Accidit tamen nescio quo fato, vt primi libri  
folia aliquot exciderent et perirent cum ipsa lectionis va-  
rietate ibi annotata, anteaquam liber in manus meas per-  
veniret. Itaque operam dedi, vt ipsum librum inspectum  
compararem cum locis illis, vbi me Franzianus liber destr-  
tuerat. Nec defuerunt precibus meis viri doctissimi, Geis-  
lerus, Bibliothecae Ducali Gothanae praefectus, et F. Jacobs,  
cui curatiorem Anthologiae Editionem mox debebimus  
sed statim ad me Codicem perquam humane transmisit  
tractandum, vnde reliquam varietatem excerpfi, in qua  
magnum bonarum lectionum numerum cum insignibus  
aliquot lacunarum supplementis reperi. Codex est char-  
taceus, quem Catalogus Bibliothecae nominat p. 160. scri-  
ptus satis diligenter; ita, vt varietas lectionis saepiusculo  
in margine annotaretur; nec omisit admonere lectorem li-  
brarius, si quis locus in reliquis exemplaribus comparati-  
non exstabat. Prima pagina inscriptum habet: *Vegetius  
de Renacio*, nullo operis argumento addito. Ad latum  
rubrica adscriptus legitur *Vegetius*. Altera pagina Prolo-  
gum



gum exhibet sine titulo vel rubrica scriptum, quem sequuntur *Capitula* primi libri seu argumenta, separatim cum numero Capitum scripta, quae eadem ante singula capita repetuntur. Idem in reliquis tribus libris factum est. Extremo libro secundo rubrica adscripta leguntur haec: *Explicit liber secundus 1488. 25 Iulii.* Extremo libro quarto haec adiicit scriptor. *Explicit liber Vegetii de Mastalcia. deinde sequuntur interpretationes ponderum. quibus in fine additum est: Finitum anno domini 1488. 4 Augusti. Laus deo.* Postea leguntur Glossae ex Vegetio excerptae cum hoc elógio: *Sinonimus islius libri secundum alfabetum,* in quibus fere meras hominis ineruditi nugas reperi, de quibus iudicium erit lectorum ex particulis illis, quas hic illic excerptas apposui in Commentariis. Concludebant volumen *Nomina erbarum et gradus virtutum earum secundum alphabetum,* quae non ultra literam S pertingebant, ineptiarum plena, nisi si quis forte nomina plantarum germanica animaduersione ligna existinauerit.

Posteaquam Hippiatrica et varias Codicum lectiones diligenter iam cum Vegetio comparaueram, humaniter mihi submisit ex Bibliotheca Guelferbytaua amicissimus Angerus exemplum primae Editionis manu Matthiae Iadi, medici olim Amstelodamensis, passim notatum, ubi virum doctum multas Codicum lectiones diuinando secutum esse, et loca Vegetii plura coniecturis non impis tentasse vidi, quarum ex numero perpaucae tantum etuli in iis locis, quae scriptorum librorum ope nondum maculari potuerunt.

In Crescentio nihil esse auxilii ad Vegetium aut Hippiatrica illustranda, recte admonuit Gesnerus, addens, melius Crescentio conuenire cum Laurentio Rusio. Quin Jordanum Rufum exscripsit, ut iam olim a Cangio notatum. De Jordano Ruso collecta posui, quae mihi nota tum erant, in Praefatione ad Friderici II. Librorum

Reliqua de Arte venandi cum Auibus p. xv. quibus addo, quae postea comperi.

In Bibliotheca Taurinensi liber Iordani latinus MS. est, teste Brugnone p. 225. de Cura equitii, versionis germanicae, cuius describendi in vsus in eos spem fecerat mihi vir doctus, sed promisso non stetit. In hoc latino Iordano primum ferrei equorum calcei vestigium se reperisse testatur Brugnone. Versionem Italicam fecit Pater Gabriel Bruno dialecto Veneta dedicauitque Comiti Brandolino anno 1492. Editionem anni 1561 Bononiae factam forma quarta habet Catalogus Bibl. Colbertinae hoc titulo: *Delle Mascalche del Cavallo da Giordano Ruffo*. Eandem Editionem nominauit Henze Verzeichniss veterinarischer Bucher p. 72. Bononiensem Editionem eandem memorat Camerarius in Opusc. de re rustica p. 54. sub nomine *Iordanis Rusti*. Alius Editionis hunc titulum posuit Brugnone p. 225. *Libro dell' arte de' Mascalchi per conoscere la natura de li caualli et medicarli nelle loro infirmita et l' arte domarli composto per lo dignissimo Cavalier Giordan Ruffo Calabrese, nuouamente stampato in Vinezia per Francesco de' Leno 1563. 8vo.* In Catalogo Biblioth. Thuanae repetito Hamburgi 1704: Tom. II p. 443. lego hunc titulum: *Iordani Ruffi Calabri militi Liber de Cura equorum tempore Frederici II. Libellus MSus in 4to.*

Ipse Editionem Venetam anni 1563. tractaui beneficio Heynii mei. Laurentii Rufii Editionem latinam Paris. 1531. in folio laudauit Gesnerus, ipse Italicam Venetiis proditam 1559. forma octaua comparauit. Rufius Iordanum exscripsit, quem tamen aliquoties laudat cuius Maestro Mauro, aliunde mihi ignoto, c. 141. p. 83 c. 144. p. 89. c. 151. p. 94. Rufium contra Albertum Magnus in Equo exscripsisse videtur; nam habet quae dam, veluti de Lampisto morbo, quae Iordanus non habet; sed Rufius capite 66. *Lampasco è la faua voca eundem.*

In Crescentii Editionibus plerisque omnibus nomina morborum mire vitiosa obiter multis in locis correxi. Sed hoc non agebam in annotationibus ad Vegetium, vt Iordanum aut Crescentium interpretarer; sed multo magis optabam inuestigare fontes, vnde Vegetius sua praecepta deriuauerat. In qua opera felicius forte euenissem, si mihi copia fuisset inspiciendorum Hippiatricorum Vossianorum manuscriptorum, quae multo integriora vulgaris esse licet ex multis locis suspicari. Latent etiam in pluribus Bibliothecis Codices Hippiatricorum scripti, quos qui olim cum Editis comparare omnes voluerit, nae is multis in locis Vegetium rectius et corriget et interpretabitur, quam a me fieri potuit.

Cogitaueram etiam de copiis Io. Rhodii et Bartholini ex ipsorum patria expiscandis et in regia Hauniensi Bibliotheca indagandis; verum nullibi earum vestigium apparere responsum mihi est. Denique recentiorum Veterinariorum imprimis Gallorum scripta comparare omnia si voluissem, et me in nouam et difficilem disciplinam demittere cognoscendam et cum Vegetio contendendam ausus essem, copia tamen librorum deerat, nec otium suppetebat, animus etiam quodammodo ab arte mulomedica mihi abhorrebat properanti ad alia, quae rectius et melius intelligere mihi videbar. Scribebam Francofurti ad Viadrum mense Augusto 1795.

A D

## PRAEFATIONEM LIBRI I.

*Latinos*] Medicum equarium Herophilum nominat Valerius Maximus IX. 15. 1. qui in nomen Marii inuasit; post Caesaris mortem occisus. Eundem *Amatium* Appianus, Civil. bellor. III. 2. *C. Amatium* Liuii Epitom. 116. vocat; fugitiuum Cicero Philipp. I. 2. Ergo seruus fuerat.

§. 2. *proxima aetate et Pelagonio*] De Vegetii aetate si velimus hinc arguere, statim sequens Columellae mentio ad eandem *proximam aetatem* relati conatum impedit. Igitur aliunde et ex reliquorum scriptorum mentione tentabimus inuestigare Vegetii tempora. Quod autem de Pelagonii scripto addit, omiſſis signis causisque morborum eum tam magnae rei fundamenta neglexisse, argumento esse potest, plura capita, quae in Hippiatricis nomen Pelagonii inscriptum habent, alii scriptori esse assignanda, veluti pag. 126. de signis et causis tetani: p. 136. de signis hydropis: p. 176. de signis bulimi, atoniae, februm, opisthotoni etc. In loco p. 145. initium habet Πελαγώνιος Ἀρσίπῳ χείρειν. p. 276. Δελία χείρειν de colicis, vbi Cellus veterinarius laudatur.

§. 3. *Chiron*] Eiusdem infra I, 17, 16. plures compositiones memorat; vbi vulgo addita verba *vero Centaurus* recte Sambuci Codex omittit; quanquam etiam Suidas Centauro tribuere videtur librum veterinarium. Ita enim ille; Χείρων κένταυρος, ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν. ὑποθήκας δὲ ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα, καὶ ἰππιατρικὸν διὸ καὶ κένταυρος ὀνομάσθη. Quae eadem Eudocia in Violario sic tradit p. 437. Χείρων ὁ κένταυρος τοῖς ἰατροῖς συναριθμεῖται, ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν. ἔγραψεν ὑποθήκας δὲ ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα, καὶ ἰππιατρικῶν. διὸ, ὡς Φασίτινες, καὶ κένταυρος ὀνομάσθη. In Hippiatricis vnum reperi locum p. 7. qui inscribitur Εὐμήλες ἦτορ Χείρωνος.

*Apfyrtus*] De eo Suidas: Ἀψυρτος Πρῶσαεὺς Νικομηθεὺς, στρατιώτης στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνῃ τῆ βασιλείᾳ ἐν Συυδίᾳ παρὰ τὸν Ἰστρου, ἰππιατρικὸν βιβλίον ἔτος ἔγραψεν καὶ Φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα. Kusteri suspicionem inter nomina duo vrbium distinctionem ἢ interse-

rentis

rentis non confirmat Eudocia, quae in Violario eadem tradit p. 65. Ἀψυρτος Πρ. Νικ. Ἴατρος καὶ στρατιώτης, στρατευόμενος ε. Κ. — Ἰστρον· ἔγραψεν ἰπ. β. καὶ Φυσικὸν περὶ τῶν α. ἀλόγων ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν. Difficile est de hac scripturae diuersitate iudicare; sed in iis Apfyrti capitibus, quae reliqua habemus in Hippiatricis, extant vestigia quaedam, unde coniecturam ducere licebit. Initio in ipso Hippiatricorum ita insit Apfyrtus: στρατευόμενος ἐν τοῖς τάγμασι τοῖς ἐπὶ τῆ Ἰστρῶ — προσφωνῶ σοι, Φίλτατε Ἀσκληπιῶδη, τῆτο τὸ βιβλίον ὄντι πολίτη καὶ ἱατρῶ μεγίστῳ, ἐν ᾧ μὴ ἐπιζητήσης λογιότητα ἀλλὰ τὴν ἐν τῆς πείρας Φυσικὴν ἐμπειρίαν ἐπίγνωθι. Ipse igitur testatur, se in legionibus ad Istrum positus militasse, et Asclepiadi cui et amico excusat eruditionis defectum; contra physicam peritiam vsu collectam profitetur. Itaque in Eudociae loco scripturam ἔγραψεν ἰππιατρικὸν βιβλίον καὶ Φυσικὸν π. τ. α. ἀλ. ita probat, vt de vno eodemque scripto interpreter, quamuis satis inepte addatur ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν post illa: ἰππιατρικὸν καὶ Φυσικὸν βιβλίον. Forte fuit olim γράμμα scriptum ab Eudocia, vt commentarii hippiatrici Apfyrti per quatuor libros digesti fuerint. Quae in Constantinum intelligi voluerit notitiae auctor, ignoramus. Quo facilius autem ii, qui maiorem eorum temporum et accuratiorē cognitionem habent, aetatem Apfyrti constituere possint, nomina eorum, quos alloquitur Apfyrtus in diuersis Hippiatricorum capitibus, collecta inde huc apponam. Asclepiadem igitur aliquem ἰπποτροφῆντα iterum alloquitur p. 133. Sabinum p. 10. Διονύσιον τομέα p. 29. Ammonium Alexandrinum p. 33. Ammonium hippiatrum p. 129. vbi Auxanoni hippiater obiter memoratur ab Apfyrtō; porro Turannium Varronem p. 37. Achaicum Nicaensem, vbi Eumelum hippiatrum obiter nominat, p. 38. Sextum Numenium, simul Eumelum nominans, p. 39. Demetrium Pappum hippiatrum p. 40. Aspionem Alexandrinum p. 41. Hippocratem hippiatrum p. 50. Phlamaruntium p. 53. Caristanum Frontonem ibidem; Frontonem Valerium p. 183. Frontonem Epleesium hippiatrum p. 197. Iulium Frontonem centurionem p. 200. Verum Marcellum p. 57. Degmium Plasticum p. 60. Damnatum τομέα p. 64. Historicum hippiatrum, ibidem; Damam Laodicensem hippiatrum p. 65. eundem Damam Laodicensem ἐταῖρον modo vocat p. 240. Arcadiitem p. 70. Secundum hippiatrum p. 71. iterum p. 90. Orionem Alexandrinum p. 80. vbi in ceruice emota improbat ipsum illud remedium, quo vtitur Vegetius 4. 41. — Orionem Mar-

cellum p. 234. Apellam Laodicensem hippiatrum p. 84. Epiphanium hippiatrum p. 88. Agathoclem hippiatrum p. 98. Aelianum p. 110. Namenium Callipoliten, Hephæstionis filium, p. 119. Sextum Numenium supra p. 39. Numenium Alexandrinum p. 153. Posidonium p. 134. Chaeream Alexandrinum p. 138. Himerium hippiatrum p. 140. Staty- lium Stephanum medicum p. 143. Hippiatrum simpliciter alloquitur p. 146. ubi nomen excidisse videtur. Aruntium Corinthium p. 147. Quintum Lollium Marullium p. 150. Antipatrum hippiatrum p. 152. Memnonem hippiatrum p. 154. Diem *πολίτην* hippiatrum p. 156. Sennam centurionem *ibidem*. Apolloniadem hippiatrum p. 158. Iulium Faustum decurionem p. 163. Artemam *τομέα* p. 164. Marcum Aemilium decurionem p. 175. Heracleonem chiliarchum p. 182. Hegesagoram medicum p. 186. Publium Cocceium Iustum centurionem p. 194. Herodionem Alexandrinum hippiatrum p. 211. Iulium Saturninum decurionem p. 215. Bebium decurionem p. 222. Menecratem Clazomenium p. 226. Rufum Octavium p. 228. Papiam hippiatrum Antiochensem p. 237. Eudoxum *τομέα* p. 238. Caium hippiatrum Alexandrinum p. 243. Apollopphanem amicum p. 246. Pas- cratem Alexandrinum hippiatrum p. 247. Marcum Marium decurionem p. 253. Gallum p. 252. Tiberium Claudium Heraclidem Clazomenium p. 258. Postumium equitem Dacam p. 259. Marcum p. 260. Gaeticum Severum p. 263. Celerem p. 270. Iudicium Vegetii de oratione fordida et eloquentiae inopia in Chirone et Apfyrtō nec improbare nec confirmare quis hodie facile ausit, quoniam verba ipsa Apfyrti credere licet immutata et in compendium fuisse acta ab eo, qui concinnavit Hippiatrica, qualia hodie legimus, in quae quadrant, quaecunque Vegetius de Chironis et Apfyrti libris praedicavit: *indigesta et confusa omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de iisdem passionibus alia remedia in capite, alia inueniantur in fine.*

§. 6. *conduētis in unum latinis duntaxat auctōribus uniuersis — plene ac breuiter omnia epitomae digererem*] Haec mihi vitii suspicionem non leuem attulerunt. Quid enim audio? Latinos duntaxat auctōres excerpfit Vegetius, qui Pelagonium, Chironem et Apfyrtum iuxta Columellam nominauit? Pelagonium et Apfyrtum graece scripsisse, ex iis saltem capitibus, quae in Hippiatricis seruata leguntur, affirmare ausim, nisi is, qui farraginem istam postremis ro- mani imperii aut Constantinopolitani concinnauit, latina trans-

transulit in graecum sermonem additis interdum vocabulis morborum latinis ex primo exemplo. At saepius graeca vocabula adhibuit Vegetius; vt credere liceat eum graecos fontes non neglexisse. In Hippiatricis plures nominantur hippia tri latini, quos patrio sermone libros conscripsisse licet credere. Hos omnes aut ignorasse aut aetate antecessisse debet Vegetius. Celsus enim ipsum Columellam anteuuit tempore. Equidem his me difficultatibus non expedio; poterit id forsean efficere: cui in Bibliothecis latitantes Hippiatricorum Codices integriores comparare contigerit!

Ad Lib. I. Cap. II. *septem*] Ad h. l. pertinet iudicium Galli Paulet ex libro *sur les Maladies epizootiques* Paris 1775. P. I. p. 71. *On peut reprocher a cet Auteur, de n'auoir pas distingue les chroniques, des aiguës dans sa division, de n'auoir pas parle de la fièvre dont la nature caracterise sur tout les especes de pestes. Malgré ces defauts, on y reconnoit la fièvre pestilentielle des animaux, une gale maligne, le sôupir, la goutte; le farcin; la morve, la lepre des animaux; une paraplegie, une maladie comateuse ou le subeth des Arabes.*

*Malleus*] Hippiatrica p. 10. ὁ καλῶσι οἱ πολλοὶ μάλιον, τινὲς δὲ κατάρρεν, ῥώμαισι δὲ σαρπέριον. Ibid. p. 16. a colore subalbo mucii effluentis, malin dictum affirmant. Aristoteles H. A. VIII. 25. asinorum morbum esse ait μηλίδα, melidem; vitium hoc in capite oriri, et per nares fluere pituitam rufam et crassam. Quod si ad pulmonem descenderit, occidere animal; sin vero in capite consistat, mortem non inferre. Suidas in voce μαλιασμός asini morbum esse ait similiter, seu defluxionem per nares, et strophum. Neutrum morbum asinum effugere. Meminit etiam Hesychius in voce μαλίη et μαλίσ. A colore rufo dictum putō. Infra II. 36. ex pulmone per nares effluere dicuntur mucoseres crassi spumosi et pallidi, cf. II. 10. (vulgō I. 38.) 3. contra rubentem (πυρρῶς ῥεσσαί μύξαί Hippiatr. p. 298.) tenuem et frigidum prouenire ex veteri persfrictione.

*septem*] Quatuor ponit Apfyrtus p. 12. ὑγρὰ, ξηρὰ, ἀρθρῖτις, ὑποδερματῖτις.

Cap. III. *profluuium Atticum*] La morve Gallis dictum morbum intelligi censet cum Schrebero Brugnone. Hippiatrica p. 12. ὑγρὸν λεπτὸν ὅμοιον ὕδατι. sed p. 16. ἰχώρ φλεγματώδης εἰς τὸ λευκὸν χρώμα μεταβεβλημένος — ἄνοσμος

μὲν ὄν, εὐκόλως θεραπεύεται. δύσοσμος δὲ, δυσκόλως. Ab initio igitur asserunt, humorem aquosum et nullo odore effluere, eumque morbum facile curari, difficile autem, si humor odorem grauiem contraxit ex ulceribus. Sed ibidem p. 20. est: ἀναφέρει ἐκ τῶν μυκτήρων δυσώδη, βήσων καὶ ἀνασπικῶς τὰς λαγόνας ἀσιτεῖ. Atticam profluum dici puto, quod malis hoc genus in asinis fuit primum observatum ab Atticis scriptoribus, ut paulo antea docui. Sed Sambucus profluum atrum nominat, aliter Gothanus liber; et in duobus reliquis locis, ubi nominatur, I. 17. f. 18. et II. 10. f. 4. dubia est librorum scriptura.

Cap. IV. *ilia cavabit*] Apfyrtus: διὰ μυκτήρων φέρεται ἔξθεν, τῶν γὰρ δὲ καὶ πῖνον ἀπισχναίνεται τὸ ζῶον καὶ πέψιν λαμβάνει, αἱ τε ῥῖνες αὐτῆ ἀνεωγμέναι εἰσὶν, καὶ φύσᾳ βαρέως ἐλιόμανόν τε ἐν εὐχερῶς, ἀλλὰ ὅλον συστρέφεται, αἱ τε λαγόνες περιτεταμέναι εἰσὶ τυμπανοειδεῖς, μετέωροι, καὶ ἡ βύρσα σκληρύνεται. Ait igitur, ilia tumescere, nares patere, coriumque indurari. Hierocles p. 15. addit: τὴν κεφαλὴν παρῆσι, i. e. caput obliquum habet. Reliqua Vegetii signa a testiculi usque ibi defunt. Ibidem p. 17. est τὰς λαγόνας ἀναστέλλει.

*pulmone siccato*] Apfyrtus adeo et Hierocles cum Eumelo pulmonem in dextro latere rumpi aiunt et fieri equum pleuriticum, p. 12 et 15. Quare lectionem *cubat* nolui mutare cum libris in *cacabit*. Vulgo male legebatur *tubet*. Gesneri rationem vide in varietate positam.

*suspirium*] Hippiatrica loco supra laudato generatim omnem malin aiunt appellari Romanis *σεμπέριον*. Diversus morbus iuncturarum est, quem Albertus p. 219. b. appellat *superos*, quasi dicas *Ueberbein*. Ceterum post *suspirium* vocant interpunxi, et copulam inclusi. Ceterum Gallus *Paulet sur les Maladies Epizootiques* P. II. p. 476. ita: *Les Maladies epizootiques chroniques seches ou arides, qui sont vraisemblablement celles que Végèce comprenoit sous le nom generique de suspirium, sont des états directement opposés à ceux des maladies humorales ou plethoriques, a nimia feru copia. Nous ne connoissons que deux maladies de ce genre qui sont celles qu'on appelle la maladie de feu ou brûlure, et qui est peut-être la même que le Soupir des anciens, décrite p. 68. de la Premiere Partie, et la consommation des juments ou rage d'amour, p. 429. de la IIe Partie.*

Cap. V. *scabici similia*] Hierocles p. 13. ἐξ ἧς συμβάλει ψωρίασις.



Cap. VI. sect. 2. *in dies tamen*] Puto legendum: *hæc curat tamen, si desint. in dies deterior fit etc.*

Cap. VII. sect. 2. *farcimino*] Legendum puto *farcimine*. Albertus XXII. p. 218. b. *farcinam* appellat: *quam quidam, inquit, vermem vocauerunt, eo quod superfluus humor in carne et cute foramina facit quasi foramina vermium*. Deinde curam subiungit. Lor. Rusio cap. 146. *et verme chiamato farsino cum eadem cura habet*. Hodieque nostri hippiatrī eodem nomine appellant *den Wurm*, Galli *farcin* antiquo nomine, cuius tria genera distinxit Gallus Hurel. Causas et curam accuratius tradidit Herrenquist, scrophulam *farcimen* appellans, in Actis Academ. Holmiens. Vol. 30. p. 347. vers. germ. Vermem vocauit Crescentius IX. 14. Sed ecce Hippiatr. p. 229. vbi Apsyrtus: *περιττώματα δὲ λέγεται ὁ ῥωμαῖστί καλεῖσι Φαλιύηνα. εἰσὶ δὲ ἐμβολαὶ ἐν τῷ σώματι ὁμοίᾳ δοθῆσι καὶ μείζονες καὶ πυῶνται, καὶ ἐνρηξίῳ λαμβάνουσιν αὐτόματος*. Cf. infra c. 14. et Galli *Paulet sur les Maladies epizootiques* P. II. p. 319.

Cap. IX. *elephantiasis*] Goth. *elephantiones dicuntur — aspera, unde morbi nomen in hominibus*.

2. *Vredo*] Hippiatrīca p. 21. *ῥῆξις δὲ τῶ σώματος πανταχῆ ποιῆται, ὥστε ἐλυθῆναι μάλιστα τὰ ἄκρα ῥινῆς, χεῖλη, ὦτα — ἢ τε γλῶσσα συνδέθηται, ἢ καὶ προβάλλει ἐκλευκὸν καὶ παρὰ φύσιν ἄμορφον*.

Cap. X. sect. 4. *naribus insitam*] Ex margine Samb. lege *insufflatam*. Sic infra V. 32. (vulgo III. 33.) 4. *et per fistulam naribus insufflabis* de eodem remedio est.

5. *auriculasque*] Infra V. 32. (vulgo III. 33.) *cerebrum quoque eius et auriculas picē liquida — largius perunges*. Sed III. (vulgo II.) 11. *ex hoc et cerebrum et auriculas confricabis*. vbi Sambuci Codex inserit *inter auriculas*.

6. *quæ diapente*] Dedi quod volebat Gesner, et quod ipse Cap. 12. 4. semel ex libris posuit pro *diapenton*, altero vero loco male *diapenten*, reliquit. Formula eadem repetitur infra II. 36. (vulgo I. cap. 64.) et bis VI. (vulgo IV.) 8. sect. 6. et 8. Quod est in S. M. *trogilitæ*, reperiri etiam in Aetii libris *μύρραν τρογλίτιν*, ex Salmasio ad Solinum p. 894. admouit Gesner; et sic sæpe Hippiatrīca.

*baccis lauri*] Rectius infra: *baccarum lauri, rasuræ eboris paria pondera diligenter trita atque permixta*. In Hippiatr. p. 23. vocatur ἢ διὰ πέντε ἀντίδοτος, rasuræ eboris est πρίσμα ἐλεφάντινον.

*seruabis]* Scilicet *ξηρόν* inde factum, vt apparet ex Hippiatr.

7. *mero aspersa]* Hippiatrica p. 278. eandem formulam ponunt, sed sumere iubent ita: ἀποζέσας εἰς οἶνον ῥίζας ὄξυσχοίνης καὶ πράσις διηθήσας τὸν οἶνον ἐπιβάλλε τῷ προειρημένῳ ξηρῷ κοχλιαρίῳ μέστῳ καὶ προπότιζε ἐπὶ ἡμέρας τρισὶν.

*de matricali venā]* Haec vitiosa esse, patet ex istis, quae dicentur infra ad VI. (vulgo IV.) 12. 2. vbi doceo, de matrice sanguinem demere, Hippiatricis esse de *ventre*, ἐπὶ γαστρῷ, et si Gesner *venas matricis* IV. 4. ceruicibus assignari voluit. Quid? quod paulo post c. 13. 2. sequitur *de ceruice hoc est de matricali vena*. Ego tamen malim vtroque in loco legere *vel de matricali vena*.

8. *Aestate duntaxat]* Restitui *aestate* pro *statim*, propter locum infra III. (vulgo II.) 7. vbi de cerebri morbis est: *Si hieme curaueris, farinam triticeam, si aestate, hordeaceam aquae frigidae ad inuicem amuli permixtam in potione praebebis.*

Cap. XII. 1. *fistulam]* Sagitta cutem cum peritoneo perforant Hippiatrica et noster infra II. 15. et III. (vulgo II.) 25 et 26. plagae deinde inseritur fistula centimalis in latere pertusa, per quam humor educitur. Caetero locus hic nullus est. Ergo cum Samb. margine lego: *Fac incisionem inter armos eius. vel facies inc.* Hippiatrica tamen p. 138. in tympanitico equo vltimo loco cauterium etiam adhibent; et p. 136.

*inter armos]* Infra in hydropis cura V. (vulgo III.) 25. quatuor digitis ab umbilico ad veretrum versus. Et sic Hippiatrica p. 134.

*ad mensuram]* Quid sit vide infra II. 15. (vulgo I. 43.) sect. 3. Verba deinceps posita *incisa cute* omitto, quoniam Sambuci marginalis lectio fuit antea probata.

*Indis ut mos est]* Prior editio Gesneri habet litera minore scriptum *indis*. Mentio Indorum sane inepta est in cura peruulgata; contra *fistulae centimalis* mentio desideratur hoc loco. Igitur malim *indes fistulam, per quam* etc. Nam antea fistulae et cauterii mentio nimis matura adeoque aliena erat. Igitur totum locum ita lego: *curandus est. Inter armos — minuenta, indis fistulam, ut mos est.*

*languoris]* Malim cum Samb. margine *longiori*. Infra in cura tympanitis equi cap. II. 15. limpido lotio similem humorem vocat.

2. *tithymali*] Cuius radicem tusam cum hydromelite hydropicorum aquas deducere potam ait Dioscorides 4. 165. et Plinius 26. f. 73.

*confliginem*] Lectio marginis Sambuci helleborum nigrum interpretatur. Recte. Plinius 25. f. 22. hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea et vino. Ceterum vide ad Columellam VI. 5. 4. Helleborum album in pectore arthritici equi imponunt Hippiatrica p. 11.

3. *signata, decidat*] Lectionem Corb. posui, postulante re ipsa, ut docebit locus Columellae, et nostri IV. (vulgo III.) 2. 24.

4. *apium*] Plinius hippomarathi radicem, cum vino coctam, hydropicis dat 20. f. 96.

*cucumeris*] Elaterium ipsum bibi iubet Plinius 20. f. 3. Infra V. 24. (vulgo III. 25.) in curatione hydropis radicem et folia dat Vegetius.

Cap. XIV. *velut minuentibus*] Supra c. 7. *his velut sedatis.*

2. *marcescere*] Supra c. 7. in signis morbi est *macrescunt tamen*, et in causa flebotomiae: *ne morbus increascat.*

3. *nequaquam curabis*] Quod in Corb. est: *aegrotum animal curabis*, explicabis ex cap. 7. ubi est: *quicquid superest virium, tollit.*

*conuenit*] Contra Apfyrtus Hippiatr. p. 229. καὶ ταῦτα ἔδει καίειν. ἔστι γὰρ ἀνάχυσις μάλεως τῆς ἀρθρίτιδος, ἣν δεῖ προκαλεῖσθαι ἕξω. περικασιόμενων δὲ αὐτῶν ἀναγκάσιον στέγνωσιν γίνεσθαι τῶν ἐξόδων. συμβαίνει γὰρ μεταχωρήσασθαι εἰς ἕτερον τόπον τῆς σώματος καὶ μάλιστα ἐπὶ τὰ ἄρθρα καὶ οἴδησιν καὶ χολείαν ἐργάζεσθαι. Θεραπευτέον δὲ αὐτὰ ὕδατι θερμῷ κατατυλόντα καὶ λιπαρῶν καταχρίοντα.

Cap. XVI. 3. *aufertur modus*] Ex Samb. addidi *modus*, praeterea ante *primae* inserui copulam *et*. Cum exercitatione prima iuuenili amittitur etiam digestio. Forte fuit olim *motus*. Ceterum Hippiatrica p. 11. pullis ex grege depulsis hieme accidere aiunt arthritin, atque inde perire.

4. *Elephantia*] Male utraque Gesneriana habet *Elephantiosi* — *sine quo* — *portio praeparanda.*

5. *troglodytis*] Ita scribi voluit etiam Morgagni IV. 5. Eandem myrrham laudat Diosc. I. 77. Infra III. (vulgo II.) 68. vulgo erat *trigloditis*. Ceterum eadem formula integrior exstat infra IV. 11. monente Morgagni, vnde vulgatum *sagapini* correxi.

7. *pulli*] Hanc clausulam infra non reperies repetitam, nec habent libri scripti.

Cap. XVII. 3. *sub terra. Nam*] Lectionem Corb. *subter pana ne et viuorum* — sanas prius iumenta impleantur et pereant. ex vulgari vitiatam esse Gesnero affirmanti vix concesserim, praeterquam fortasse prima verba *subter pana*. Nam sequentia *ne — impleantur et perant* ordinem verborum et scripturam multo meliorem mihi quidem approbant.

4. *hordeumque corruptum*] In S. M. est *scalmatum*. Gesnerus in Indice interpretatur, quem equus scalmatus attigerit et foedauerit. De equo scalmato laudat L. Rufium et Cangium in *scalamatus*. Equidem in L. Rufio Italico cap. 141. morbum equi *scalmatura* equum ipsum *scalmato* vocatum reperio; quem Crescentius IX. 22. *scalamatum*, Iordanus Rufus cap. 12. *scalmato* appellant; qui morbus interiora desiccet et stercus equinum valde putidum reddit. Diuersus est *scalamatus* Crescentii IX. 32. vbi loco suo motum caput coxae, de quo Iordanus cap. 27. *schalmato cauallo*, sed index Capitulorum p. 9. *sculmato* habet; contra L. Rufio cap. 93. *cauallo scalmato* ò *del mal de l'anca* habet. Posterior haec scriptura verior videtur. quoniam Itali hodieque *scarmanata* et *scalmata* appellant eo morbo affectum a *scarmania* vel *scalmata*. Cangii Glossarium his vocabulis caret. Cf. ad III. 18 et 22.

7. *Aegyptiacae*] Hippiatrica p. 142. *ὀλοκοντίδος ἀγυπτίας σπέρμα ὅσον ὀξυβάφης μέτρον Φρύξας καὶ κόψας καὶ οἶνῳ λευκῆ εὐώδους ποτύλευς δυοὶ μίξας*. Ceterum verba *quae comp. — prodest* spuria censebat M. Sladus, nihil enim minus dysenteriae conuenire.

8. *cum vino — fuerit*] Haec omittunt Hippiatrica l. c. *quae* contra pondus singulorum addunt.

12. *Herbae Sabinae*] Plinius 16. f. 33. arboribus annumerat; *quamuis herba dicatur*.

14. *Panacis*] Eadem formula paulum diuersa legitur infra III. 2. 23. quem locum comparabis.

*eryngion*] Carthamum siluestrem interpretatur Sambucus ap. Saracenum in Diosc. p. 134. annotante M. Slado.

19. *profluuio Attico*] Attici cognomen Gesnerus referebat ad similitudinem signorum, in peste Attica commemoratorum a Thucydide II. 49. vbi tamen nullius profluuii similis mentio fit nominatim. Sed nimis haec ratio longe petita est; et Codicum scriptura facit, vt de profluuio huius cognomine dubitem. Accedit alterius loci II. 10. (vulgo I. 38.) f. 4. similis vel adeo maior diuersitas in Codicum lectione. Ibi primum a pulmone per nares fluere dicitur humor crassus sanguinolentus (spumofus II. 36.) et male olens colore pallido.

pallido. deinde subditur: a morbo autem malleo venit humor nullus et crassus et pallidus. Ex qua re fit — profluvius Atticus. Sed vide notam ad l. c. 3. vbi malleus humidus dicitur.

Cap. XVIII. Gallicum] Hippiatr. p. 279. in potione habent σκορόδα γαλικῆ. Plinius 19. f. 32. caepam Gallicam capitatam nominat cum aliis generibus. Hippiatr. p. 31. σκορόδα γαλικῆ iterum habent. Credo, vniouem intelligi, oignon gallice dictam, seu capitatam caepam.

stagnata] S. M. hic in *saginata* alibi in *praeseruare* mutauit *stagnare*. Gesnerus in Thesauro apposuit locum Iustini 37. 2. 6. *Mithridates se aduersus insidias exquisitoribus remediis stagnauit.* vbi miror, Gronouium et Graeuium *stagnauit* maluisse legi, cum in libris scriptis *stagnum* et *stannum* fere semper permutata legantur. Quid? quod *stannum*, κασσίτερος, quo ad ferruminationem et ad incrustationem (γάνωσι) aeneorum vasorum, forte etiam figlinorum utebantur, atque ita vasa firmiora ad vsum et tutiora ad sanitatem reddebant, rectius, si quidem graecam originem spectes, *stagnum* vocatur, de quo paulo post. *Coquere in stagnato ad ignem* ex Aurelio Victor. Valer. I. 31. laudavit Gesnerus. Solidatio omnis plumbi et aeris fiebat *stanno*; hinc *stannare* et *stagnare* est solidare, metaphorice roborare, confirmare, praeseruare. De vsu in solidatione dixi in Analectis ad historiam rei metallicae veterum p. 18. quibus addo locum Plutarchi de fraterno amore p. 491. ὡς γὰρ ὁ κασσίτερος ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει καὶ συγκεράνυσσι τῷ ψάθει ἑκατέρω πέρατος, αἰκείως ὁμοιοπαθῆς γενόμενος. Stanni nomen ipsum recentius est; veteres romani scriptores *plumbum candidum* κασσίτερον appellabant. Postea a Graecis receperunt *stagnum* ex στεγνός, στεγνώω, deformatum, quod obturare et constringere foramina et poros significat. Hinc συστεγνώω, quo verbo saepe vtitur Hero mechanicus, Spirit. I. p. 163. in descriptione prochytae, cui insertus est siphon: τὸ δ' ἕτερου αὐτῆς στόμιον τὸ δι' συνταρῆσθω τῷ τεύχει τῆ προχύτῃ ὑπὸ τὸ ὠτίον. (ansam) ᾧ συστεγνώσθω τὸ ὠτίον κοῖλον ὑπάρχον. vbi rectius interpretor coagmentetur vertit, quam alibi ἀρῆσθω. Diserte idem p. 157. καὶ συστεγνώσθω τοῖς τρυπήμασι κασσιτέρω. Est ferrum ruminando coniungere cum aliqua parte. Omissum vulgus verbum in Lexicis, vt ipsa haec verbi στεγνώω notio. Gesnerus *stagnare locum* dixit pro *malthare* auctor Compendii Architecturae Vitruuii c. 30. p. 213. edit. Poleni. Vide ad Palladium I. 41. 1. 29.

3. *origanum, allium*] Ita ex libris scribi voluit etiam Morgagni comparato loco plane gemino infra III. 2. 30. vbi tamen species quaedam omittuntur.

*carbones*] Goth. *carbomibus viuus*, paulo antea *opopanaxum*, deinceps *compleat usque ad pulmones perueniat et praestet.*

Cap. XX. *achanti*] In eadem formula infra VI. (vulgo IV.) 12. nihil huic respondet. Gesner malebat *achatis*, ego vero malim *chalcanthi*.

2. *cedrei*] Infra *cedriae*. Plinius XVI. 11. *primus tae-dae in furnis feruentis sudor aquae modo fluit in canali: hoc in Syria cedrium vocatur*. Vitruuius etiam II. 9. ex cedro oleum, quod *cedreum* vocatur habet, monente Morgagni.

*ballucae*] Infra hanc cum auro omisit. Hispani auriferae venae ex puteis extractae minuta saxa *baluces* vocabant, teste Plinio XXXIII. 4. et Martiali XII. epigr. 57. Vide Analecta mea ad Histor. rei metallicae Veterum; Traiecti ad Viadrum 1788. edita, p. 10. De siliqua audi Priscianum seu Rhemnium Fannium de Ponderibus versu 10. *semina sex alii siliquis latitantia curuis attribuunt scripto*. Isidorus XVI. 24. *Siliqua XXIVta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens*. Hinc *siliquaticum* vectigal deriuat Gesneri I h. L. L. qui Vegetii locum omisit. Vide omnino Cangii Glossarium Latinum in *Siliqua*.

Cap. XXII. 2. *Absque palato*] i. e. nisi, vt recte monuit Conr. Gesner.

3. *solo*] Infra III. (vulgo II.) 40. est in eadem re *aequali loco constitues*. vbi Corb. *loco soli*.

*cinges, quod*] Infra III. (vulgo II.) 40. *tunc locum supra cervicem alius teneat et adstringat ad normam vt vena facilius appareat*. vbi vulgo est *locum*. Forte etiam *laqueum* ibi legendum est.

*teneatur*] Hippiatr. p. 41. *ἀρχενίζεν χρῆ, τὸν δὲ τόπος περιβάλλειν ἀρχενιστήρι καὶ προσανατένειν. ἕως ἂν προσαναστῶσιν αἱ φλέβες*.

4. *spongia*] Samb. *axungia*, quod ex *splungia* ortum putabat Gesner.

*Pollicem*] Infra III. (vulgo II.) 40. supra laqueum de sinistrae manus pollice venam deprimes ne ludat. Vnde h. probanda est lectio Corb. *ad pollicem*, id est, *pollice*.

*duri chalybis*] Ita vulgatum *duri calvis* emendari etiam Gesner voluit, (et ante eum Conr. Gesner in Equo p. 495. *exiges* interpretatus *adiges in venam*.)

5. *Observabis*] Hippiatr. p. 41. μή μέντοι καθιέναι τὸ Φλεβοτόμιον κατὰ βάρους — εἰν διαμπερὲς τὴν ἀρτηρίαν διέλης.

*fibula*] Male vulgo *fistula*. Idem error infra III. (vulgo II.) 22. 6. De vŭ fibulae laudat Gesner Rhodium de Acia Celsi.

8 *propterea quod*] Hippiatr. p. 234. εἰν ἢ παρὰ θαλάσση ἐσπαρμένη. iterum p. 236.

9. *pulsata etiam*] Hippiatr. p. 235. καὶ τὸ αἷμα ἐμβαλὼν, μίξον νίτρον καὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ καὶ ῥωοῖς καὶ ἔτως περίχρισον τὸ ζῶον, καὶ στήσας ἐν ἡλίῳ, ὡς τὸ χρῆσμα ἀπὸν ξηρανθῆναι χρῶ τῇ γράστῃ.

11. *despumantur autem*] Hippiatr. p. 37. διακόπτειν δὲ τὴν ἐν τῇ ὑπερώᾳ τρίτην ἢ τετάρτην Φλεβῶδῃ ἐξοχὴν· αἱ δὲ παρὰ τὸν κυνόδοντα κεντήσεις δύσσταλτοί εἰσιν ἐν τῇ στάσει τῷ αἵματι. Infra c. 32. gradu tertio de palato. Duodecim gradus numerat VI. (vulgo IV.) 2.

*Equos oportet*] Sensus loci difficilior est. Capite enim inblato sanguis in gulam descendit. Vitiosum esse locum ulpior.

*a libris*] Hanc Corb. lectionem probavit etiam Gesner. forte numerus additus vitium peperit, et legendum *a II. libris*. Hippiatr. p. 234. τῇ παρῶδῃ γράσται χρησόμεθα μετὰ ριζῶν, κατ' ἐκάστην ἡμέραν προστιθέντες ἡμιχούινικον· ὅταν ἐλθωμεν εἰς τὸ τεταγμένον, μενῶμεν δίδοντες τὴν εἰδίσιμένην ταγήν.

12. *loti*] Eadem docent Hippiatrica p. 234 et 235. paulo accitratius.

Cap. XXIII. et XXIV. Argumentum iterum tractat in VI. (vulgo IV.) 7. sect. 2. De eunuchis consentiunt Hippiatrica p. 40.

Cap. XXV. 2. *apiosis*] Ex lectione *opiosis* somniculosos intelligi suspicabatur Platherus apud Gesnerum. Glossa Goth. *apiosi id est vertiginosi alias vertiginosi vel scototatici*. Ibidem sub litera C existat glossa, quae *Calucos* intensissime ex h. l. interpretatur *partem posteriorem Crucis*. sequitur: *Cretiacum est animal habens dislocatoz inferioris virtute inferioris pedis alias dicunt Cirus*. Ibidem post duas ossas existat: *Cresiatum est animal cui est dislota vulgo dislata) clauatura pedis*. Alibi: *Sideratici id est paralytici voluit*.

*centuride*] Lectionem *centriae* recte praeferebat Gesner cum Platnero, qui referebat huc *κεντροῖδα* locum, vbi T. IV. P. II.

equi punguntur. De pede enim anteriore sermonem esse, docent arriani. Sed *νευρις* Hippocrati p. 134. post umbilicum versus caudam sita est.

sect. 6. *insertus*] Ex S. M. *exertus* malim *exsertus*. Vnde *ἐξεργίς* infra III. (vulgo II.) 47. 1.

*aquatilia*] Vide infra ad III. (vulgo II.) 49. 1.

*Cretico*] Paulo antea sect. 5. S. M. habebat: *e creticis de brachiolis sanguis aufertur*. vbi Gesner ignorantiam fassus est. De *κρητιάσει* et *κρητιάων*, *κρητιώτι* cogitare non sinit locus vitii, in artibus indicatus. Vide ad initium capituli notam.

Cap. XXVI. *suffusionis*] pedum suffusionem iterum memorat c. 38. f. 8. pedes suffusos l. 53. f. 1. Conuenit Iordanus cap. 55. *delle spontature delle ungie — la infusione per negligentia non curata descende illi piedi — con la rosetta — l'estremita de l'ongia dauanti sia in tanto cauata fina che la vena maestra del piede, la quale termina in quel luogo fa rotta e cauato el sangue*. Quae repetit Cresc. IX. 52. *e infusione descendente ad ungulas — descendit ad pedes su ungulis — rosuetta parua cauentur funditus*. L. Rulit c. 129. *spumature de l'ungie et instrumentum rosuetta nominat*.

*voluntatem*] Vocabulum vix sanum est. Deinceps *extrusicia* Samb. M. Glossarium Gothani Vegetii: *Extrusicia ungula id est corrupta*. Vulgatum *excruciata* vitiosum esse suspicor.

*remorata*] Emendo: *emota basis*. Ita cap. 25. 6. *basin mouerit*.

2. *tumentenique*] Vulgatum *virantum* ex lectione S. M. Gesner emendauit ita, vt vitiosum *fumentumque* mutaret *tumentemque*. Praeterea *compones* scripsi, quia futura plura sequuntur. Deinde lectionem S. M. probavi *composito* *adem ad gubiam et om. v. ad viuum allides*. quanquam etiam sect. 4. est: *compones ungulam eius ad viuum*. vbi similiter legendum puto, vt h. l. S. M. exhibet. Pro *allidere* paulo post est *elidere*; quod praefero. Gesner ex h. l. *gubiam* instrumentum fossorium interpretatus est. Hinc Gesner suspicabatur, *gubiam* h. l. esse ferramentum componendae ungulae, monens, *ad gubiam* dici posse pro *gubia*, vt *cornu*. Ipsam viri docti interpretationem probo, sed *gubia* (quam vna cum *guluia* omisit Gesneri Thes. L. 1. vnicus mihi occurrit Isidori locus XIX. c. 19. *Scosina dicitur quod haerendo scosum facit*. *Canterium; Gallia, Gavia*.



Interpres Hispanus monet, hodieque *Gubia* dici ab Hispanis runcinam. A runcinae igitur usu potuit etiam ferramentum dici, quo solum ungulae ad viuum eliditur. In Isidoro Codex *Gusia* habet scriptum. In Codice Gothano post Vegetii textum leguntur Glossae per literarum ordinem descriptae, vbi reperi: *Gubia ferrum incisorium plicatum duarum acierum di glaucum*. Deinde *Glaucum id est gubia*. Scilicet infra V. 17. (vulgo III. 18.) 2. pro *glante ferreo* Goth. habet *glaucio ferreo*. Verum ibi adiuncta verba *sparteae calciabis* diuersum docent glaucum a gubia esse. Sed eadem glossae: *Sparcia de plata incilia sparta Instrumentum incidendi ungulas*.

*circumcisorium*] Infra II. 28. 31. (vulgo I. 56. 31.) est incisorium.

3. *Sparteae*] Ita correxit vulgatum *sparceam* Morgagni; Samb. margo *spatio — humoris*.

4. *cremare*] Semissare dixit etiam infra II. 10. 9. (vulgo I. 38. 9.) Cauterii semissem habet III. 11. 4. (vulgo II. 11. 4.) et V. 40. (vulgo III. 41.) 3. Vide mox ad cap. 28. Sed h. l. praeferenda videtur lectio *stigmare*, nam de sanguinis missione sola sermo est in utroque loco, vbi *semissare* vsurpatur. Quanquam ad cauterium etiam semissem et graece *ημισαρις* transferri noui et docebo ad cap. 28. Itali etiam *sumnesso* vel *sumesso* ita dicant, vt docui ad V. 17. 3. (vulgo III. c. 18. f. 3.) Glossa Cod. Gothani in fine scripta inter alias: *Semistabis alias semisabis, hoc est de sub solo pedis fleubothomizare vt floare*. Alia glossa ibidem refertur ad lectionem *sternare*, quam h. l. pro *cremare* habet Goth. in S. M. *stigmare*. Ita igitur habet: *Sternare, id est sanguinem corruptum a pede corrupti unguis euacuare hoc sternare*.

*Hoc modo plane*] Ita scriptum ex S. M. Vulgo *hi plane — non eliduntur*. quam scripturam defendens Gesner interpretabatur: qui semissantur equi, non opus est, vt curandi causa deiiciantur. Verum nec in praecedente cura equi allidi et deiici dicuntur in terram, sed elidere et allidere ad viuum iubet auctor ungulam. Nec apud nos equi deiiciuntur, quibus solum ungulae eliditur.

Cap. XXVII. f. 3. *sed caute — nervorum*] Haec vulgo posita post verba *cretam impones* in suum locum retracta posui suadente etiam Morgagni.

Cap. XXVIII. f. 4. *lineae*] Infra V. 40. 3. (vulgo III. 41. 3.) de cauterio palmas accipiunt ab armo vsque ad cervicem, et in tempore vritur ad mensuram semissis; in alia

parte temporum fit quasi stella parua cauterio, in parte renum vsque ad mediam spinam virgulae dantur. Hinc *semiffare* pedes equorum I. 26. 4. II. 10. 9. (vulgo I. 38. 9.) Vide supra ad I. 26. 4. Hippiatr. p. 228. habent: ῥάβδος μακρὰς καίειν, γόμφος ὀρθὰς ῥαβδοειδῆς ἐναλλάξ καίειν, τὰς ἡμίσεις τριστοιχίαν ποιῶμενον καίειν, μανδακηδὸν ἐξεπιπολῆς καίειν. Ibid. p. 159. reperies καυτήρια ὀρθὰ, πλατέα, et καύειν μανδακηδόν. Ceterum de cauteriis eorumque forma et vsu apud veteres medicos exstat liber Th. Fieni Louanii 1598. vbi tamen latina Vegetii vocabula, nec adeo ipsa graeca satis explicata non reperi. In Hippocrate de Morbis p. 465. ed. Foessii est: καῦσον τὴν κεφαλὴν ἐσχάρας ὀκτῶ — τοῖς δὲ σιδηροῖσι σφηνίσκος ποιησάμενος διακαίειν πλαγίως τὰς φλέβας. vbi σφηνίσκοι videntur esse *palmae* Vegetii. ἐσχάρας καίειν puto esse craticulatim vrere apud Vegetium V. 2. 5. (vulgo III. 3. b. sect. 5.

Ad Lib. II. (vulgo I. 29.) Cap. I. sect. 2. *triduo*] Hippiatr. p. 5. eadem tradunt, sed minus integra; initio totius operis pariter ab hac ipsa februm cura sumto.

3. *oculis apertis*] Hippiatrica p. 5. ὀφθαλμοὺς ὠδηκότας καὶ δακρυάδεις — τὰ χελύνια κεχαλασμένα.

4. *hordei nouelli*] Hipp. νεαρὰς καὶ ἀρτιθερίστους κριθὰς, αἱ δὲ στριπτοὶ εἰσὶ καὶ δυσδιόκητοι. Infra V. 43. 1. (vulgo III. 44. 1.) hordeum nouum vehementius calet.

5. *tunc foeni — temperato tempore*] Haec omnia omittit S. M. nec ea sunt in Hippiatricis, quae sic: ἀλλὰ μόνον τὸ ποτόν κατὰ μικρὸν δίδε καὶ περιπατεῖν ὀλίγα καὶ πράως ποιεῖ ἐσκεπασμένον. vnde h. l. malim legi: *abstineat, tantum pusillum potum offerri oportebit, et segestratum* (ἐσκεπασμένοι nam *segestre* graecum est *στέγαστρον*) *inambulationibus leuibus animal commoueri.*

6. *folliculis tujum*] Hipp. κριθὰ καλῶς περιεπτισμένα, σύμμετροι.

Cap. V. *portulacae plenam manum*] Expressit graecum *δρόακα*.

*campanae*] Plinius 21. f. 10. praecocem Campanam rosam ait esse. Postrema capitis verba inclusi; quae S. M. etiam omittit, ab argumento aliena. Pro *splene* M. Sladus malebat *felle*; notum enim, equos fellis vesicula carere.

Cap. VI. *Mannae thuris*] Hippiatr. p. 8. μάννης γόβλιβάνης οὐγγίας σσ. et reliqua, vbi mensura interdum disert. Interim post *mannae* incisionem posui.

2. *urceolaris*] Hanc potionis formulam vix integram puto esse. In simili Hippiatr. p. 9. est βοτάνης περιδικιάδος ἢ Ῥωμαῖοι ἔρκιόλαρ καλῶσι. Noster iterum nominat infra V. 11. 2. (vulgo III. 12. 2.) Plinius graece parthenium et perdicium nominari refert 22. f. 20.

3. *lactis libram unam*] Ita recte Samb. margo. Ita enim Hippiatr. p. 8.

*cum aqua tepida*] Hipp. μετὰ ὕδατος κοχλιαρῆς ἐνός. inepte. Lege κεχλιασμένῃ.

*tensura*] Ita recte S. M. Hippiatr. εἰ δὲ ἔχει τὰς λαγόνας τεταμένας καὶ μὴ παύηται ὁ πυρετός.

4. *caprini heminam*] Hippiatr. p. 9. λίτρας τὸ ἥμισυ, ἀμύλα τὸ ἀριῦν etc.

5. *aceti heminas 3.*] Hipp. aceti libram et semissem habent.

*olei cyprini*] Ita ex S. M. dedi pro *lactis caprini*, confirmante loco Hippiatr.

*portulacae*] In Hipp. feminis nulla fit mentio, sed ἀνδράχνης καὶ καρύων παλαιῶν λίτρας τὸ ἥμισυ.

6. *abrotani*] Omittunt Hipp. p. 9. et singularum herbarum et reliquarum rerum mensuram variant.

*fasciculum*] δέσμην μίαν Hipp.

*unam heminam*] Ita recte S. M. pro *vini firmantibus* Hippiatricis.

Cap. X. 2. *Ex humore*] Compara locum geminum III. 36. (vulgo II. 36.) vbi ex cerebro *micor* dicitur fluere *crassus et candidus*, ex perfrictione natum *rubentem tenuem et frigidum*. vnde apparet, hic quaedam esse vitiosa.

3. *A tolibus*] Vulgo est *colibus*. Verae lectionis vestigia habet S. M. hic et infra V. 63. 1. (vulgo III. 64.) recte monente Gesnero in Thef. L. L. *Festus: toles, tumor in faucibus, quae per diminutionem tonsillae dicuntur*. Graeci *παρίσθμια* vocant. Vgutio apud Cangium in *turrella* sic habet: *Toles, tolitis, sunt membrorum tumores circa vnam stantes. Has vulgo per diminutivum tunicas vel turrellas vocant. Haec in faucibus solent tumescere*. Iohannes de Ianua habet *tusillas*. Isidorus II. 1. *toles gallica lingua dicitur quas vulgo per diminutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent*. In Sammonico vers. 291. iam olim viri docti *colles* mutarunt in *toles*. Habet etiam Plinius. Val. II. 42.

*synanche*] cf. ad III. (vulgo II.) c. 28.

4. *a morbo autem malleo*] Haec aliena sunt a coactionis causis, signis et effectibus, eademque iam antea posita sunt:

a pulmone autem humor crassus — colore pallido. Taceo ineptum suspirium articulare. Quare haec omnia a librario inepto adfusa cenſeo. Vitium arguit etiam S. M. ubi profluuium Atticum ex parte non comparet, et reliqua plane aduersa apponuntur. De Attico profluuiio vide ad I. 17. 19.

[*suspirium*] Supra ad I. 3. ex Hippiatricis monui, maleum humidum a Romanis suspirium vocatum fuisse; sed articulare additur inepte.

11. *venas calentes*] En Apſyrti verba in Hipp. p. 39. εὐν ἢ ἐξ ὀδοιπορίας ὁ ἵππος καὶ ὑπόποπος, μὴ δεῖν αἷμα ἀφαιρεῖν ἐξ αὐτῶν. ἔ γάρ τὰς φλέβας κοπιᾷ, ἀλλὰ τὰ νεῦρα. εὐν αὐτὰς νύξῃς, τὰ νεῦρα ἀποξηραίνεται. αἱ γὰρ φλέβες ἔμπυροί εἰσι, (venae calentes Vegetii) ἀπαλὰ τὰ νεῦρα παρέχουσι.

[*genua — suffundere*] Apſyrtus: δεῖ ἐν ἀναφυσᾷ οἶνον καὶ ἐλαίω τὰς ἄμυς καὶ τὰ σκέλη.

[*multorum manibus*] Apſyrtus: χειροτριβεῖν μαλακῶς ταῖς χερσὶ.

12. *stercore*] Apſyrtus: ὅτε κόπρια ὑπόκειται ἢ ἀλλὰ ὑποβλήματα ἀπαλά. Igitur non opus est *stramine* Morgagni IV. 12.

Cap. XII. *aqualiculus*] Isidorus apud Vincentium Specul. nat. 28. c. 90. aqualiculus proprie est porci, hinc ad ventrem hominis translatio.

3. *σπφραγμα*] Iterum nominat infra II. 19. (vulgo I. c. 47.) Describunt Hippiatrica p. 146.

Cap. XIII. *chordapsos*] tenuiorum intestinorum est, ileus pleniorum, auctore Celso 4. c. 13. Cf. Foessii Oeconomia h. v.

Cap. XIV. 1. *Πει*] Eius in equo meminit etiam Aristoteles H. A. VIII. 24. eiusque signa ponit haec: τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑφέλκωσιν ὑπὸ τὰ ἔμπροσθια καὶ ὑποφέρουσιν, ὥστε ὀλιγὸς συγκροτεῖν. εὐν δὲ ἀσιτήσας τὰς ἔμπροσθεν ἡμέρας, εἴτα μανῆ αἷμα ἀφαιρῶντες καὶ ἐκτέμνοντες βοηθεῖσι. ubi Thomae versio habet pro μανῆ rarefiat. Legit igitur scriptum μανῶδη. Verba καὶ ἐκτέμνοντες omisit Gaza et versio Scoti apud Vincentium.

[*cataclytum*] Gesnerus *cataclisum* malebat, i. e. sphincterem, probante Platnero, qui huc trahebat ex Phauorino κατάκλιτος τελευταία. Longanone[m] Glossae καλέντερον interpretantur. Utitur vocabulo Apicius IV. 2. Apud Caesium est *longanone cum sphinctere et podice*, sed alibi legitur *longaonis*. Varro L. L. IV. p. 29. *tertium factum est longabo*,

*gabo, quod longius quam duo hila.* Arnobius VII. p. 229. inter sarciminum genera habet *longanos*. Sed ibi Salmastii editio *longani* habet, cum alii libri *longano*, quidam *longa-ro* praeferant.

2. *ut supra, rumpitur*] i. e. vt in chordapso c. 41.

5. *per totum dorsum*] S. M. *super*: recte! et sic est infra II. 24. (vulgo I. cap. 52.) f. 4:

*Afronitro*] Recte Morgagni coniecit *Afronitro*, quod in simili clystere est II. 24. (vulgo I. c. 52.) f. 4. mel *Africum* nemo veterum memorauit.

Cap. XV. 2. *tympanites*] Signa cum cura habes infra V. 26. (vulgo III. 27.) vbi vide.

4. *centinalem*] Infra V. 24. (vulgo III. 25.) Corb. liber *centralem* vocat. A *νεύρων* et *νεύρημα* recte deriuat Gesner. In familia Claudia fuit *C. Cento*, alius *Tiberius Centumalus* apud Ciceronem Offic. III. 16. et Valerium Maximum VIII. 2. 1. vbi libri scripti plurimi *Centinalum* habent; idque nomen satis defendit alterum ab eodem fonte ductum, *Centio*.

Cap. XVI. *lunbrici*] De morbis veterinorum ex lumbricis et vermium quocunque genere optime disseruit Galenus Chabert, cuius librum de morbis vermicularibus ex gallico sermone conuertit Meyer, Goettingae 1789.

*coagula*] Sambuci Codex namque *gulam et aqualicum*. Sed si de bobus etiam intelligi voluit Vegetius, tum *coagulare* est *ήνυστρον*, in quo lac coagulatur, ventriculi conclauae quartum. Nam cap. 17. recte Sambuci Codex *coagulare* habet pro *coagula*. Platnerus a Gesaero consultus putabat, esse coagulare vel ipsum colon, vel eius principium, caecum intestinum, quoniam vltra has partes clysmata non adscendunt. Libro VI. 10. 3. (vulgo IV. 10. 3.) pro *coagulare* Sambuci liber habet *longanonein*.

2. *non sunt inflata*] Vide infra ad II. 24. (vulgo I. 52.)

*confricant*] Vide ad II. 24. (vulgo I. 52.)

5. *aliqua potio*] Eadem formula existat infra VI. 10. (vulgo IV. 10.) vbi vide notas.

Cap. XVII. *farinae orobi*] Vulgo *erui*. Sed infra VI. 10. (vulgo IV. 10.) vbi eadem medicamenta repetuntur, est *pollinis erui*.

3. *contra cliuum*] Infra VI. 10. 2. (vulgo IV. 10. 2.) est *in oliuo aut in decliui*.

quoties autem]. Infra legitur: postero die idem animal pronum constituatur in cliuo et per clysterem, et reliqua, quae sunt paulo diuersa.

4. *chamaeleontis*] Eumelus Hippiatr. p. 142. Χαμαιλέοντος ρίζαν εἰς ὕδωρ ἀποτριώσας καὶ μίξας ὀποπάνακος γόβ. καὶ οἶνε ζέστες τὸ ἥμισυ διὰ τῆ ἀριστέρῃ μυκτῆρος ἔμβαλε.

5. *Ad matricis dolorem*] Haec alieno loco posita esse, manifestum est.

Cap. XVIII. 2. *hippocentaurum*] Ex loco II. 23. (vulgo I. 51.) comparato Gesnerus putabat festiue ita elici penem equi. Mihi contra legendum videtur *hippotaurium*. quae vox in Hippiatr. p. 153. significat regionem inter anum et scrotum. Hinc λάστυρος quasi λασιόταυρος. Quinctil. Instit. 8. c. 2. f. 13. *taurus animat sit, anmons, an signum in coelo, an nomen hominis, an radix arboris.* vbi vitium sensit Gesner, sed emendatio *radix arrhiniqi*, i. e. membri virilis, in-  
eptissima est.

Cap. XIX. 2. *squibala*] Hoc glossema delendum puto. *emphragma*] Cf. II. 12. 2. (vulgo I. 40. 3.) et Hippiatr. p. 146. vbi cura traditur.

*utendum, quod*] quasi *clisterio* praecesserit.

Cap. XXIII. *inuersa*] Aristoteles H. A. VIII. 24. ἀνίατα δὲ καὶ τάδε, καὶ εἴν ἡ κύστις παρακινηθῆ. σημεῖον δὲ καὶ τέττε τὸ μὴ δύνασθαι εἶρεῖν καὶ τὰς ὀπλὰς καὶ τὰ ἰσχύια ἐφέλκειν. vbi Codex Mediceus, Canil. μεταστῆ versio Thomae *transciderit*. Plinius VIII. c. 42. *praeterque vesicae conuersio*. Hippiatrica p. 116. δεῖ γε μὴν κείσεσθαι Ἀριστοτέλει, ὅς Φησιν ἵππου μόνον περιπίπτειν τῷ τῆς δυσερίας πάθει. quae sententia in vulgatis hodie libris non exstat. De re ipsa ita Apfyrtus in Hippiatricis p. 111. vbi de dysuria agit: ἐκ ἀληθεύσι. δὲ τινες ἐν τοῖς τοιάτοις λέγοντες διορθώσασθαι οἶνον τὴν κύστιν, καὶ καθιάσι τὴν χεῖρα διὰ τῆς ἔδρας καὶ τῆ ἀπευδυσμένε εντέρε, καὶ τῆς κύστεως μὲν ἀφασθαι ἔδυναται τὴν χεῖρα ἔχοντες ἐν τῷ εντέρω, καὶ αὐτῇ δὲ πρόσκειται τῷ ἰσχυρῷ ὅστὲν λεγομένω ἐν τῇ τάξει ἐξῆς. εἰδότες παρανεύει κνησμὸν δὲ παρέχεται ἡ χεῖρ ἐμβεβλημένη τῷ κοητικῷ πόρῳ, καὶ εἰσθῶτε ἀπέρησεν. καὶ μέχρι μὲν τῆς ἔδρας ἀπτόμενοι, κακὸν εἶδὲν δύναται ποιῆσαι, εὐδοτέρω δὲ διορθούμενοι ἀγαθὸν μὲν εἶδὲν ποῖσσι, κακὸν δὲ μέγα. διὰ γὰρ τὴν χειροτριβίαν τῆ εντέρε Φλεγμονὴ μεγάλη γίνεται, καὶ εἰς ὑπομένει τὸν πόνον, διαφωνεῖ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον τὸ ζῶον παραχρηῖμα ἢ μετ' ὀλίγον. quae breuiter repetuntur p. 115. Ibidem p. 112. leguntur haec: καὶ τῆτο δὲ γίνωσκε ὅτι καὶ ἡμίονος εἴν Φάγη ῥόδο-  
δάφνας,

δάφνας: πλείονα ῥῆξιν λαμβάνει ἢ κύστις, διὰ τὸ παραλύεσθαι καὶ ψύχεσθαι τὰς ἐντὸς ἀρτηρίας τὰς λεγομένας ἐπιραχιτιδίας, αἷς πρόσκειται ἢ Φῦσα, καὶ διὰ τῆτο ῥήγνυται, καὶ διαφωνεῖ. Ἴππῳ δὲ ἔ δύναται τῆτο συμβῆναι διὰ τὸ θερμότεραν ἔχειν τὴν σύστασιν τῆ σώματος καὶ ταχὺ καταπέπτειν τὰ σιτία. De vesicae μετακινήσει, aut vt in verbis textus est, εἰάν κύστις μεταχωρήσῃ ἀπὸ τῆς ἔδρας, exstat caput in Hippiatricis p. 267. sed vitiosum vt videtur.

Cap. XXIV. *nec vehementer se volutant*] Supra II. 16. (vulgo I. 44.) *Haec animalia non sunt inflata et tamen per dolorem se volutant — et caudam parietibus confricant.* Vnde patet. h. l. legi debere: *et vehementer.* Hippiatr. p. 142. τερηδόνων signa ponunt προστρίβειν τὴν ἔραν καὶ τὴν ἔδραν πρὸς τὴν Φάτνην καὶ τὰς τοίχας.

*et quasi in cursu*] An huc pertinent verba Hippiatr. p. 143. ἔξαπίνης ἀναστὰς τρέχει, ἢ κἀθεται, ἢ ἀνακλιθεὶς κέχηνε?

Cap. XXV. *syncorauerit*] Galeno Meth. Medic. XII. p. 167. συγκοπή est κατὰπτωσις ὀξεία τῆς δυνάμεως virium omnium collapsus. Hinc σύγκοπον γενέσθαι ap. Diodor. 3. c. 57.

*inter suffusos*] De quibus I. 26 et 38. f. 9.

4. *vulsis*] Etiam in Hippiatricis βολσῶν legitur; Crescentius IX. 20. *morbum pulcini siue vulsiui* vocat, Jordanus c. XI. *pulsio cavallo*, Rufius c. 142. *pulsivo è bolso.*

Cap. XXVIII. 2. *stratum pontilibus*] Infra sect. 22. *instrato pontili*; sed ibi Codex Sambuci habet *in loco tepido*. Hoc vero in loco ex eodem libro Gesnerus malebat legi *constratum pontile*. Infra III. 58. (vulgo II. 58. 1.) si roboris pontilibus consternantur stabula. Roboreos axes dixit Columella VI. 30. 2. *planças Palladius I. 21. 2.* Gesner malebat *constratum pontile*. Deinceps etiam malim *fossae — canaliculum*.

3. *Patena*] Ex graeco Φάτνη recte deriuat Conr. Gesner in Equo p. 524. Scilicet seriores Graeci dicebant etiam *πάτνη* pro Φάτνη. Vide Niclas ad Geoponica XV. c. 4.

4. *loculis*] Ita ex S. M. scripsi, quia in vulgata *facti* et *distinguendi sunt* inepte dicitur.

5. *iacca*] Videtur legendum *occa*. Vide ad Columellam II. 18. 4. Pollux Onom. I. sect. 142. κράστις, ἀφ' ἧ καὶ τὸ ἀγγεῖον ὁ ἐπὶ τῆς Φάτνης κατῆρτο ἐπὶ τῷ χόρτῳ κραστήριον ὠνόμαζον.

7. *proficere*] Ita ex S. M. scripsi. Vulgatum *custodiat ping. et reficere videatur*. sensum vix habet commodum in

posteriori commate. Si additum esset *corpus*, tolerari posset, etsi falsa esset sententia. De caloris vi ad pinguedinem augendam optime nuper disputavit *Rigby*.

propterea] Vulgo *Propter quod*.

9. *importunius fluit*] Legerim *fluit, importunum virus*.

11. *arido stercore*] Ita etiam II. 10. (vulgo I. 38.) siccatum stercus et paleas iungit, item III. 9. 4. (vulgo II. 9. 4.) et c. 12. 7. vbi tamen Morgagni IV. 12. malebat *stramen* reponi. Sed *stramen* inepte diceretur *aridum*; semper enim est aridum; recte igitur vulgatam tuetur Gesner. Graeci locum eiusmodi ἀλωδήθραν vocabant remque ipsam ἐξάλισσα. Cf. Interpr. ad Aristoph. Nubes vers. 32. in Hippiatricis legitur τὸν ἵππον ἀγειν ἐπὶ τὸ κύλισμα. Ita enim vulgatum κλύσμα recte correxit Conr. Gesner, in Equo p. 489.

29. *Allii capita tria*] Eadem minus integra leguntur infra V. 51. I. (vulgo III. c. 58. f. 1.)

34. *pressius*] Gesner comparauit *pressius putare vitem* ex Palladio Nov. 9. Detonsos mannos amicae suae laudat Propertius IV. 4. 18.

35. *arcum*] Hanc formam Berenger monet hodie vocari *Hog's mane*, i. e. iubam porci.

*crines*] Praefero cirros ex libro Sambuci. Berenger vertit *notches, like the battlements of a tower*. De Medis equis vide Aelianum 3. 2.

36. *bicomis*] *Double-maned* recte vertit Berenger. Ita porca bifeta dicitur apud Festum, a cuius ceruice setae bifariam diuidantur, cum iam esse coepit maior sex mensium.

37. *Parthis*] Equos Parthicos Oppianus Cyneg. I. 277. βαθυπλοκάμεις prolixis iubis appellat.

*circulis*] Berenger vertit: *rollers, chains or weights*. Equum appensis pedibus ponderibus domandum ad incessum exhibet eius Tabula 2. Voluminis II. Medio aeuo equos totum incedere cogebant vsi *traynellis*, vnde britannicum *trammels* deriuat Berenger T. I. p. 170.

*Trepidarios*] Graece etiam in Hippiatricis est: δρέμων τῷ δια κάλπης γυμνάσει ἤτοι τῷ λεγομένῳ τριπήδῳ. Latini *trepidantem equum* dixerunt, veluti Cato apud Seruium ad Aeneid. 121. *Sedere non potest in equo trepidante*. Cf. Salmasius ad Capitol. Maximinos c. 3.

38. *Asturconibus*] Glossae apud Cangium interpretantur *Dextrarium et ambulatorum*. Martialis 14. 199. *Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues venit ab auriferis gentibus astur equus*. Plinius 8. l. 67. *In eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica: equini generis (hi sunt,*



sunt, quos *thieldones* vocamus, minori forma appellatos *asturcones*) gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. unde equis *tolutim* carpere incursum traditur arte. vbi voces hi sunt ex Codd. adiecit Harduinus, Pintiani auctoritatem praefatus. Sed is ex Codice Toletano ita legebat: *Asturica. Equini generis hic sunt quos Thieldones vocamus. Minori fama appellatos asturcones gignunt.* Alii in Plinio maluerunt legi *Thiellones* vel *Thellones* aut *Tollutones*, propter locum Senecae Epist. 87. vbi Catonis cantherium opponit delicatorum mannis obelis, et asturconibus et tolutariis. Macedonicum Asturconem habet Petronius c. 87. Asturcones cum iis quae hodie *Genets* vocant, comparat Berenger p. 74. iisque gradu similes *tolutarios* dictos fuisse moneta romanis. Asturconum incessum pingit Silius III. 335. *His parvus sonipes nec marti notus, at idem aut inconvulso glomerat vestigia dorso, aut molli pacata celer rapit effeda collo.* Ceterum *Guttonarios* hic et VI. 6. 7. (vulgo IV. 6. 7.) *Tottonariis* substitui cum Sahmasio ad Capitol. Maxim. p. 13. ed. Hack. voluit Du Cange in Glossar. sub voc. *trepidier*. Gesnero in mentera venerat suspicari de Gallico *trotter*, quo plane ducit lectio Goth. *Trettonarius*, si mutetur in *Trottonarios*. Sed vide notam VI. 6. 6. (vulgo IV. 6. 7.)

*aulicibus*] Conr. Gesnerus emendabat *silicibus*, sed rectius I. M. Gesner dictum ait pro *aulacibus*, i. e. fulcis. Graece est *αὐλαξ*, atque hanc lectionem expressit Berenger. Confirmat Jordanus Rufus cap. 3. *fāre trottare et cauallō ver luoghi drati per li monticelli e valicoli chi sōn nelli campi arati, acio chel cauallō impara leuare i piedi e le gambe comodamente e competentemente, e simile ragione anchora in luoghi arenosi, acio chel cauallō impara andare bene e non se si a scampuzare.* Inde etiam L. Rufio cap. 34. *per li campi arati ò per le maesi e luochi erti — perche per lo andare si qui che si fa per li solchi s'assuefa del continuo di mouer et alzare i piedi e le gambe con piu attezza avertentia e scurta, onde poi nel camminar non cadere ò inciamparà di leggiero.* De Graecorum *ἀμφορόμοις* vide ad Xenoph. Memor. III. 3. 6.

39, *minutos*] Berenger p. 17. monet intelligi simul lebere altius sublatis pedibus. Infra VI. 6. 6. (vulgo IV. 6. 5.) de eadem re est *ingressus minutus et creber*.

Cap. XXIX. 1. *feruescit*] Ita notat *προπότισμα θερινόν* Hippiatr. p. 279.

*fasciculum — porri*] Graece est *πράσος κεφαλήν*. ergo *capitulum porri*, deinceps *σέλινον χλωρόν*.

*portulacae*] Graece est *Ἰσρίδακος χυλὸς ὀλίγον*. Ergo *laducae succi exiguum fuit*.

*oua septem*] Hipp. omittunt *oua*.

Cap. XXX. *cerefolii*] S. M. *caepullae*. Sed *cerefolium*, *feniculum* et *baccas lauri* omittunt Hippiatr. p. 279. Pondera etiam variant.

Cap. XXXI. *Costi*] Alio ordine hoc velut *χειμερινὸν προπότισμα* ponunt Hippiatrica p. 281.

*Celticae sem.*] S. M. *Janfuci*, *spicae Indicae*, *saxifragae sem.* *scinoanthos*. Hippiatr. omittunt *celticam spicam*.

*glycirrizae*] Vulgo *glicericae*, et in Hipp. *γλυκορίζε*. Pro *Jagapeno* habent *σαμψύχα*.

*saxifragae*] Graece *σαρκοφάγος* omisso *eupatorio*. *anomi*] Graeca Hipp. omittunt, et pro eo *ἀμμωνιακὴ* habent.

*asari*] Hipp. omittunt *asarum*, deinceps *ὀποπάνακος*, *δρακοντίας*, *ἀψινθίς* *ποντικὴ* *δεσμίδια* *τρία* habent.

Cap. XXXII. *Sampsuci*] In eadem formula Hippiatr. p. 278. omittunt *sampsuchum*, *alarum*, *dragantum*, *centauriam*, *marrubium* et *gentianam*, sed addunt *σμύρνης* *τριωγλήτιδος*, et *hyssopum* definiunt *siccum*.

*draconteae*] Ex lectione S. M. *Dragimteae* correxi *vulgatum dracontii*. Graece est *δρακοντίας*. Praeterea *vulgatum draganti* bis, et *aristologiae* correxi.

*cernes*] *σήσας* *παίησον* *ξήριον* Hipp.

*seminis piperis*] In Hipp. est solum *πιπέρεως* *λελειωμένε* γο. γ'.

Cap. XXXIII. *lutum*] Infra V. 14. 22. (vulgō III. 15. 22.) est *lutum de via*.

*allium conteres*] Infra est: *cepas acerrimas et leuiter contusas tres aut quinque ponunt in anum, et sic deambulare faciunt*.

*puluerem*] Infra: *pulueremque thuris omnique crudum cum vino dulci permixta* etc. Succum apii et caulium omittit infra cum Columella VI. 30.

*et veretrum*] Post *veretrum* interpunxi, quia sententia alloquin inepta existat. Sic et infra ano inditur *cepa contusa*. Sed Plinius 20. f. 23. iumenta vrinam reddere ait atque non torqueri, si allio trito natura tangatur.

2. *medium sext.*] Infra est *unum sextarium*.

*viuum*] Infra: *cimices tritos in nares animalis mittunt et allium super naturam; qua mingit, confricant.* vbi S. M. *ternos viros in aures habet.*

Cap. XXXIV. 2. *os limacis*] Plinius 29. f. 36. capitis doloribus. opponit cochlearum. nudarum *ablata capita, ex his exemptam duritiam lapideam: est autem calculi latitudine.* — *Limacis inter duas orbitas inuentae officulum per aurem traiectum.* vbi Harduinus posuit locum Marcelli Empirici p. 34. *Limaci calculum, quem in capite habet tolle: quod non facile facies, nisi ei dum in via repit, caput subito abscideris.* Denditioni prodesse ait Plinius 30. f. 47. *limacis lapillum sine officulum, quod inuenitur in dorso.* Reperies officulum in limiacum parte prona seu superiori, vbi capitis et dorsi fines colliquefcunt, calcareae naturae, in cochleis nulla adest eius calculi similitudo, nec ea opus, cum testa tegantur.

*curare continuo*] Constructio claudicans quomodo corrigere debeat, ignoro.

Cap. XXXV. Infra III. 60. maxima horum pars verbis mutatis legitur. vbi vide.

Cap. XXXVI. *specierum*] Formula exstat supra c. X. vbi aristolochia longa definitur.

*per triduum*] Modum ac mensuram supra accuratius definitum reperies.

2. *passi hemina*] Species supra dictas. Vulgo erat *hemina*.

Libri III. Prolog. 1. *Nuper — Hunnorum — Barbaricorum*] Cf. infra libro VI. c. 7. sect. 1. (vulgo IV. 7. 1.)

Cap. II. comparandum est cum Cap. X. vbi fere eadem verba, et plura signa eduntur.

Cap. IV. *Cardiacus*] Aristoteles H. A. VIII. 24. incubilem morbum equi ait *εάν καρδίαν αλγήση. σημεῖον δ'ε' απαρός ὡν αλγεί.* vbi Gaza: *ut latera subsidant et ilia praertringantur.* Thomae versio *gracile existens omisso αλγεί.* sed de difficultate ista alibi dicitur.

Cap. V. 3. *cyclo*] S. M. *ex cyclo et helleboro.* Gesner pensebat esse hic et capite sequenti cyclum genus cauterii rotundum, quod ille putabat praesertim ex sect. 11. cap. 6. apparere. Equidem cyclo curare puto esse, quod Hippocratica p. 145. dicunt equum *περιοδεύειν*; et video nunc demum;

num, mecum sentire H. Mercurialem V. L. IV. c. 11. p. 127. vbi Vegetium etiam comparauit Caelius Aurelianus. *circulus fieri solitam* curationem, dixit Pass. Tard. l. c. 1. et Synesius in Caluitii encomio: *ἔτοι μὲν εἰσὶν οἱ ταῦτα δυστυχῆς οἱ τὰς καλεμῆνες κύβητες ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν ἀναγκάζομενοι.* Methodici cyclum ἀναληπτικὸν alterum μετασυγκριτικὸν appellabant. Erat quidam rerum ad victus rationem aliamque curationem pertinentium statō dierum, tridui potissimum, ordine constitutus vsus, vt docuit Mercurialis l. c. Hunc vocabulū *circulus* vsu addē Gesneri Thes. L. L.

7. *exorica*] Ex lectione S. M. *exoriza*. Gesner coniciebat *conyza* quam in simili re laudari ait a Caelio Aureliano Acut. II. 9. 40. Artemisiam iterum nominat V. 32. 4. (vulgo III. 33. 4.) noster. Ad eandem pertinere videtur locus Marcelli Empir. p. 249. ed. Corn. *remedium quod Artemisius Dianio ostendit.*

*pedesque connectis*] vt despumare possis; qua de causa alias *deici*, *deponi*, *elidi* equum iubet; monente Gesnero.

12. *cyclo affirmantur*] Gesner cautērem interpretatus decipi se passus est vulgari lectione sequentium verborum *cyclo curentur in renibus*, vbi corrigo: *cyclo curati vruntur in renibus.* vt paulo antea fuit *cyclo curati vruntur in capite* De cyclo vide ad cap. 5.

Cap. VII. *corpore cominuet*] Pro his Hippiatrica p. 251. καὶ τὰ σκέλη αὐτῆς συσπᾶ. Pro *paruus* ibi est πλάγιος obliquus.

*non acri*] μετὰ ὄξους καὶ ἐλαίου δαφνίνης Hippiatrica, vel *auriculis*] Hippiatrica; ἀπάλειφε τὴν κεφαλὴν μετὰ τῶν ὀτρων. Vnde forte legendum *capite eius inter auriculas.*

*cerbellare*] καὶ δέρματι ἔχοντι ἔρβαν ἐμβεβρεγμένω τῆς τῶ τῷ βοηθήματι τὴν κεφαλὴν περιδυσσον. Vulgatum *cerbellum* correxi. Vide infra ad cap. 11. f. 3.

3. *Tres — cantros*] Hipp. septem ponunt.

*succi caulium*] hunc omittunt Hipp. et in mensura variant liquorum.

*mellis*] ὑδρομέλιτος κῶάθης τρεῖς, albi piperis obolum croci scrupulos duos contrita cum vino infundunt ori Hippiatrica; vbi nescio an idem remedium intelligi debeat firmare tamen suspitionem videtur supplementum libri Gothani. Mirabatur Gesner pastillos ex aqua et melle vna coctis factos.

Cap. VIII. 2. *indigestione*] Simile aliquid Hippiatrica p. 249. ὀπηνίκα μὴ τῷ ἀρμόζοντι καιρῷ τὴν τροφὴν πέψαι τὸ ζῶον.

oīco acetoque] Hippiatr. ἀπὸ τῶν κροτάφων αἷμα ἀφαιρεῖν — καθ' ἑξῆς δὲ αἵματος ῥέοντος, τάχιστα ποιῆσθαι ἀναστολήν καὶ πυριᾶν τρόπῳ τοιῶδε. ἄχυρον λεπτότατον εἰς ὄξος ὄριον καθεψήσας καὶ ἔλαιον, εἰάν θέρους ἦ, εἰ δὲ χειμῶν, εἰς οἶνον καὶ ἔλαιον ἀφεψήσας τέτων τῷ ἀφεψήματι χρῶ. quae nescio an voluerit exprimere Vegetius.

Cap. XI. *arum viride*] Ab hordeo abstinere iubent etiam Hippiatrica; sed locum tenebricosum et silentem improbat solus Apfyrtus p. 243.

2. *inter auriculas*] Vide supra I. 10. 5. et infra V. 32. 2. (vulgo III. 33. 2.)

3. *cerebellari*] Ita ex capitis seq. sect. 6. correxi vulgatum cerebello. Hippiatrica p. 245. ἀνάλειφε τὴν κεφαλὴν καὶ δέρματι προβατέῳ κατάσκεπε. et post: τὴν κεφαλὴν δέρματι ἔχοντι ἑρέαν καὶ ἠλειμμένῳ ἐλαίῳ κάλυπτε. Supra c. 7. II. cerebellum de lanato pelle vulgo similiter erat.

*collyrio acris*] Hippiatr. p. 245. ἔγχριε δὲ καὶ τὰς ὀφθαλμοὺς πολλυρίῳ.

4. *pro conio*] Ita scripsi pro *protocomio*. Hippiatr. p. 244. καὶ τὰς κροτάφους κεντήμασι πολλοῖς κρυτῆρος ἔγκαιε.

*conficito*] Ita vulgatum *confecto* corrigi voluit Gesner. In margine Fabr. et Samb. est *vsto* ex glossa. Tabulare palati vocat gradus seu rugas palati equorum.

*membranam*] Causas morbi ponit noster c. seq. sect. 8. duas, sed plures Apfyrtus p. 243. καθ' ἑαυτοῦ ὑπερβολὴν, προσφορὰν ὀρόβων πλειόνων, ἐπιφορὰν αἵματος τῇ μὴνιγγι, χολῆς παρέμπτωσιν εἰς τὰς φλέβας τὰς αἱμαγωγὰς, φαυλότητα ὑδάτων. Hinc recte Gesner vulgatam *menti pristinae sanitati* que corrige voluit: Meninga a Cael. Aurel. Acut. II. 9. 41. *mentem* appellari idem monuit. Locus est: dehinc odore penetrando membranas inurit et tanquam acre collyrium oculos sic mentes inflammāt.

Cap. XII. *vel stantes*] Ita suadente auctoritate S. M. et Hippiatricorum postea laudandorum correxi vulgatam: *suffusos, stantes auriculas dicunt vel micantes.*

*et captum*] Ex lectione S. M. malim et *captum nisi teneatur effugiat; parietibus se illidet* etc. Hippiatr. p. 244. τὰ ὠτα συνεχῶς κινεῖ, ὀφθαλμοὺς ἐστῶτας ἔχει καὶ λάμποντας, πέμπει δὲ καὶ ἀφρόν. p. 245: οὐδ' ὀφθαλμοὶ προπίπτουσιν ὕφαιμοι.

5. *insquiami*] i. e. hyoscyami. Sed in Hippiatr. p. 245. est: θρίδακος σπέρματος, μήκωνος σπέρματος ἐξίσα μίξας σὺν ὑδρομέλιτι et pro reliquis ponuntur σελινοσπέρμα, ναρδοστάχυος, πετροσαλίνα μακεδωνικῆ.

7. *confricabis*] Vnctione et frictione vtitur etiam Apfyr-  
tus p. 243. sed vnguentum differt.

Cap. XIII. 5. *diebus V.*] Recte Samb. M. *diebus tribus.*  
Ita enim est infra c. 26. qui locus huic nostro lucem mutua-  
tur et inuicem accipit hinc.

6. *fistulari*] quod reperies infra c. 26. Pro *munies*  
infra est *fasciabis.*

*fistula reciderit*] callositatem fistulae intelligi, patet ex  
cap. 27. sect. 4. duritiam carni viuae opponit 4. 16. *εσχάρω*  
graece Hippiatr. p. 270. Carnem infectam dicere videtur  
Samb. libri margo.

*collyrium fac. pollinem*] Ita ex altero loco, vbi thus  
omittitur, corrigenda erat vulgata: *videris collyrium, fac*  
*pollinem* etc.

7. *deprimas*] Vix sanum est verbum. Infra anaple-  
roticum medicamentum adhibet.

9. *quia omnem*] An fuit *quin omnem?*

Cap. XIV. *ita periculi*] Malim *periculo.*

*si cartilaginem*] Partem auris superiorem cartilagi-  
neam totam.

2. *commissura*] Breuiter Hippiatr. p. 60 et 61. συμ-  
βαίνει τῷ ἵππῳ οἴδημα γενέσθαι κατὰ τὸν σύνδεσμον τῆς κεφα-  
λῆς καὶ τῆ τραχήλε παρὰ τὸ εἰς σιλήρωμα ἔχον. λέγεται δὲ  
παρατώς — εἰ δὲ τὸν δάκτυλον ἐντιθέσθαι. εὐχερῶς γὰρ συ-  
ριγγῆται ὁ τόπος.

4. *ne ex dolore*] Hippiatrica p. 63. τὸν πόνον τῆ ὠτίς  
θεραπεῦσαι δεῖ μήπως εἰς μανίαν ἐμπέσῃ τὸ ζῶον καὶ πρὸ πάν-  
των τὰ τέτα ἄτα καθάραι, μήτι ἐνδον ἐγκαθίσαν βλάβην ἢ  
πόνον πάρεξι, καὶ καθάραντα διὰ σπόγγης ἀπαλῆ μέλι καὶ νί-  
τρον καὶ ὕδωρ διυλισθὲν εἰς τὸ εἰς ἔμβαλε πρότερον τῆτο ἀπο-  
μάξας. ἔασον δὲ τὸ σπογγάριον εἰς τὸ εἰς ἐμμεῖναι μιᾷ νυκτι,  
τῇ δὲ ἄλλῃ κατάντλει ὕδατι θερμῷ καὶ νίτρω ἕως εἰς ὑγιάνη.  
Ex quibus apertum est, h. l. mellis mentionem excidisse; et  
praestare lectionem libri Sambuci sic correctam: *nitro et*  
*aqua melleque infundes et sic infusam vna nocte intra aurem*  
*manere patieris.*

Cap. XVI. *Platycorialis*] Aretaeus Capp. Diutur. mor-  
bor. I. 7. a Gesnero laudatus: καὶ ἢ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι παρ-  
θένος (κόρη) καὶ γὰρ εὐχέεται πολλὴ εἰς μέγεθος. εὔτε πλα-  
τυκορίην ὀνομάζομεν· ἀτὰρ ἢ δὲ ξυνάγεται εἰς μικρὸν ἢ κέρη,  
εὔτε φθίσιν ἢ ἢ δὲ μυδρίησιν ἐγὼ κικλήσκω. vbi nili plura ex-  
ciderunt. ab vsu loquendi plane recessit Aretaeus. Reliqui  
enim medici velut Paulus III. 22. et Celsus 6. c. 6. mydriasmum  
vocat,

vocant, quam Aretaeus πλατυκορήν, quam nominat et explicat Philoponus ad Aristotel. de Anima Littera K. 7. Plinius 23. f. 34. succum foliorum oleae ad procidentem pupillam commendat. Ibi enim non *pupillae*, sed *papulae* habet Codex Pintiani.

6. *hypocorialis*] Mihi eadem esse videbatur cum ea, quam sequens caput ὑπόχυσιν, hypochysin, i. e. suffusionem appellat. Crescentius IX. 26. eundem morbum tractans; *auticax* vocat in titulo capitis, sed editio princeps et Louan. *De morbo oculorum et cura eius* rectius inscribit caput. Nomen nullum habet Iordanus c. 6. ex quo sua duxit Crescentius, nec Rufius c. 53.

7. *per lacrimarum cursum*] Hoc ἀποδακρύσαι Graeci, *delacrimare* Latini dixerunt; hinc *delacrimatio*, et *collyria delacrimatoria* dicuntur.

Cap. XVII. *hypochysin*] Ita liber Fabricii, *caecitatem* Samb. Vulgo *cicatricem*. Deinceps recepi ex Samb. libro *opposita* pro *apposita*. Idem *operit* — *aurei*. Voluit *aureo*. Postea *candido* ex Goth. dedi pro *candida*.

*oleagineo*] Plinius 25. f. 92. anagallidis vtriusque fucus cum melle oculorum caliginem discutit, et ex ictu cruorem et argema rubens, — pupillas dilatat, et ideo hoc inviguntur ante quibus paracentesis fit.

4. *lanae*] Huc pertinet locus Hippiatr. p. 50. ἔριον μετὰ ἐλαίᾳ ῥοδίνας καὶ ὡς ἐντὸς τῶν ὀφθαλμῶν ἔμβαλε, τῇ δὲ ἀλλή τήλειως ἀΦεψημένης χυλῶ χλιαρῶ ἐπάντλει, καὶ πληρώσας σπόγγον ἐπίθες καὶ δῆσον, καὶ πάλιν ἔριον etc.

Cap. XIX. *staphyloma*] Ipse postea *tunicas ruptas* memorat, ut infra VI. (vulgo IV.) 28. 10. ad oculorum rupturas et tuniculas servandas. Scilicet corrosa aut rupta cornea cum vniiformis tunica procidit et malum est adhuc paruum, *μυιοκέφαλον* vocatur, cum vero augetur, ab acini vuarum similitudine *σταφύλωμα*, cum vero ultra palpebras procidit, malum seu *μῆλον*, cum denique in callum abit, clausus dicitur seu ἦλος, tradente Paulo Aegineta.

*deplanauerit*] Gesner monet, *deplanaueris* legendum ibi videri. At sic etiam *feceris* legendum est; nec enim ipse oculus vulnus facit, quod putabat vir doctus, sed medicus, qui excidentem vream refecat et partes deplanat. In omnino staphylomate vulnus corneae adest. Sic est cap. 22. *caedis ut deplanes*.

*acriori collyrio*] an medicamento catastatico de quo cap. 22. sect. 2?

Cap. XXI. *et in ipsa*] De ductu lacrymali locum antiquissimum Galeni laudavit Morgagni Aduers. anatom. I. p. 27. Idem VI. p. 85. monet, Th. Bartholinum h. l. maluisse legi *cavitate* pro *callositate*. Hippiatrica p. 49. καὶ κλύζει τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τῆς στενῆς πόρου τῆς προσκειμένης τοῖς μυκτῆραι. ἔτος γὰρ ὁ πόρος διήκει μέχρι τῆς ὀφθαλμῆς.

Cap. XXII. *offilagini*] M. Sladus comparabat graccum ostώσει. Offilaginem infra VI. (vulgo IV.) 14. 3. offulaginem dicere videtur.

2. *libraturam cutis*] apte S. M. labia cutis interpretatur: *lapidis cypriæ*] Samb. M. *lapidis calcis*. forte *chalcitis*. Sladus coniiciebat *lepidis cypriæ*.

8. *Aninci*] Ecce Hippiatrica p. 44. ὄντα ἀμυγδαλεῖς ξέστας τρεῖς, γάρου ἀνθη ξέστην ἓνα μέλιτος γο τρεῖς, πάντα συνεψήσας χρῶ. Vnde vulgatum *gariofli* correxi. Noster infra VI. (vulgo IV.) 28. 10. idem remedium habet, sed vini sextarios 4. gario floris sextarium vnum, mellis uncias 4. ponit. vbi recte Gesner emendauit *gari floris*, γάρου πρωτέϊον interpretatus. Huius tamen loci non ineminerat tum!

10. *mandatur*] Fere eadem habet Columella VI. 33. et Hippiatr. p. 47.

*sinapis agrestis*] Columella *pastinacæ agrestis*, quod ex Vegetio corrigi malebat Pontederà. Sed ibi docui, Vegetium esse corrigendum ex Columella. At nunc demum video, in Hipp. p. 47. esse ἀγριοσταφυλίης σπέρμα κεκομμένον καὶ ἀρνογλώσσης χυλὸν μέλιτι ἀπτικῶ μίξας χρῶ.

12. *marrubii*] Infra VI. (vulgo IV.) 27. 4. rectius *myrrhae*, sed male pro *gummi* est *cymini*, ex Aetio Tetrab. II Serm. 4. c. 113. Celso VI. 6. sect. 3. et Scribonio Comp. 36 monente Morgagni IV. 16.

Cap. XXIII. *strumæ vel parotides*] Quae deinceps sequuntur passiones vsque ad cap. 28. synanchem, ab vna scilicet eademque causa in glandulis sita pendens, de quibus post notam ad Columellam VII. cap. 10. f. 3. nunc accuratius dicendum erit. Primo graeca videamus. Apſyrthus igitur in Hippiatr. p. 60. parotidem esse ait: οἰδημα κατὰ τὸν σύνδεσμον τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς τραχήλεος παρὰ τὸ εἶς σκλήρωμα ἔχον. Contra *παρίσθμια* dici, cum talis tumor occupat σφαγὴν, βρόγχον et ἰσθμὸν, ita, vt equus nec manducare nec bibere possit, lingua intumescat propendens et liuida et saliuâ profluat. Quae cum cura vitii repetiit Hierocle p. 61 et 63. nam male separata leguntur, quae auctor exemplo Apſyrthi coniunxerat. Eumelus ibidem p. 61. coniungit.



παρωτίδας ἢ χοιράδας, ἅπερ τινὲς ἰδιώτερον γλανδέλας προσ-  
 ἄγορεύουσι. Apfyrtus igitur vnum idemque vitium pro loci  
 diuersitate παρωτίδα et παρωθμία vocat, eandemque ei cu-  
 ram adhibet, quam hoc in capite tradit Vegetius. Contra  
 Apfyrtus χοιράδας distinguit nomine et medendi ratione,  
 quas cum Eumolo Vegetius confundere videtur. Parotidum  
 morbum Britanni *Ives*, germanicus Gibson T. I. P. 344.  
*Kehlsucht* vocat.

*strangulatione*] Ita cum Slado malui, quam quod edi-  
 tur aperte vitiosum *stranguria*. Corb. liber *stranguilia*,  
 Goth. *stranguliam* et *strangulionem* habet; quae sunt nomina  
 recentiora eiusdem morbi. Iordanus cap. 4. *del strangojone*:  
*Sono alcune altre giandole che nascono tra el colo e el capo*  
*sotto tutte do le mascelle — la qual infirmità in vulgare se*  
*chiama le vidole.* Quibus fere similia Crescentius IX. 16. *de*  
*curatione strangulionis*: *Sunt et aliae aliquot glandulae circa*  
*caput equi, quarum aliqua sub gutture.* In reliquis pau-  
 lum diuersus abit, nec glandulas *vidole* nominat. Scilicet  
 in Italico Iordano excidit initium capitis de *violis*, quod  
 Index p. 9. post morbum *stranguillonis* collocat, quodque  
 excrispfit verbotenus Crescentius IX. cap. 17. *de morbo vu-*  
*ularum*, vbi est: *Sunt et aliae glandulae, quae nascuntur inter*  
*caput et collum sub utraque parte maxillarum — et haec ae-*  
*gritudo vocatur vuulae.* L. Rulius cap. 63. *de lo strangu-*  
*gione*: *Nascono circa la gola certe glandule che pareno tanti*  
*pezetti di carne; et alcuni le chiamano branche di caualli,*  
*alcuni stranguighion: questi abbrancano in modo la gola etc.*  
 is igitur gulae glandulas a parotidibus distinguit. De his  
 cap. 62. *de le viuole*: *Nascoro certe glandule tra il collo e la*  
*gola — et è questo morbo chiamato i morbilli ò le viuole.*  
 Albertus M. p. 218. *strangulinam* et sine capitis *stranguiliam*  
 vocat, nulla glandularum mentione facta. Sed ibidem est:  
*in hac equus laborans infirmitate frequenter intra XII. dies*  
*perit, vel in moruellam transibit, et tunc perichitabitur.* To-  
 tum caput aliunde translatum videtur. Ex Iordano *stran-*  
*guillonem* Gallice *Estranguillon* vocat Cangius. Videamus  
 etiam obiter de *violis* glandulis. Iordanus igitur c. 16. de  
 rigiditate capitis sic ait: *quelle giandole che sichiamao vi-*  
*ole sia fogate fundatamente infra el colo et el capo soto le*  
*mascelle.* vbi Crescentius IX. 25. *glandulae quae mulae vocan-*  
*tur, existentes inter collum et caput sub maxillis.* Sed L. Ru-  
 us cap. 70. in eodem vitio *viuole* nominat. *mule* vero vel  
*erraccie* in crurium vitiq appellat cap. 115. et cum eo *mulas*  
 Albertus M. p. 220. a. Columna 1. Galli *violas* vocant

*avives*, atque hinc nostrum *Teifel*, quo nomine ipse morbus venit.

2. *ex praeclosure*] Nescio an haec vitiosa sint. Certe *Apsyrtus* aliter; cauet enim, ne digitus immittatur: *εὐχερῶς γὰρ συριγγᾶται ὁ τόπος*.

Cap. XXIV. *Glandulae*] Ita *χοιράδας* vulgari nomine vocari, monui ante ex Eumelo. Peculiariter *Apsyrtus* *περὶ χοιράδων θλίψεως*, in *Hippiatr.* p. 65. vbi solam excisionem probat. Situm ex his indagare licebit: *ἐκλαμβάνειν αὐτὴν τῷ δακτύλῳ, καθιέντα ἐν τῷ ἄνωθεν μέρεσ τῆ κατὰ γένυ — μέχρι τῆ διαβράγχε παρ' ἐνάτερα*. *Theomnestus* vero p. 69. *εἰ ἐν τῷ ἰσθμῷ εἴη τῆς σφαγῆς ὑπὸ τὸν βράγχον ἢ χοιράς* negat, chirurgiam seu excisionem adhibendam esse. Is etiam in capitis inscriptione *περὶ χοιράδων καὶ περισθμῶν* habet coniunctim. *Britanni* hunc morbum *Strangles*, *Gibson germanicus* *Stränge* vocat, *T. I.* p. 331.

*pullis*] *Hippiatrica* etiam testantur, pullis hunc morbum familiarem esse; quod constat etiam in humano genere, glandularum morbis horum aetatem iuuenilem et puerilem ad annos pubertatis esse obnoxiam. *Corb.* lectio *pollis* potuit ex *tollis*, i. e. tonsillae, nasci. *Supra II.* 10. (vulgo I. 38.) *A tolibus et glandulis et arteriis humor erit candidus et viscosus, ex quo euenit fastidium et faucium praefocatio et synanche.*

*in morbum transeunt*] *Infra III.* (vulgo II.) 36. 2. *fabaceus narium mucor a glandulis serpit, quae celeriter aut eximendae sunt, aut ferro curandae, ne conuertantur in morbum.* Morbum hunc *Albertus morueltam*, *L. Rufius morbilli* vocare videntur.

*inter maxillas*] Praeter parotides et scrophulas seu glandulas video in morborum causis, et praefocacione memorari etiam plures glandulas, quae nescio an sint eadem intelligendae. Ita post viuolas et strangulionem *Rufius* cap. 64. tractat *del male in bocca*, vbi est: *avviene alle volte che nascone in bocca al cavallo certi tumori, ò glandule lunghe e grosse quanto armandule e li stringhono etc.* *Iordanus* c. 18. *mal de bocca* vocat, addens: *infirmità de infiason a modo giandole lunghe a modo mandole ento da tutte due le masselle.* quod *Caput* omisit *Crescentius*, qui IX. c. 12. *superfluitates carniuum*, quae nascuntur inter corium et carnes, dici ait vulgariter glandulas siue testudines siue scrophulas, quae ducta sunt verbotenus ex *Iordano* cap. 61. eademque, sed auctiora habet *Rufius* cap. 139. qui generari ait ex vitiosa ali-

aliqua materia, in locum aliquem congesta. Vere igitur glandularum nomen non merentur.

*picula*] Morgagni *picula liquida* malebat. Sed *picula* est γλοιός.

*corrumpi*] tractando emolliri, subigi, elidi interpretatur Gesner.

2. *ne aliqua vena*] Cauet etiam Apfyrtus: Φυλάσσεισθαι δὲ τὰς Φλέβας καὶ διακρίνειν.

*aceto et oleo*] Apfyrtus: τίλματα βάνης ἐρίε διάβροχα ὄξει καὶ ἄλατι ἐντιθέναι εἰς τὴν ἐκτομὴν — εἰάν δὲ μὴ αἰμορροήσῃ, ἔλαιον μινυῖναι τῷ ὄξει, τὸ δὲ ἄλας ἔχει.

3. *paruae sunt*] Ita recte h. l. correxit Morgagni IV. 7. qui praeclare vidit ad hoc caput pertinere, quae vulgo in sectionem 2. capitis sequentis reiecta et diuisa a suo loco legebantur. Idem iam monuerat vir doctus in margine libri Fabriciani. Itaque in suum locum sectionem hanc tertiam reduxi.

*Lycio*] Plinius 24. f. 77. Lycio sanari ait etiam tonfillas.

Cap. XXV. *pullaria*] Hippiatrica p. 301. πρὸς τὰς ἀπὸ παρελίδων κάμνοντας αἷμα — λάμβανε, καὶ τὰ ἔλα κεντεῖσθαι κέλευε, ἔτω τε ἄλατι ἀπότριβε. Celsus VI. 13. solent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quaedam oboriri dolentia, παρελίδας Graeci vocant. ἐπελίδες significant superiorescentem gingiuarum ex inflammatione carnem, docente Cornario ad Galenum de Compos. Medic. p. 434 et 437.

Cap. XXVI. De collyrio fistulari cf. infra VI. (vulgo IV.) 16. inprimis vero supra c. 13. vbi eadem mox integriora, modo manca leguntur.

*fasciabis*] Huic curae fistularum similis est quam primo loco posuit Hippocrates p. 384. ed. Foessii, vbi primum allii caulem σκορόδον Φύσιγγα fistulae indere, deinde pessarium delibutum in aëris flore et succo tithymali, filo traducere et extracto cauli subiicere in fistulam iubet. In altera ratione funiculus simpliciter traducitur et vtrinque alligatur; quam solam fere rationem in humano corpore probauit Camper. Ligaturae rationem non satis accurate docuit Vegetius. Pessarium Hippocratis ad hunc usum habent Hippiatr. p. 270. factum ex aëris flore cum aceto, aut ex cucumeris agrestis et tithymali succo. Catonis rationem simplicissimam habes cap. 157. f. 14.

3. *misij*] Comparato loco gemino infra VI. (vulgo IV.) 16. hanc compositionem egregie emendauit Morgagni

IV. 18. *Ferulae* deinceps vulgatum iam olim emendari iussit, ut fecimus, approbante Morgagni, Rhodius ad Scribonii Comp. 81. Postea Morgagni scribi vult *aeruginis unciam I. aeris battiturae unciam I. chalcitis unciam I. cymini semunciam*. Sed vocabulum *battiturae* censet non esse a Vegetio. Pro *cymini* malebat etiam *gummis*. Vulgatum *calceitis* correxi ex Goth. qui *calcatis* habet. Recte! Chalcitis enim lapis vrendo liquatur. Plinius 35. f. 52. Idem 34. f. 29. *Chalcitis friat se statim, mollis natura, ut videatur lanugo concreta*. Chalcitem hunc esse concrementum vitriolicum. vnde veteres metallurgi alumen scissile, nostratis Atlas - Alaun, extrahebant, docuit Beckmann in Histor. Aluminis. p. 100. vers. germ. Quam eius opinionem confirmat locus Aelii Bomoti in Specimine *Δυναμερῶ* edito a Iohanne a Bona de Scorbuto. Veronae 1761. p. 236. τὸν χαλιτῖν θεῖς ἐπ' ἀνδράκων, ῥίπιζε, καὶ ὅταν λακτίση καὶ ἀρξῆται ἐρυθραίνεσθαι μετὰ τὸ πρότεσθαι μελιτῶδες τὸ ὑγρὸν, ἀνελόμενος μίξον τῇ κηδυσίᾳ etc. Hinc chalcitis cocta distinguitur a cruda seu ὤμῃ. In margine Fabric. exempli vir doctus coniecerat *chalybis*. Ceterum Morgagni comparare iubet Celsum V. 28. f. 12. item c. 6 et 7. Camper in Dissert. infra laudanda p. 140. callositatem fistularum negat medicamentis acerrimis tollendam esse; eam enim ipsam, postquam faniei via adfluentis obstructa fuerit, abire et fistulam perfanari sola ligatura.

[*syringotomia*] Primus nominavit Galenus Meth. med. 6. 4. et h. l. restituit cum Io. A. Fabricio Gesner et Morgagni IV. 19. Idem tamen videtur modiolus Celsi VIII. 3. Pauli *χοινικῆς* VI. 90.

[*punctis — perumpendas*] Ita scripsi pro *praerumpendas*. Intelliguntur, quae in Hippiatricis p. 270. *καυτήρια ὀρθὰ* dicuntur. Sed pauca de fistulis ibi traduntur, et cauteria sola adhibentur.

[*Sed melius est*] Hanc eandem rationem in humano corpore reliquis praefert egregius Camper in Historia huius curationis Oper. Minor. Vol. II. p. 111 seq. ubi virum doctissimum latuit hic Vegetii locus.

Cap. XXVIII. *fauces et caput*] Lege *caput et fauces interius*. Hippiatrica p. 64 et 65. haec eadem de cynanche tradunt, sed potionis mensuram non addunt. Supra II. 10. (vulgo I. 38.) 3. *a tōlibus et glandulis et arteriis humor exit candidus et viscosus, ex quo euenit fastidium et faucium praefocatio et synanche*. Nescio an sit hoc mal de bocca Iordani cap. 18. et Rufii cap. 64. de quo supra admonui. Originem

nem mali Apfyrtus cum Vegetio nimis ieiune aut plane non tradit.

2. *Caricas*] Hippiatrica: καὶ σῦκα ἔψειν καὶ τῷ νίτρῳ μετὰ τῆ ἀΦεψήματος ἐγχοματίζειν. Capita porrorum omituntur.

3. *farinam de hordeo*] Hippiatrica: καὶ τὰς κριθὰς ὡσαύτως περαβᾶλλειν sc. nitro mistas. Hierocles ibidem: καὶ τὰς κριθὰς ὁμοίως καταπάσσειν ἀλεύρῳ πυρίνῳ καὶ ποτίζειν.

4. *asinini*] Inclusi, quia libri scripti omittunt. Hippiatrica simpliciter σίνουον appellant.

*in vini*] Mensurae ratio cum reliquis deest in Hippiatricis.

5. *Alii auctores*] Haec vsque ad finem capitis omisit S. M. nec horum simile aliquid in Hippiatricis legitur. Simili fere ratione Albertus p. 218. strangulinam ex frigiditate capitis vel tussi sicca ortam curat suffumigatione.

Cap. XXXI. *lingua — incisa*] In Hippiatricis p. 301. duorum auctorum remedia exstant. Hippocrates gallam cum vino nigro decoquit, et centaurio tincto pro granati puluere utitur; Pelagonius irin cum melle laeuigatam linguae vino elotae imponit. Aliter Iordanus Rufus cap. 19. p. 19. et Lor. Rufus cap. 78. p. 28.

Cap. XXXII. *loculamenta*] Graece Φάτυια dicuntur.

Cap. XXXIV. *corrupta sit*] Hippiatrica p. 304. ὅταν τὸ τραγανὸν τῶν ῥίνων σχισθῆ etc. unde fortasse h. l. legendum *rupta* aut *perrupta* fuerit.

3. *Spongiam*] σπογγάριον μετὰ ὄξος καὶ ἀλέους λιβανωτῆ ἐπιτιθεῖς δῆσον ἕως ἔ τραῦμα γένηται.

2. *Interdum*] Haec vsque ad finem cum capite sequenti pertinent ad vnum idemque argumentum, de sanguine ex vena nimio fluente restinguendo; igitur compingenda erant in vnum Caput.

Cap. XXXVI. *cotidianus*] Pelagonius in Hippiatricis p. 298. εἰ τολύμυ ἀ μύξα διαυγῆς ἔσονται καθ' ἡμερινῆς ἔστι συνηθείας καὶ ἔδεν ἔξῃσι Φαῦλον. εἰ δὲ παχύτεραι ἔσονται καὶ λευκότεραι — πυρρῖζεσαι δὲ καὶ λεπταὶ ἀπὸ ψύξεως παλαιᾶς καὶ δια τῆτο πυρεταὶ προσημαινόνται λιπαρώτεραι δὲ καὶ ἀφράδεις ἐν τῆ πνεύμονος ἀναπέμπονται πυννότεραι δὲ ἐν τῶν γλαυδελῶν κατέρχονται. Vnde suspicor, verba Coerules — *adhibenda curatio est esse ineptum additamentum, quod male antecedentia repetit. Igitur inclusi; nisi velis verba indicat febrem ita iungere superioribus prodit iniuriam et iudicat febrem.* Recte Gesner viderat, vitioso verbo *lepti-*

*perifis* esse substituendum *lexipyretos* ex graeco ληξιπύρετος  
i. e. febrifuga. Ceterum compara II. 10. 2. (vulgo I. 38. 2.)

*ninius*] Hunc Crescentius IX. 24. *Cimonam*, Gallicus  
eius interpret vetus *cimorra* habet, interpretatus *morve*.  
Jordanus Rufus c. 15. *cymoito*, L. Rufius c. 71. *ciamorro* vo-  
cant. Cangius monet, Italis *Cimorro* esse quod Gallis *gour-  
me*. In Lexico Italico Antonini reperio scriptum *Cimurro*.  
In Crescentio IX. c. 14. legitur *haemoagram* in Basil. editio-  
ne *hemoygram* in antiqua mea, ubi Jordanus *cymoyra* habet  
rectius. De morbo *Gourme*, vide *Paulet sur les Maladies  
Epizootic. P. II. p. 315*;

2. *fabaceus*] Supra II. 10. 2. (vulgo I. 38. 2.) *a coli-  
bus et glandulis et arteriis humor exit candidus et viscosus.*

*in morbum*] Supra III. (vulgo II.) 24. in morbum transf-  
eunt aliquando glandulae.

Cap. XXXVII. *cusferion*] *Sambucus* in titulo habet *De  
cusferino, id est, cum post cursum sanguis de naribus fluit.* in  
margine *cusferino*. Unde, vt ex ipso argumento, apparet,  
verba *ictu vulneris* esse vitiosa.

*coriandri*] Idem remedium posuit Colum. VI. 33.

Cap. XXXVIII. *plumbeum quadratum*] Hippiatrica p.  
70. λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν καὶ μολύβδω παρατρίβειν αὐτόν.

Cap. XXXIX. *fideratum*] Compara *fideratitia* anima-  
lia infra V. 34. 35. (vulgo III. 35. 36.) ibique notata.

*vsque ad nares*] Ita semper equum bibere, asinum con-  
tra labris modo demissis attrahere aquam, statuebat *Buffon*  
*Histoire naturelle Tom. VII. P. II.* qui inde equorum pitui-  
tam deriuabat. Sed recte monuit etiam *Brugnone de Cura  
equitii p. 189.* virum illustrem a vero aberrasse, et equum  
pariter vt asinum et mulum labris demissis modo attrahere  
aquam. *Plinius 8. l. 65.* quo quis acrior equus, in bibendo  
profundius nares mergit, vnde *Solinus cap. 45.* quod non  
bene conuenit cum dictis *Vegetio*; etsi *Plinii opinionem se-  
quantur etiam Britannii hodièque*, teste *Berenger*.

Cap. XL. *tunc lorum*] Vulgo erat *locum*, quod cor-  
rexī ex loco geminō supra I. 22. 3. Possis etiam *laqueum*.  
Ita enim paulo post pro *laqueum* *Corb.* habet *lacum*.

2. *bifurcum*] Supra III. (vulgo II.) 22. ne gulam gur-  
gulationemque rumpas et arteriam praecidas; hoc enim vitae  
periculum inferre consuevit. *Gesner bifurcum* interpreta-  
tur venarum coniunctionem. Male! *Vocabulum sanum*  
h. l. non puto.

Cap. XLI. *eiocerit*] Male dici vitium hoc cervicis εμβολήν. rectius ἐπιπτωσιν aut παραγωγήν, recte monet Apfyrtus in Hippiatricis p. 81. vbi vulgarem a Vegetio descriptam methodum improbat his verbis: τινές ἐπίδέσμοις χρώμενοι διὰ τῶν πλαστίγγων καὶ χειρῶν. (i. e. regulas et fascias) ἔδεν ἀγαθὸν ποίεισιν. Deinde suum inuentum prodit, vbi stantis equi cervix constringitur fibulis myricinis et laqueo lupo dicto obligatur. Apfyrtum sequuntur Hierocles et Theomnestus: Vegetii rationem Hippiatrica omittunt plane. Ceterum vitiosum Vegetii locum esse, viderat etiam Gesnerus. sed graeca Hippiatrica, vnde auxilia peti posse putabat, non inspexerat. Postui in oratione Vegetii, quae liber Gothanus obtulit meliora, reliqua sequenti obseruatione persequar. De regulis his, quas Graeci πλάστιγγας appellant, vide infra ad cap. 47.

3. *conuertes*] Ita recte Goth. pro *conuertes*. In simili cura cap. 47. *insuper lanarum munimenta coniunges et regulas circumduces.*

*non minus*] Ex totius loci sententia, rei natura et lectione libri Sambuci locum ita constituo: *regulas oleagineas non minus quatuor digitis latas, lana obuolutas alligabis et connexas lino constringes.* aut si vulgo interferta verba seruare velis *digitis latas alligabis, ita ut tantundem spatii sit inter regulas alligatas et lanas connexas, et lino constringes.*

*suffundis*] Etiam in altera methodo Apfyrtus iubet καταβρέχειν τε ὄξει καὶ ἐλαίῳ δις τῆς ἡμέρας τὸν τόπον, ἄχρις αὖ ἀποπέσωσιν (οἱ πόρπανες) καταντλεῖν τε ὕδατι θερμῷ καὶ θεραπεύειν τὰ ἔλκη τῇ λιπαρᾷ. Theomnestus autem ter in die iubet ἀποβρέχειν ὄξελαίῳ. Similiter suffundere posuit infra cap. 47.

*modum fecerit*] Gesneri interpretationem suae emendationis *nodum* vides in varietate lectionis positam. In simili cura infra cap. 47. est: *donec corpus inducat.*

*vres*] Ita recte Goth. vt sequentia demonstrant, etsi non intelligo, quam ob rem vstione opus sit in hac methodo. Contra in altera cutis perforatur, ibique poterit vstio locum habere, vt vulnus cocat. Forte quaedam exciderunt. Simili tamen in cura cap. 47. malagmate aut vstione vtitur. Vstio vero siccatur et siccata astringit.

Cap. XLII. *malandria*] Gallis *Malandre*. Marcello Empirico cap. 19. hinc malandriosis, i. e. leprosi. Vide Cangi Glossar. lat. sub h. v. An eadem μελανδράκη, i. e. δολιχὴν

Ἰνὴν in Cangii Gloss. graeco h. v.? Vegetii locum omisit Gesneri Thesaurus. Sed idem vocabulum ex Codd. regijs et editione principe Parmensi in Plinio 26. c. 14. restitue vbi Vettonica ad *melanias veteres* laudatur. Ibi enim libri dicti *malandrias* nominant, teste Gallo Brotier. Eundem morbum descripsit Iordanus Rufus cap. 25. *del prurito ouer roгна*. Ad collum et caudae principium transtulit Lor. Rufio cap. 72. *De la scabie ò roгна e prurito che iuen nel colo e nella coda del cauallo.* In collo Gallis *Roux vieux* dicitur. Cf. Vitet *Medicine vétérinaire* T. II. p. 372.

Cap. XLIII. i. *sinum*] Gesner efficiebat ex lectione S. M. *armos sinum destillatio fecerit vel destillatione*. Fistulam armorum intelligi patet; quam pinxit Gibson tab. VIII. 2. *diacresin*] plagam per dissectas partes factam recte interpretatur Gesner.

Cap. XLIV. *inpicias*] *Pendigines statuarum caua interstitia* dixit Arnobius contra Gentes 6. p. 201. monente Gesner. Noster pro collectione vitiosa et purulenta posuit etiam III. (vulgo II.) 55. 4. vbi graece est τὸ κρεμαμενον.

Cap. XLVIII. *medio crure*] Pelagonius in Hipp. p. 89. εἰ βλαβὴ ἔπικος ὠμοπλάτην ἐν τῶν Φλεβῶν τῶν δῶν ἐν μέσῳ τῶν ἀσπινθημίων — καὶ λιβάνας ἀλεύρας — ὅνα δὲ μὴ ἔξαιμον γένηται τὰ ζῶον ἐν τῇ ἀφοδεύματι.

2. *eraphaeresis*] Pelagonius: τῇ δὲ ἐπίεση πάλιν ἐν τῶν αὐτῶν στάσιων ἀπόλυε τὸ αἷμα. Iterum dicitur vocabulo infra V. 24. (vulgo III. 25.) 5. ἡ μὲν ἰσὺς ἰεὺ βαλλεῖται.

*triduum*] μετὰ τρίτην ἡμέραν ἕως ἑκτης πράσσει χυλὸν ὅσον τρεῖς ἡμέρας μετὰ εἰλαῖς λίτρας ἡμισείας διὰ κέρατος — 3. *mittatur in piscinam*] Breuius Pelagonius: ὅταν ἀναπατήσῃ κολυμβησάτω καὶ ἕτως ὁδῶ προβαίνων στερεώτερας τροφῆς προσφερομένης ὑγιαίνει.

4. *cartilaginem*] Pelagonius: διάτρησον τὸ σῶμα αὐτῆ ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς χαίτης μεταξύ τῆ δέρματος καὶ τῆ τραγανῆ ἐπὶ δακτύλων ὀκτῶ, ὥστε αὐτῆ μὴ ἀψασθαι, καὶ ἐμφυσήσας ἀέμον ἐμβαλε, καὶ λεπτῇ ῥάβδῳ ἀπαλῶς πλήττε τὰς ὠμοπλάτας, καὶ ἄλατι καὶ ἐλαίῳ ἀπότριβε αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ. τῇ δὲ ἐπίεση τρακτωμα ποιεῖ. Vnde apparet, τραγανὸν esse cartilaginem. Deinde legendum in Vegetio: *molliter armum caedito*. Postea distinctio vulgaris: *perfricato, ipso die postero*. mutanda erat; quod feci. Denique recte coniecerat Gesnerus, vulgare vocabulum *stractam* esse mutandam in *tractam*. Similem coxae curam infra adhibet Veget. V. (vulgo III.) 22. f. 3. vbi inflationem vocat.



Cap. LXXV. *follicent*] Ex Apuleio Metam. IX. *follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis huius posuit Gesner, et Tertulliani locum de chamaeleone: follicans ruminat.* vbi Salmasius p. 199. comparavit locum Eusebii ad Eustochium: *si pes targa pelle non follet.* vbi editur *folleat*. Eiusdem Hieronymi sunt *caligae follicantes*, Ildori *follicati calcei*, quos vulgatis *foliatis* substituit Salmasius; est a *follis*, *follex*, et graecum *Φουσαν* reddit *follicare*, imprimis cum de follibus fabrorum usurpatur.

2. *pusca puleiata*] Infra VI. (vulgo IV.) 8. 7. *puscam cum pulegio trito misces naresque et faciem confouebis.*

Cap. LXXVII. *cogendus ad cursum*] Haec vitiosa esse, demonstrat sententia et Hippiatrica p. 219. *δεσμεύων ἀνέκλα*  
την

την κεφαλὴν καὶ διέλε τὰς φλέβας τὰς ἐπάνω τῶν μυκτήρων.  
ἵνα τὸ αἷμα ἐξῶ ρεοῖ διὰ τὸ στόματος.

Cap. LXXVIII. *pus consuevit*] Hierocles Hipp. p. 219.  
ἐκ τῆς δὴγματος πύον ἐξέρχεται μέλαν ἢ ἐπιτρέχει.

*prægnans*] Nihil de hac re Hippiatrica; grauidæ quidem viperæ iram maiorem et venenum atrocius innuunt etiam Nicander cum Aetio; sed ipsius vulneris naturam mutatam non referunt. Quare puto, hæc verba referenda esse ad murem araneum, de quo eadem traduntur infra cap. 82. sect. 3. nisi forte in verbis, quæ statim sequuntur in Hipp. καὶ εἰν ἡ θήλυ τὸ κτήνος, θεράπευε ἕως, vitium et lacuna est, quod suspicor.

*terram formicarum*] γῆν ἀπὸ μυρμηκίας Hippiatr. Ita intellige etiam terram talparum, id est ex cumulis a talpa egelitis.

2. *fomentorum*] Quod est in Corb. pigmentorum coniecerat Scladus.

*piperis*] albi addunt Hipp.

*vel cuiuscunque serpentis*] Hæc recte omittit Goth. liber; igitur inclusi. Hæc quæ deinceps sequuntur aliunde transtulit Vegetius, nec exstant in Hippiatricis.

Cap. LXXIX. *sed circa auriculas*] Hæc signa nemo de morsu araneorum aut phalangiorum tradidit. At de staphylinis Hippiatrica p. 266. ἐξοιδεῖ δὲ συνόλως οἰδήματα παρμεγέθη — μὴ καταπληγῆς δὲ, εἰν τὰ χεῖλη μάλιστα καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἰδῶσι. Quare suspicor, pro *araneum* legi debere *staphylinum*. Cura ipsa etiam conuenit, etsi singula paululum differunt verba.

Cap. LXXX. *uuae siluaticae*] σταφυλῆς ἀγρίας Hippiatrica p. 218.

Cap. LXXXI. 2. *in suppurationem*] Hippiatrica p. 221.

vbi caput totum exstat, προς δὲ τὸ τὴν φλεγμονὴν διαλύσθαι εἴ γε πυοτροφήσει — εἰ τὴν ἐπιδερμίδα περιέλοις σμιλῶ καὶ πᾶν τὸ πεπονθὸς ἐπικαύσεις, ἕτω τε πύον ὑγρὸν μετὰ ἐλαίῳ ἐπιβάλοις. vnde legendum h. l. atque *rice liquida et oleo*.

3. *vulnera venenata*] Hipp. p. 222. ἡνίκα δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς ἀπορραγέντα εἰς τραῦμα μεταβληθῆ. Ibid. p. 221. εἰν δὲ ὁ ὠδηῶς τόπος ἐπὶ πλέον ἐλκωσιν σχῆ.

*diluto aceto*] Hipp. τότε ἀποπλύναι καθαρῶς τὸ τραῦμα καῦσον κριθᾶς καὶ τέτων τὴν σποδιὰν ἐπίπασσε καὶ μηδὲν ἄλλο ποιήσης. sed alius auctor p. 221. κριθᾶς κατακαύσας καὶ λειοτριβήσας ἐπίπασσε προχρίων στέατι παλαιῷ.

*hordeum, cedriam*] Hipp. ἀνήθε, ἀλεύρον σιτηνόν, καὶ κεδρέας. Anethum igitur fuit pro hordeo.

*pustulae*] Hipp. p. 221. ἐκ ἔσται δὲ ἔλκος εἰάν μὴ ἔγκυος ἔσται δάκη. alius auctor p. 222. Φαίνεται δὲ ἡ διαφορά τῆ ἀγγματος ἀπὸ τῆ κατὰ τὴν φλεγμονὴν μεγέθους.

Cap. LXXXII. *genua*] Hippiatrica p. 217. σκελῶν συμμῶς καὶ χολεία καὶ μὴ τρώγειν, σύρρευσις τε ἐν τῶν μυκτήρων ἰχώρων χλωρῶν καὶ μόγις ἀναπίπτειν καὶ διεγείρεσθαι ὡσαύτως.

*asininum velocius*] Corb. liber vel lotium. Anatolius in Hipp. κόπρω χοιρείᾳ κατὰ πλάσσει, stercus caninum vulnere muris aranei imponunt Hippiatrica p. 220.

Cap. LXXXIII. *urito*] Plinius 34. f. 44. quaedam ustione sanantur, priuatim vero canis rabidi morsus; quippe etiam praesens morbo expraesentesque potam usta plaga illico liberantur.

*adaquabis*] Hunc locum ex libris scriptis constitui. Compara supra V. 30. (vulgo III. 31.) In Goth. est Si etiam eum adaequabis — aquam videat.

*iecur*] Ita etiam Aelianus H. A. XIV. 20.

2. *cynorrhodon*] Plinius 8. f. 63. a morfu vero unicum remedium oraculo quodam nuper repertum, radix siluestris rosae, quae cynorrhodos appellatur. Idem 25. f. 6. narrat, quomodo militi in somnio fuerit remedium hoc indicatum in Hispania. Nuper id factum ait, Plinii locum ex nostro licebit supplere, quod omisit monere Harduinus. Goth. habet *cynorodam eiusdem — esconderis — lota — contunsa.*

*ea sambuco*] Ita correxit vulgatum eo Morgagni, qui de sambuco comparauit Plinium 24. c. 8. et Diosc. IV. 168.

Cap. LXXXIV. 2. *apii seminis*] Hippiatrica p. 223. feminis cyathos quinque ponunt. Supra IV. (vulgo III.) 2. 13. uncias 3. posuit.

3. *obrotoratio*] Hippiatrica l. c. εἰ δὲ φρίκη τις καὶ ὀρθοτριχία γίνηται δαφνοκάρπων τὸ ἀρκύον καὶ μίτρα λίτρας τὸ ἡμισυ etc. Quae h. l. sequuntur a sectione 4. non exstant in Hippiatricis. Forte igitur h. l. fuit obrigatoratio.

5. *gypsi*] Supra *gisi*. vbi *gith* seu melanthii malebat Morgagni; equidem *cypressi*.

*cretum*] Supra cap. 2. *bens codium*, vbi tamen ex libro Sambuci *cribratum* praefert Morgagni.

Libri VI. (vulgo IV.) Cap. I. De ossibus compagis equinae eorumque numero tam inepta et falsa traduntur, vt ea vix putem a Vegetio profecta esse. Hodie enim vel puer ex proiectis passim cadaueribus equorum haec corrigere possit. Verbis igitur adhaerebo, cum rem ipsam tangere taedeat.

*vsque ad anum*] Quod in libris est *ad anum* vel *ad didium* ortum videtur ex simili lectione cap. 2. sect. 2. *vsque ad anum muscarium commissurae sunt duodecim.*

*regulae*] ossa recta et longa dicere videtur. Verum ex Cap. 2. sect. 2. vbi *Sagulae* legebatur, vt h. l. *ragulae*, apparet, omoplatam intelligi.

2. *pumices*] ungulae solum dicit.

*molaria*] respondent brachiolis, vt vertebrae tibiis, et costales parastaticis in genu anteriore.

*acrocolesio*] Alibi *ακροκόλια* nominat, sed in infimo porci pede, contra hic summa pedis pars intelligitur. Videtur igitur a *κώλη* suffrago vocabulum deriuatum significare *ακροκώληπιον*, partem pedis a suffragine summa. Supra V. 17. (vulgo III. 18.) 5. *colesium ipsum*, hoc est *iuncturam coxae*. Petronius c. 70. *Volueris, de vulua faciet cocus piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colaepio gallinam.* vbi recte monuit Salmasius, esse a graeco *κώληπια*. Glossae Isidori *pulpidinem, colophia*. Plautus Persa I. 3. 12. cum Martiali VII. Epigr. 67. et Iuuenali II. 53. *caliphica* nominant inter cibos athletarum. Glossae apud Salmasium ad Tertullianum p. 262. *Colophium, κώλην*. Suidas *κώληπια* interpretatur *τὸ ὀπίσω τῆς γονατὸς μέρος, ἢ κόξα*. Petronii lectio dubia est; Vegetii locum priorem nemo nucusque adhibuit, veram enim lectionem Corb. liber demum exhibuit. Scholiastes Iuuenalis *pulmentum* interpretatur *sicut membrum virile*. Sed ibi editi libri *sive pro sicut* habent; Codex Heinssii ad Petronium laudatus *sicut* dedit. Videntur carnes et pulpamenta esse ex coxendicibus decerptae, quae veteres *strebulas* vocarunt. Ecce Phrynichus de vocibus Atticis p. 26. *κωλύφιον μὴ λέγε, κώληνα δέ*. vbi corrige ex Vegetio *κώληφιον*. Hinc discimus, istius aevi vocabulum esse.

Cap. II. 2. *spatulas*] Costas Graeci etiam *σπάθας* dicunt, a latitu. re pectinis textorii.

*inum muscarium commissurae*] Goth. *inum muscarium mensuras*. Sed *mensuras* punctis suppositis deleri voluit deinde librarius.

*buricis*] Sunt qui Graecis *hinni* et *ginnò*, Romanis *manni* dicuntur, ut ad Varronem de mulis monui.

Cap. III. 1. *filum duplex*] Hinc V. 17. (vulgo III. 18.) 4. *filum laesisse* dicitur equus, cum coxam eiecit vel emouit. Ceterum neruorum nomine intelligi ligamenta potius os-  
fium, quam medullae cerebri vel spinalis ramos, in propatulo est.

Cap. IV. *in palato*] Noluit Vegetius *venas* omnes anatomicorum more persequi, sed eas tantum dixit, quas hippiatrī percutere solent in sanguinis missione. De venis palati sanguinem demere Vegetius proprio vocabulo dixit *despumare*. Vide III. (vulgo II.) 34. 2. Sic *debrachiotare* est sanguinem de brachiolis demere V. 71. (vulgo III. 72.) in libro Corbeiensi. Ceterum h. l. tiber Corb. et Sambuci inferunt: *temporales* II. et deinceps *in naribus duae*. De venis, quas hodie secant mulomedici, cf. Vitet. medicine veterinaire Vol. II. p. 11.

*matricis*] Male dici putauit Gesner, quasi *matrices* et ceruici tribuit. Sunt venae ventris. Vide ad V. II. (vulgo III. 12.) 2.

*undetriginta*] S. M. et omnes sunt XXXII. At vero additis duabus narium, et temporalibus duabus efficiuntur XXXIII.

Cap. V. Conferre iussit Morgagni Epist. III. 42. Aristotelem VI. 22. Varronem II. 7. Plinium XI. c. 37. Columellam VI. 29. et Palladium IV. 13. Ipse de varietate lectionis iudicium permisit illis, qui haec aetatis indicia melius callerent.

*iumenta*] Egregiam Gesneri coniecturam posui pro vulgato *iumenta*.

4. *rugas — labris superioribus*] Male dicit labra pro maxillis seu palato. Puto enim, intelligi palati duodecim gradus, quos ipse Vegetius VI. (vulgo IV.) 2. 1. dixit, et qui in senescentibus euanescere dicuntur. De his vide ad Vegetii I. 22. 11.

*caluicie*] Ex Goth. malim *palpebrarum caluitie temporumque cauatione*.

Cap. VI. 2. *sellis*] Sellarum usum ex Vegetio de militari I. 18. et Lippio de R. Milit. Rom. III. 7. annotauerat Gesner; quin Xenophontis aliorumque addidit, quibus *strata* equorum, a nostris tamen *sellis* diuersissima signantur.



primo docetur]. An prima?

4. *ipsius incessus*] Praetuli hanc lectionem, quoniam in vulgata et Corb. lectione verba nobilitate pretiosos inepte repetunt sensum verborum censibus aestimatos.

*Saphareni*] Cum Medis Herodotus I. 110. IV. 40. Σάσπειρας, Σάπειρας memorat, qui fortasse iidem sunt; Gesnerus *Sophieni* diuinabat legendum.

5. *Hunniscis*] Quomodo ex Herodotea de Siginarum equis narratione V. 9. Zosimum IV. 20. Hunnos effinxisse praeclare vidit Wesselingius, ita in iisdem equos agnoui Hunniscos Vegetii. En tibi suauissimi historici verba: τὰς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι λασίς ἅπαν τὸ σῶμα, ἐπὶ πέντε δακτύλους τὸ βάθος τῶν τριχῶν. μίκρος δὲ καὶ σίμας καὶ ἀδυνατίας ἀνδρασι φέρειν. ζεύγνυμένους δὲ ὑπὶ ἄρματα εἶναι ἰώνυτάτας. ἄρματα ἡλατέειν πρὸς ταῦτα τὰς ἐπιχωρίους.

6. *positione*] Gesner correxerat *positio*. aliam etiam rationem emendandi proposuit: *Persici et statura — differunt*. Equidem lectionem antiquam mutare dubitavi propter locum Ciceronis Diuin. II. 46. *quid inter Indos et Persas — differat corporibus animis*.

*erigat*] Berenger vertit *relieve the rider*. Sed vocem vitiosam suspicor esse.

*totonarios*] Supra II. 28. (vulgo I. 56.) 37. est *tottonarios*; vbi vide notam. Vtroque in loco cum Salmasio ad Capitol. Maxim. p. 13. Cangius in Glossario sub voce *Trepidier* legi malebat *guttonarios*. Gesner comparabat Gallorum *trotter*. Sed ipse male inipexit locum Cangii. Is enim *trottonarios* vel *trotarios* legi malebat, et comparabat locum Leonis in Tacticis c. 7. vbi τριπόδω et κάλπᾳ de eodem motu ponuntur. A κάλπῃ Gallorum *galop* deriuat. Sed recte h. l. Berenger: *their pace was something between a gallop and anamble, a vile and broken pace, answering to what the French call dubin*. Idem p. 80. docet, Romanos incessum sibi inuisum, quem hodie *Trot* Galli dicunt, *succussionem* equumque *succussatorem* dixisse. Gallicum *Trot* ab Italico *travatto*, *tratto* deriuat. *Guttonarios* et *colatorios*, graece σακκιστῆρας (α σακκάζειν, ὑποσακκίζειν) ita interpretatur *which dealt their steps in time and measure and had a certain spring and lightness in their motions*. Cum latino *trepidare* comparat Gallicum *Piaffer*. Salmasius ad Capitol. Macrin. c. 3. graecum κάλπῃ a gutturnio dici etiam monet. Sed hoc loco manifesto diuersi sunt colatorii a totonariis; atque ipse Berenger antea totonarios ex h. l. ita vertit, ut eos

eos esse vellet, qui *galoper* dicuntur gallice. Igitur Salmatii emendationem li. I. probare non possum.

8. *senior patientia*] Gesner malebat *leuior* vel *brevior patientia*, quam lectionem expressit *Berenger*. Propertius IV. 3. quot sine aqua Partibus millia currat equus. De Parthis etiam malim Vegetii locum interpretari; de Persis enim iam antea dixerat. Persas equos animosos, sed mollium vngularum esse, ait Grattius vers. 512. Nec ipsa ingressus differentia a Parthicorum ingressu supra II. 28. (vulgo I. 56.) 38. descripta tam manifesta est, vt Parthos a Persis h. l. distinguere liceat. Ceterum gressum illum equi, quem hodie *Amble* vocant Galli et Britanni, plurimi hodieque orientis populi cum veteribus Graecis, Romanis, et Asiaticis, atque ipsi Poloni, Tartari, et Rutheni maxime probant, annotante *Berenger*, T. I. p. 146. qui deinde p. 170. docet, medio aevo eundem gressum in bellicis equis etiam praecipue fuisse spectatum.

*cervix*] Malim *cervice*. Hoc equi schema cum Galli significare volunt, equum *armer* et *encapuchoner*, Britanni similiter *arming* dicunt.

Cap. VII. *Barbaricis*] Cf. supra III. Prologi sect. 1.

2. *Spadonibus*] Vide supra I. 23.

*admissum*] De re ipsa supra vide I. 24. vbi est: *si ab admissura cessauerint*.

3. *dematricati*] *de matrice minuti* S. M. Dicit ventrem. Vide supra ad V. 11. (vulgo III. 12.) 2.

Cap. VIII. *in praesentia*] Supra I. 56. (vulgo II. 28.) 17. *vel si porcina defuerint, caput hoedinum depilatum cum pedibus suis et cordulis intestinorum mundis — fasces duas — baccarum lauri cum virent sextarium.*

3. *ustura*] Supra: *ne comburatur, sed feruendo pinguescat, vel succus ipse pinguior efficiatur.* Post haec diligentissime colabis ad colum, tum draganti unciam I. in tres diuides partes, ita quod exinde in vniam potionem missurus es, pridie infundas in calidam vt inturgescat. tunc addis passi etc.

4. *rosacii*] Supra variatur lectio in his verbis, vbi vide notam.

*anagallici*] Sambuci Codex *symphyti triti*. Ecce Marcellus Empiricus p. 124. ed. Cornarii: *symphyti radix, quam quidam inulam rusticam, quidam alum gallicum vocant.* Ita etiam supra II. 25. (vulgo I. 53.) 4. liber Sambuci pro anagallici habebat *symphyti*. Sed V. 48. (vulgo III. 49.) 2. pro

*anagallicum* habet idem *fil gallicum*. Marcelli locus descriptus est ex Scribonio Compos. 83. vbi vide Rhodium. In Caelio Aureliano Chironic. II. 12. et V. 2. male *argallici* legi monuerunt viri docti. *Sil gallicum* supra V. 26. (vulgo III.) 27. *Hippiatica* interpretantur *σέσλι γαλλικόν*. Plinius 26. sect. 26. *Halus autem quam Galli sic vocant Veneti codoneam* — *similis est cunitae bubulae cacciminibus thymo, dulcis et sitim sedans, radicis alibi albae alibi nigrae*. Quae postrema sunt ex Dioscoride IV. 9. de symphyto petraeo. Herbae cydoniae cum melissophyllo meminit Galenus Medic. secundum loca libro 5. c. 5. Diuersa est *ala*, quo nomine inulam rustici vocabant. Vide ad Palladium III. 24. In Plinio legendum esse suspicor: *Halus quam Galli fil vocant*. De file priorem Vegetii locum posui supra. Alter est IV. 28. 31. *fil gallici*. Tertius III. 40. vbi *filis gallici* legitur. Inter aromaticas herbas fil nominat Scribonius Compos. 126. et Celsus V. 23. et c. 25. *semen filis* habet Plinius 24. c. 19. et *vinum fili conditum* Festus. *Sil frictum*, et *fil montanum* habet Apicius I. 34. III. 5. IV. 8. Sed iterum de symphyto petraeo Plinius 27. s. 24. *Alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum*. Medici graeci *παλύγονον*, Macedones osteocollam, alii talantium vocabant, vt affirmant Hippiatica p. 181. vbi planta accurate describitur, et in vsu frequenti Hispanorum esse dicitur contra equorum morbos, vbi in *ταλάτιον* forte latet *γαλλικόν ἄλου*. Quae adduntur: *συνεφομένην διαμεμερισμένοις κρέασι ἐνθὲν αὐτὰ*: eadem Plinius 25. s. 30. de centauro chironio: *cohaerescere etiam carnes tradunt, si coquantur simul*. *id est farinae*] haec supra desunt. Igitur recte inclaudit Gesner.

5. *Haec omnia ita*] Haec vsque ad finem sectionis variavit supra Vegetius vel librarius, vbi vide.

6. *Gentianae*] Est haec potio diapente, quam repetit sect. 8. et posuit supra I. 10. 6. vbi *aristologia longa* legitur. Ceterum Gesner hic *aristologiae* reliquerat, postea vero rectum posuerat.

*gifni*] Goth. *gifin*, sed ita vt facile *gifru* lector non fatis attentus inde exculperet possit. Vide ad IV. (vulgo III.) 2. 14.

*rosati vel absinthiaci*] Ita cum Morgagni II. 21. scripsi ex libri II. 28. (vulgo I. 56.) 22. Fortè etiam *olei et rosati* legendum est ex scriptura S. M. Vulgatum olim *roris* Contr. Gesner in Equo p. 491. corrigebat *roris marini*.

7. *puscum*] haec est pusca puleiata IV. (III.) 76. 2.

cui refrigerium] Ex Cod. lego: cui lene refrigerium vino virtus ad crescat.

8. diapente] Cf. ad I. 10. 6. et II. 36. (vulgo I. 64.) 1.

Cap. IX. 1. sine sale collicae] Supra V. 69. (vulgo III. 70.) 6. falsis nulla fit mentio, et butyrum omittitur.

decocta, et] Ex Corb. addidi et, et comma post *pisanae* deleui. Supra dat cum passo.

2. infusam] Vulgatum *infusa* correxi ipse, ut et paulo antea *tracanti*. Supra haec verba variata leges.

4. bina cornua] Mensurae nomen esse, suspicabatur Gesner; sed medicamenta omnia per cornu infunduntur animalibus a Vegetio et Columella. Quanquam etiam cornu mensuram dedit, teste Galeno, unciarum. Ita enim ille libro primo κατά γενή: συγλας, ως ως το πολύ τοις μέρασι μετρήσιν επιτεταμημένοις έξωθεν γραμμαίς τισι κυλοτερέσιν. quem locum posuit Cornarius ad Galenum Compos. Medic. sec. loca p. 438.

5. fabae frixae] Eadem variata paululum leguntur supra V. 69. (vulgo III. 70.) 1. vbi vide, et in Hipp. p. 79.

Cap. X. 2. pulueris santonici] Supra II. 16. (vulgo I. 44.) 5. *Santonici*, *absinthii p. pulueris*. vbi S. M. pollinem.

*centaureae*] Supra pro ea posuit *seminis nasturtii*; et addit *seminis coniandri heminam*.

*raphani*] Supra *seminis radicum* — *scobis cornu ceruini*. *sinopidis Pontici*. Sic et supra. *Ponticae* malebat Morgagni. Deinceps pro *opopanacis* supra est *pollinis erui unciās 3*. vel ut S. M. *orobi*; sed alio loco habet ibi *opopanacis unciām unam*.

*tenetani*] Supra *vini austeri sextarios tres*, vel ut S. M. *quatuor*. Vini cognomina varia coniecit Morgagni, verum ex varietate scripturae non facile est allequi coniectura.

*olei viridis*] Supra *olei Hispani sext. unum*.

3. in cliuo] Supra II. 17. (vulgo I. 45.) contra cliuum, et in clysteris mentione, *caput animalis in valle statues et clunes ad altiora conuertes*.

Cap. XI. ex conditis] in usum reconditis medicamentis interpretatur Gesner. Equidem mallet verbis transpositis legi *confectio ex conditis praeparanda*.

*tunsi selibram*] Corb. lectionem firmat comparatio loci supra I. 16. 5. vbi eadem formula est, monente etiam Morgagni. Ibi sunt piperis unciās 3. (in Corb. *sex*) et croci unciās tres.

*Cadmiae botryodis*] Ita scribi voluit Morgagni IV. 48. cui obsecutus est Gesner. Verba *resinae vstae*, omittit S. M. eis substituit *Corb. aes vstum*, quam glossam esse Cadmiae suspicabatur Gesner. Supra I. 16. 5. *cadmia cum resina* omittitur, et mensura in pluribus variatur.

2. *stanneo*] Vulgo *stagneo* hic et supra; sed altero loco verum offerunt libri scripti. *olei floris*] Supra *olei optimi*.

Cap. XII. Multa et enormia huius capituli vitia ex libris scriptis correxi, et ex loco gemino I. 20. Lacunas etiam ex libris supplevi.

3. *aeris crudi*] Ita M. Fabr. et S. M. Vulgo *ciceris*. Supra I. 20. in eadem formula vulgo erat *yreos crudi uncias 6*. Ibidem pro *albitis selibram* est *salis cappadocis uncias tres*; sinopsis plane omittitur.

*stellas*] Supra omisit *stellas* et *pilas*. In *Corb.* est *scillas*, in S. M. *scincos* pro *stellas*.

*medullae*] Supra *medullae ceruinæ, cedrei, picis liquidae ana pondera tria*.

4. *et laruas*] Supra est: *et aerem defecare dicuntur*.

Cap. XIII. 3. *Troglodytis*] Hippiatr. p. 305. *τρογλοδυτιδος σχοινιάτης*. vnde vulgatum *sciens* correxi.

*mannæ croci*] Bis in eadem formula nominatur, ab Hipp. omissa. Est *προπόμαγμα*. *Betoniam* omittunt etiam Hipp.

*cassiae nigrae*] Graece est *Κασίας μελαίνης*. Morgagni *acaciae* malebat, sed locum Hippiatr. ignorabat.

*trillaginis*] In Hipp. desunt haec *folii, nardi, lentisci*. Pro *trillagine* Hippiatrica nominant *chamaedryn*.

*cepaë Indicae*] Vulgo *cepe Indici*. Graece est: *προύλων ιδιων*, pro *προούλων ινδικων*. An fuit *Ισσημων*. *Issicae* quod genus ex Theophrasti H. P. VII. 4. laudat Plinius 19. est. 32.

*nardi storacis*] Haec duo vocabula, in *Corb.* omissa, vt etiam in Hipp. inclusi.

*acori*] Hipp. *ἀγρίς ποντικής* male; deinceps *ἴρεως λευκής*. omisso *thymis*, *pipere albo*, *calamo*. Postea pro *asariontici* in Hipp. est *λάσαρης ποντικής*.

*petrosilini*] Hipp. *πετροσελίνης*. *Ξηρῆ κασίας σφριγγος*, missis malo terrenō et enula. Itaque ibi ex h. l. lege *πετροσελίνης, ρόδου Ξηρῆ, κασίας* etc.

4. *dafnitis*] Vulgatum *nidafantis* ex *Corb.* in *dafnitaē* mutauerat Gesner. equidem ex Gothani libri *daphnitis* ve-

rūm dedi, et bis positum *cassiae* correxi. Deinceps *asmalita* Corb. *mas malitem* Goth. Recte Gesner ex Dioscor. I. 12. censēbat vulgatum corrigendum; in ipso tamen Dioscoride lectio variat inter *μῶσυλητης*, *μῶσυλητινός* et *μῶσυλιτικός*. Idem I. c. 12. cinnamomum *μῶσυλον* (Aldino *μέσυλον*) simile esse ait *cassiae*, *μῶσυλίτιδι* dictae, vbi Aldina *μῶσυλίτιν* habet. In Galeni libro de Ther. ad Pisonem cinnamomum est *μῶσυλλον*. Cassiam *δαφνίτιν* Dioscoridae Plinius daphnoidem appellat. Nardinam alibi non reperi nominatam.

*calamum Syriacum*] qui distinguatur ab aromatico, disputat Bodæus ad Theophr. p. 1005. b. vnde dicatur Syriacus, vide in Indice.

Cap. XIV. *guttae storacis*] Conuenire videtur *gutta ammoniaca* mox posita. Plinius 12. f. 32. de ture: *quod ex eo rotunditate guttae pependit; masculum vocamus* — Graeci *stagoniam* et *atomum* tali modo appellant — etiamnum tamen inueniuntur *guttae*, quae tertiam partem minae hoc est 28 denariorum pondus aequent. Storacem in Creta nouit Plinius, circa Haliartum in Boeotia Plutarchus Lysand. c. 28. Est styrax officinale Linn. Cf. Dioscor. I. 79. Du Hamel *Traité des Arbres* T. 2. p. 288.

*offilaginem*] Vulgatum *offulaginem* ex sect. I. correxi, auctore ibi Sambuci libro. Videri mihi *vsulaginem* eandem cum vredine et vrigine, dixi supra ad III. (vulgo II.) 52.

4. *glutis*] Corb. *guttae* habet. *Glutinis* corrigebant Rhodius et Morgagni. Gesner vulgatum defendit, et supra V. 65. (vulgo III. 66.) vulgatum *glutis taurini* ex Corb. (et Goth.) mutauit in *glutis taurinae*. Idem vulgatae patrocinium quaesuit ab Ausonio Idyll. XII. 8. Certe in Sospatrii loco. *Haec glus glutis, alii gluten dixerunt*. parum praesidii est; nam editiones principes, Neapolitana, Basileensis et Hanouiana ibi habent *glus glutinis*, monente Morgagni. Nominatiuum *glus* et ablatiuum *glute* auctoritate Ausonii et Paulini firmavit Gesneri Thef. L. L. In Marcello Empirico, p. 194. *glus taurina* contra ventris inflationem imponitur.

Cap. XVI. De argumento vide supra ad V. 25. (vulgo III. 26.) 2.

*duritia*] Callositatem supra dixit; graece est *εσχάρα* Hippiatr. p. 270. vbi collyria diuersa ab his posita reperies.

*aceto, et collyria*] Vulgo *vel collyria*. quod sententi postulante correxi.

*lonchitis*] Quod ex librorum scriptura coniecerat Gesner, posui pro *zungitis*. De lonchitide vide Dioscor. 3. 161. Plinium 20. f. 88. et Galenum Fac. S. M. libro 7. cuius radicem lieni, semen hydropicis prodesse refert Plinius.

Cap. XXIV. *uliginosus*] Cf. ad III. (vulgo II.) 52. 1. notam.

Cap. XXVIII. 6. *Clavus*] Dedi, quod potest intelligi ex libri III. (vulgo II.) c. 60. f. 2.

10. *tuniculas*] Plinius 28. f. 47. contra ruptas tuniculas fel caprinum cum lacte muliebri habet, ruptas oculorum partes dixit 29. f. 38. vbi Harduinus monet, ab isto vitio *λαγώφθαλμον* graece dici apud Celsum 7. c. 7.

*goriofloris*] Ita recte Gesner pro *goriofloris*. In Goth. est *vini hemina sextarios — decoquis et succotina uteris*. Voluit *vini aminei sextarios — decoquis et sic decoctis uteris*. Vide supra ad III. (II.) 22. 8. vbi eadem existant verba.

*nigra oculi*] Sladus interpretatur *κόρη*, pupula oculi.

12. *melini*] Sladus interpretatur melini, i. e. cydoniorum ex Dioscoride.

14. *vino melicrato*] Goth. et partem mittis in unum melanicum.

16. *ferrariae*] Ex glossa fideritidis ortam cum Gesnero suspicatur Sladus. Goth. *farrariae*.

18. *olei cerini*] An *cyprini*? aut *irini*?

20. *cocticam*] Morgagni Epist. III. §. 34. coctam emendat et putat, opponi *crudis*, quae habet c. 12 et 23. Hippiatrica p. 288. hoc ipsum *μάλαγμα κοπτόν* appellant et plenius habent. Ibi pro hyssope est *οισύπε γο. β. 1.* i. e. lanae succillae. Male igitur Gesner *cocticam* censebat esse vocem hyridam, a *coquo* ductam, cum casu graeco. Sladus *πέπτικόν μάλαγμα* esse suspicabatur.

30. *Potio hiemalis*] In Hippiatricis p. 279. eadem potio descripta habet *σμέρνης — τραγακάνθης, χαμαίδρου, ζεντονιῆς, κυμίνε ἀλεξανδρίνης, μάννης*.

*palmas*] Hippiatr. palmulas viginti, deinceps ficus 25. idipem caprinam, reliquis omissis. Postea: *σκύλανα μικρὸν ἴς ὕδωρ ἀποζοθέντα*.

CORRIGENDA ET ADDENDA  
IN  
COMMENTARIIS AD VEGETIVM.

- P. 9. lin. 15. corrige: *iisque nunc.*
- P. 27. lin. 16. — *δο.θιῆσι.*
- P. 28. lin. 36. — *centimalis.*
- P. 29. l. 8. adde: Ad oculorum albuginem Hippiatrica p. 43. narrant quosdam *τρυπήσαντας περόνη τὸ ἔς ἐλλέβορον ἐντιθέμεναι ἢ τὸ ὑπὸ τὸ μῆλον δέρμα τρυπήσαντας τὸ αὐτὸ ἐντιθέμεναι· εἴη δ' ἂν ἐλλέβορον τὸ ἰδιωτικῶς καρπίον καλέμενον.* Eadem p. 96. Pelagonii curationem orthopnoeae habent: *διὰ καρπῆ ρίζαν τῆς μέλανος εἰς τὸ στῆθος ἐπιτίθει ἢ καὶ εἰς τὰς τῶν ὠτων ἀρχὰς ἢ καὶ εἰς τὰς τῶν μωκτῆρων, δι' ἧν πᾶσα ἡ νόσος ἐκβληθήσεται· vnde satis cognoscitur, helleborum nigrum et album in his curis adhibitum fuisse. Gesnerum, posteriore in loco διαπύρε corrigentem, in Equo p. 498. non sequor; mihi enim magis καρπίς placet.*
- P. 30. l. 23. — *κολοκυντίδος.*
- post lin. 35. adde: sect. 15. *Pelagonius tradit*] In Hippiatricis p. 24. legitur *Ἐηρίον Πελαγωνίς πρὸς λοιμὸν* his verbis traditum: *Πελαργῆ νεοσσὸν μηδέπω πτῆνην δυνάμενον, ἔχοντα δὲ πτίλα, ζῶντα ἔμβαλε εἰς χύτραν ὄστρακίνην καὶ ταύτην γύψω περιχρίσας βάλλε εἰς Φᾶρνον, καὶ μετὰ τὸ ὀπτηθῆναι καλῶς ἐν ὄλμῳ κόψας Ἐηρίον ποιεῖ καὶ ἀπόθξ εἰς βηκίον ὑέλινον, καὶ ὅτε χρεία γένηται, κολλιάριον πεπληρωμένον μετὰ οἴνου τῆ Φάρυγγι ἐπίχρεε ἕως ἂν ὑγιάνῃ.* Vini mensuram ex Vegetio restitues Graeco auctori.
- P. 35. adde Cap. XVII. sect. 1. *causas ortas*] Tollendum aut vncis includendum erat vocabulum *ortas*, quod sensum turbat.
- P. 36. adde II. Cap. *cum mulsā*] Tollendum est aut includendum inutile vocabulum *cum*.
- Ibid. Cap. V. *de coxa*] intellige de feminibus ex libri 6. cap. 4.



- P. 37. l. 40. corrige: *Plinius Valer. II. 42.*
- P. 38. post lin. 8. adde: sect. 9. *sulphurem et resinam calentem*] Codicum scripturam *furfurem* fere probaueris comparatis locis similibus 3, 7, 2. 3, 23, 1. et 3, 56, 2.
- P. 39. l. 41. — *in cliuo.*
- P. 45. l. 18. — *corrigi debeat.*
- P. 46. l. 2. — comparauit. *Caelius Aurelianus circulis.*
- P. 46. l. 3. — *curationem dixit.*
- P. 47. l. 16. — *lanata pelle.*
- P. 48. post l. 16. adde sect. 8. *spongiam aqua, si aestas fuerit — fasciaque connecti*] i. e. alligari. Alio sensu est *caput pedesque connectis* 3. c. 6. sect. 7. Ceterum ex Gothano *frigida* addenda videtur; deinceps oleum et acetum permista imponi capiti videntur *hieme* vel *si hiems fuerit*. Haec vel similis distinctio excidisse videtur.
- post l. 36. adde: sect. 6. *quod si aqua fuerit ingressa*] Aristoteles Problem. 32. quae. 10. *Διὰ τί, εἰς τὸ ἕρξ ὕδωρ ἐγχυθῆν, ἔλαιον προσεγχεόνται, ἔ δυναμένε τῆ ἐντὸς ὑγρῆ ἐξελεθεῖν δι' ἄλλε ὑγρῆ;* sed magis huc pertinet locus Hippiatricorum p. 63. quem iam olim Conr. Gesner in Equo p. 512. comparare iussit: *ἔλαιον παλαιὸν καὶ νίτρον ἐξ ἴσε βαλὼν εἰς τὸ ἕρξ ἐπίχρε καὶ ἐπίθεε ἐρέως. Τάτω δὲ τῷ τρόπῳ καὶ εἰς τραύματα ἐγχει, ἰαθήσονται.* quem locum vitiosum et lacunosum esse, nunc demum Vegetii comparatio docet.
- P. 52. l. 1. corrige: *Feifel, quo.*
- l. 19. — *morbis hominum aetatem.*
- P. 53. l. 24. — *supercrefcentem.*
- P. 54. l. 14. — *Aelii Promoti.*
- P. 55. l. 4. — *ἐγχυματίζειν.*
- post lin. 28. adde: de Afra spongia confer Addenda infra ad libri 5. c. 15. sect. 3.
- l. 37. corrige: *πυρετοί,*
- P. 56. l. 38. — *Supra l. c. 22. ne gulam et cet. Ceterum de duabus his venis maxillarum nihil traditum reperi libro 6. cap. 4.*
- P. 65. l. 38. — *Hippiatica.*

- P. 67. post l. 34. adde: Cap. LVIII. sect. 1. *decoques*] Regula et temporum consecutio postulat, *decoquas* scribi.
- P. 82. post lin. 13. adde: *vulgare — lutum — ex lotio*] Huc pertinet Aristotelis locus Problem. VII. 3. διὰ τί ἐπειδὴν πρὸς τὸ πῦρ στῶμεν, ἐρητιῶμεν, καὶ εἰάν πρὸς τὸ ὕδωρ, οἶον εἰάν, πρὸς τὸν ποταμὸν, ἐρεῖσιν; ἢ ὅτι τὸ πᾶν ὕδωρ ὑπόμνησιν δίδωσι τῆς ἐν τῷ σώματι ὑγρότητος καὶ ἐκκαλεῖται τὸ προσιόν· αὐτὸ δὲ τὸ πῦρ διαχαλαῖ τὸ πεπηγὸς ἐν τῷ σώματι, ὡσπερ ὁ ἥλιος τὴν χιόνα. Item probl. 6. διὰ τί χασμησαμένοις ἀντιχασμῶνται, καὶ ὅταν ἐρεῖντα ἴδωσιν, ἐρεῖσι, καὶ μάλιστα τὰ ὑποζύγια; ἢ διὰ τὴν μνήμην; ὅταν γὰρ μνησθῆ, κινεῖται τῆτο τὸ μέρος. τοῖς μὲν ἐν ἀνθρώποις διὰ τὸ εὐαἰσθητοτέροις εἶναι, ἰδῶσιν εὐθύς συμβαίνει καὶ κινεῖσθαι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, τοῖς δὲ ὑποζυγίοις ἐκ αὐταρχεις τὸ ἰδεῖν, ἀλλὰ προσδέονται καὶ ἄλλης αἰσθήσεως· διὸ καὶ ἐσφρανθέντα, ὅτι εὐκίνητοτέρα αὕτη ἢ αἰσθήσις τοῖς ἀνευ λόγου· καὶ διὰ τῆτο εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἅπαντα ἐρεῖ, ἔ ἂν τὸ πρῶτον ἐρήση· τότε γὰρ μάλιστα κινεῖνται, ὅταν ὀσφρανθῶσιν· ὀσφραίνονται δὲ, ὅταν πλησιάσωσιν. Quae quidem posteriora ad asinorum gregem nimis anguste retulit Alexander Aphrodis. Probl. I. c. 34. Modum excedit etiam, quod lutum ex vrina factum non olfaciendum datur equo laboranti, sed vino permixtum colatumque naribus infunditur a Vegetio.
- P. 83. post lin. 16. adde: sect. 3. *spongiam Afram*] Plinius 31. sect. 47. omnium spongiarum cinis cum pice crematarum sanguinem sistit vulnerum: aliqui raras tantum ad hoc cum pice vrunt. Dioscor. 5. c. 138. σὺν πίσει καὲ τας σπόγγαι πρὸς αἰμορραγίαν ἀρμόζουσι. Supra 3, 34, 1. *si sanguis reprimi non possit, spongiam Afram et turis masculi pollinem commixtum impone*: vbi S. Margo *vstam* pro *Afram* habet; sed id vocabulum addendum erat.
- P. 87. l. 9. corrige ζεστήν.
- P. 88. l. 19. adde: vbi verbum ἀρτηριάζω ex loco isto solo relatum in Lexica delendum et in ἀγκηριαζέσθω mutandum est. Ἀγκηρ est fibula.
- l. 32. adde: Quin iam olim Conr. Gesner in Equo p. 576. pro hydrope *Hyposarca* inepte *Sarcosis* scribi monuit.

P. 106. post l. 20. adde: Venarum numerum et situm quam difficile est constituere ex verbis Vegetii vitiosis, annotabo tamen, quae alibi Vegetius obiter annotauit, cum de sanguine mittendo loqueretur. Libri igitur I. cap. 25. de *matrice* detrahit sanguinem; aliis de *venis auricularum*; ex quo loco cognoscitur supplementum, quod offert Sambuci margo, temere a me spretum: *in naribus duae, in ceruice duae*: cum in Corb. sit: *in naribus II. in ceruicibus II.* ita esse corrigendum *in auribus duae*: Pergit Vegetius I. c. 25. detrahere de temporum venis sub cauatura temporum tribus digitis ab oculo interpositis; vnde iterum constat, recte Sambucum cum libro Corb. addere post palati venas: *temporales II.* Sequuntur in Vegetii loco laudato: *inferiores venae sub oculis positae, quae descendunt sub angulis oculorum inferioribus quatuor digitis inferius quam oculi sunt.* Hae sunt *suboculares* quae dicuntur in hoc altero loco. Quarto loco nominantur venae *in pectore, quae positae sunt in dextra, ac sinistra, ubi brachiola coniunguntur et flexura fit cum armus plicatur.* easdem *in pectore* fitas commemorat alter locus, et similiter a brachiolaribus distinguit, de quibus I. c. 25. *quae venae positae sunt interius, ubi centuriae, id est musculi brachiolares sunt, sex digitis superius quam genu, tribus vel duobus digitis inferius quam centuriae.* Est etiam tertius locus II. cap. 5. ubi obiter de vena coxae est: *de coxa* media quatuor digitis ab ano venam inquiris et ex ea sanguinem detrahes. vbi intelligit, quae hoc nostro in loco *de feminibus quatuor* appellantur, nescio quam vere. Ceterum male operae nostrae dederunt *matrices* pro *matricis*, id est ventris. Locum igitur sic distingue: *venae matricis, in ceruicibus duae.* Vide supra ad I. c. 10. p. 28. et ad 5. c. 71. p. 102.

P. 92. l. 32. corrige: *κελύνια.*

— l. 33. *βεβῶνας.*

P. 102. l. 12. — *rampnus* latet forte *rumpotinus.*

P. 103. l. 20. — *inclusi.* Quae deinceps.

P. 107. Libro VI. c. 6. sect. 1. initio adde: *distrahendis.* Ita ante Sambucum vulgatum *detrahendis* correxerat etiam Con. Gesner in Equo p. 459.

P. 107. l. 1. adde: *Hunniscorum longe primo*] Etiam Con. Gesnerus in Equo p. 460. corrigebat *prima* Huniscos interpretatus quos hodie *Vngaros* appellamus. Idem ex Hieronymo ad Oceanum posuit *Hunnorum examina pernicibus equis huc illucque volitantia*.

Ibidem adde deinceps: sect. 3. *licet contumaces ad frena ac viles armis, at bellis* et cet. ex primae Ed. lectione corrigebat Con. Gesner in Equo p. 459.

Ibidem postea adde: sect. 4. *si mores pulchritudo non deserat* corrigebat Con. Gesner l. c.

P. 108. l. 2. adde: *colatorios* Con. Gesner p. 462. mutabat in *tolutares*, quam coniecturam firmare videtur Corb. lectio.





THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

FROM ITS INSTITUTION

TO THE PRESENT TIME

BY JOHN VAUGHAN

ESQ. OF THE SOCIETY

AND

OF THE UNIVERSITY OF OXFORD

IN TWO VOLUMES

THE SECOND VOLUME

LONDON

Printed by R. and J. DODD, Strand

1795

SCRIPTORVM  
REI RVSTICAE

VETERVM LATINORVM

TOMI QVARTI

PARS POSTERIOR SEV TERTIA

TENENS

IVLII PONTEDERAE CVRAS POSTVMAS, NOTITIAM LITTERARIAM EDITIONVM, INDICES SCRIPTORVM, NOMINVM PROPRIORVM, RERVM ET VOCABVLORVM GESNERIANOS.

---

COLLEGIT, AVXIT ET EMENDAUIT

IO. GOTTLLOB SCHNEIDER, SAXO.

---

LIPSIAE

SVMTIBVS CASP. FRITSCHE

MDCXCVI

BRITISH MUSEUM

RESEARCHES INTO THE HISTORY AND ANTIQUITIES OF GREAT BRITAIN


BY JOHN HENRY COOPER

IN TWO VOLUMES

THE SECOND VOLUME

LONDON: PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, LTD.

THE HISTORY OF GREAT BRITAIN  
FROM THE EARLIEST PERIODS TO THE PRESENT  
BY JOHN HENRY COOPER  
IN TWO VOLUMES  
THE SECOND VOLUME  
LONDON: PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, LTD.



THE HISTORY OF GREAT BRITAIN  
FROM THE EARLIEST PERIODS TO THE PRESENT  
BY JOHN HENRY COOPER  
IN TWO VOLUMES  
THE SECOND VOLUME  
LONDON: PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, LTD.



THE HISTORY OF GREAT BRITAIN  
FROM THE EARLIEST PERIODS TO THE PRESENT  
BY JOHN HENRY COOPER  
IN TWO VOLUMES  
THE SECOND VOLUME  
LONDON: PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, LTD.

THE HISTORY OF GREAT BRITAIN  
FROM THE EARLIEST PERIODS TO THE PRESENT  
BY JOHN HENRY COOPER  
IN TWO VOLUMES  
THE SECOND VOLUME  
LONDON: PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, LTD.



IVLII PONTEDERAE  
CVRAE POSTVMAE

A D

SCRIPTORES R. R.

Main body of text, including a large initial 'M' and several lines of faint, mostly illegible handwriting.



**M**issus Lipsiam migrauerat in officinam typothetae  
iam Vegetius, Scriptorum rei rusticae comes, cuni  
vltro Heynius meus sub initium huius autumnii mihi  
aduentum libri nunciaret eiusque vsus offerret, cuius  
titulus est: *I. Pontederæ Epistolæ ac Dissertationes.*  
*Opus posthumum in duos Tomos distributum. Praefatio-*  
*ne et notis auctum ab Ios. Ant. Bonato Patavii 1791. 4to.*  
Ex quo nuncio quantum laetitiae ceperam, tantum post-  
ea fructuum lectio libri egregii mihi attulit, quorum in  
partem vt lectores meos sociarem, animaduersiones viri  
egregii ordine omnes excerpti excerptasque hic lectori-  
bus ante oculos ponam. Copias, quibus ad S. R. R.  
iterum recognoscendos atque emendandos vsus erat,  
breuiter ipse designauit initio Epistolae datae ad Ioan.  
Chrysofomum Trombellium T. II. p. 225. vbi ad vi-  
rum doctum referre voluit de Codice Columellae ma-  
nuscripto Præfulis Casparis Zacci, quem iste Pontede-  
rae vtendum commodauerat. Hunc eundem Bono-  
niensem vocat T. II. p. 141. Primum igitur ait ab  
Hieronimo Lagomarsino accepisse Politianii aliorumque  
Codicum scripturas per tria lustra sibi perpendendas.  
(Scripta est Epistola IV Cal. Decembr. MDCCCLVI.)  
Deinde Carol. Antonius Serra, medicus Caesenas mul-  
a, de quibus rogatus fuerat, ex antiquis membranis,  
quae apud Fratres D. Francisci Caesenaë custodiuntur,

Pontederæ transcripsit. Postea Antonius Bonioannius (Buongiovanni) totum D. Marci Bibliothecae Venetum Codicem cum Lipsiensi Editione comparavit in usum Pontederæ. Quinto loco nominandus est Abbas Albert. Mazzolenius, cuius opera Pontedera quaedam ex Ambrosiana Bibliotheca obtinuit. Plura, inquit, obtinuissem, nisi in dolosos mercenarios incidissem. De quo ipso gravius conqueritur in Epistola ad Mazzolenium data T. II. p. 140. De eo denique Codice, quem suum appellat, nullibi distincte aliquid tradidit Pontedera, quamvis is praecipue merebatur, ut in notitiam hominum doctorum veniret. Haecenus de Pontederæ copiis. Ipse novas contrahere non potui, nisi quod amicissimus Weigelius, is cui Vindobonensis Codicis scripturas excerptas debeo, in Italico itinere Scriptorum R. R. non immemor notitias Codicum aliquot manuscriptorum collectas ad me transmisit redux, quas hoc loco vno in loco collocabo. Romae igitur in Bibliotheca Angelica Fratrum S. Augustini Index capitum Catonis de R. R. plenissimus seculo XIII. scriptus in forma quarta servatur. Ibidem etiam existat Scriptorum R. R. Codex chartaceus seculo XV, ut videtur, eleganti manu exaratus, mutilus ab initio. Ultimam Columellae paginam (ex libro XII.) excipit: *Palladius de R. R. De praeceptis rei rusticae. De quatuor rebus quibus agricultura consistit.* Eminent hic Codex insigni lectionis varietate itemque argumentis singulis libris praemissis. Specimen hoc tibi habe: In Columella p. 145. l. 3. post verba *consensus omni tempore* lacuna pertinet usque ad cap. X.

p. 151. l. 6. *vitis appellant.* Sequens folium incipit *agricolationis reformidant* et cet. p. 141. l. 26 et 27. Deinceps p. 142. l. 3. *Conferere nec institutiones earum et praecept.* habet scriptum. lin. 6. *ne éinè viuiradicem.* Sed. Lin. 14. *qui seruerit.* lin. 17. *est ultra quod.* lin. 22. *non minori cura.* l. 23. *seruat culturae.* l. 24. *culmen est.* lin. 25. *an segnius.* l. 26. *pecuniam in otio tractare.* In Palladii libro I. cap. 1. et sequentibus has reperit varietates scripturae Weigelius meus: Pag. 11. l. 1. *Prudentiae eorum cui — es.* l. 3. *Sed et nos recidamus perforationis.* vbi insertum et probo. lin. 8. *de agricultura omisso inutiles omni.* Pag. 12. lin. 2. *Sane omne primis.* lin. 4. *singula omnia cum sua.* Cap. III. lin. 17. *auditus si fauces.* lin. 19. *aeris comprobatur vt Cresc.* Pag. 253. Cap. 23. *Novembrem et Febr. ratio temporis per horas duxit aequales.* vt Codex Lugdun. Post horarum numeros sequitur: *De serendis frumentis et fabra.* Sequuntur argumenta capitum usque: De Horis: — *Nunc seruntur frumenta* et cet. p. 254. vt Edd. principes. Cap. 2. lin. 4. *et radices et locis — lauro et baccis myrti.* lin. 6. *et vinum myrteum — tingemus.* Praeterea Palladium manuscriptum habet Neapolitana Bibliotheca S. Iohannis ad Carbonaram, Florentiis Sodalitas Fratrum S. Marci, in Austria Praelaturae Moelkensis Bibliotheca, vt me Weigelius idem admonuit. Nunc ad ipsas Pontederæ curas postumas transeamus, quibus interdum iudicium meum aut annotationem aliunde collectam interponam.

## A D C A T O N E M.

Cap. I. legit: *Praediorum quom parare cogitabis, seic in animo habeto, uti ne cupide emas, neue opera tua parcas veisere, et ne satis habeas circumeire.* Recte enim cum Edd. pr. et Cod. Polit. omittit additum ab Aldo *semel* ante *circumire.*

§. 2. Ex lectione Cod. Polit. et S. Repar. et *viti eo introeas et circumspicias, uti inde exire possis:* corrigebat: et *viti eo introeas et circumspicias, uti inde exsere possis.* In Codice Caesen. et Crescentii ad D. Iustinæ est; et *uti eo introeas et circumspicias.* Ceterum lectionem a se probatam ita interpretatur Pontedera: *eo vitii introeas,* id est, ut penetres vsque ad agri vitia et mala, eademque penitus habeas perspecta, quo facilius ex fructibus et culturae sumtus atque expensae pecuniae, quam in fundum emendum paterfamilias erogabit, vsuras consequatur. Etiam Cap. CVH. esse in Polit. Codice *ne quid viti,* pro vitii. *Possis* antiquo more esse ut in Senatus consulto de Bacchanalibus circa A. V. MDLXVII habuisse, *necessus esse, essent, adessent, adeisse, adeissent, iouissent, eset, fecisse, coniourasse, comouisse, conspondisse, compromississe, dedisse, aruisse, esetis, fecissent.*

§. 3. *Opidum validum prope fiet: sein, aut mare, aut amnis quo naues ambulent.* legit, et ex Cod. Polit. et S. Repar. ponit lectionem: *fiet: si aut mare.* ut est etiam in Paris. Quod ait Ponted. in primis cufis esse: *si autem mare* falsum est de Bruschianna, vbi est *fiet: Sit autem mare.* Ceterum recte veterem lectionem Codd. mihi interpretatus esse videtur vir doctus.

§. 5. *pro ratione fructum esse* ex Edd. primis et Codd. restitui voluit. In Bruschianna nihil simile reperisse video.

Cap. III. §. 2. *uti iubeat* ex Codice Caesen. et S. Repar. praefert; Edd. pr. *iubeant.*

Cap. VII. *In eodem fundo suom quoique comseri oportet veitem compularia:* corrigit Pontedera. In Ed. Iens. et Cod. Repar. *quicque vnde quoique* effecit et ad arbutum retulit; ideoque aut *suom* in *suam* vertendum esse, ad *oportet* traducto *veitem,* aut, quod magis illi placet, subducto *vitem* relinquendum *suom.* Nempe in eodem fundo arbutum proprium vitis genus est conferendum et ad arbutum apponendum.

nendum. Deinde Polit. *conferri*, vnde effecit Ponted. *comferi*. Postea vulgatum *arbusstoque* abesse a Codd. et Edd. primis. *compularia* quod est in Polit. Gronou. et S. Repar. interpretatur vitium genera, quae cum arbussto recte copulantur, igitur *copularia*. Sequitur: *aminion meinusculum veino, et maius, et apiciom*. *Ea in ola in veinaceis condantur*. ita enim corrigit Pontedera *veino* i. e. vua interponens ex Cod. Polit. Caes. Repar. Addo Gronouianum. Pro vulgato *et mainusculum* Edd. primae *et malum* Codd. laudati *et malus*, vnde *maius* effecit Pontedera, vt paulo post in Edd. pr. sunt *aminea maiora*. Amineam vitem Catonis esse, quae Columellae *germanae* sunt, maior et minor. Denique in Polit. et S. Repar. esse *eadem in olla in vinaces conduntur*.

§. 4. Ex Edd. pr. et Codd. Polit. et S. Repar. restituit: *Item alia genera. Quam pluris ferito aut inferito olias, orcites, posias*. Ceterum ex libro Politiani scripta se habere ait a Lagomarsino has vetustas scripturas: *comfacere, derecta, deregas, imparatis, praefablos, aspargi, adhabitum, expartae, comportant, compromisise, adgnoscit, inlabare, circumitus*.

Cap. XI. §. 1. legit: *dolia ubi quisque vindemiae esse possint, culeum DCCC. . . opercula doliorum et testaria preiuncta*. In Cod. Polit. et Caesen. *dolia ubi quinque vindemiae esse possint* culeum DCCC, vnde *quisque* effecit interpretatus cuiusque anni seu vindemiae. Feminino genere esse *quisque* apud Plautum Poenuli Prol. 106. Verum de genitio *quisque* pro cuiusque dubitationem non exemit. *testaria* ex Polit. Caesen. et S. Repar. Codicibus restituit, tegumenta interpretatus.

§. 4. *falculas rustarias* Pontedera ex Polit. Codice et Vrsini, Gronou. recte restituit, eiecto *ruscarias*. Ruscum Festo esse rubum; falculas rustarias esse, quas Palladius I. tit. 43. *runcones*, vulgus Italorum *ronconi* vocet. Ruscum humillimum fruticem nullibi segetibus molestum in maceriis et sepibus per colles nasci, et cum extirpatur, ligonibus a radice effodi. Hinc in Virgilio Ecl. VII. vers. 42. *horridior rusco* vitiatum esse ex *rusto*; rusco enim solum folium in acumen finiri. Similiter Georg. II. 413. *aspera rusci vimina per siluam* mutanda esse in *rusti*; nulla enim rusco esse vimina. Ex vitioso Virgilio loco Columellam censet X. 374. duxisse: *sepes nunc horrida rusco prodit*: Neque enim tenerum rubi germen edulo, vt rusci; contra ruscum non spinis horridum neque hirsutum esse.

Cap. XIV. 3. legit: *Sei de coelo veila tacta fiet, de ea re v. b. a. (ious) fiat.* in Codd. Polit. Caesen. Repar. *de ea re vba uti fiāt.* De lustratione villae non loqui Catonem; eam enim ad conductorem non pertinere, qui villam restanrare debet. Catonem voluisse cauere, ne quid controuersiae inter dominum et conductorem nascatur; *de ea re viri boni arbitrati ius* (id est iudicium, vt Cap. 148.) *fiat.* Ex compendio scripturae v. b. a. natam esse lectionem *vba.* Verum ab initio voluit Cato monere filium aut villicum, quid primum faciendum esset, vbi villa tacta fuisset *de coelo.* Religiones nempe primo loco habebantur. Nihil, inquit, hoc ad conductorem; at Cato filium aut villicum alloquitur. Deinde viri boni arbitrati hic non opus est; ibi enim opus est, vbi dissensus aut disputatio est de pretio. Hic vero Cato vixdum ignem de coelo memorare coepit.

Cap. XIV. sect. 4. *colliciares quae erunt, pro binis putabuntur.* Veterem lectionem *deliciares* ex libris suis mutauisse videtur Victorius, quanquam ex Politiani libris nil varietatis annotatum fuerit. Victorius suum *colliciares* confirmari ait loco Festi in *Colliciae.* Verum dispicere antea debebat Cato cauaedium tuscanicum an displuuiatum addi voluerit? in illo enim *colliciae* et tegulae *colliciares* erant, in hoc *deliciae* et tegulae *deliciares*, auctore Vitruuio 6. c. 3. qui cum *displuuiatum* genus in refectionibus molestiam magnam habere testetur, Catonem tuscanicum adhibuisse censeo; itaque *colliciares* tegulas probauerim. Sequitur in Catone: *in aliis quot erunt, in singulas quaternas numerabuntur.* quae verba varia ratione interpretati sunt viri docti. Inepte autem post *colliciarium* tegularum mentionem Cato redit ad fractarum tegularum rationem, vbi antea definitum erat, vnde quarta pars abesset, vt binae tegulae pro vna integra procederent. *In aliis* igitur quas tegulas signabit? diuersas certe a *colliciaribus.* Deinde *quot erunt* quid significat? Partes deficientes tegulae fractae intelligebat Gesner et Rottboell, *aliis* ad fractas referentes. At videamus, qualis ex hac interpretatione sententia Catonis exeat. Tegulam fractam, vnde pars quarta abest, geminam pro vna integra putat Cato; in aliis seu reliquis fractis, quot partes defractae aberunt, (an quartae, quarum mentio praecessit?) in singulas (quaternas partes defractas, an tegulas omnino fractas?) quaternas (partes tegularum, an integras tegulas?) numerant Gesner et Rottboell; vbi nihil nisi ineptias inesse video. Quod si, vti ipse antea in Commentario feceram, *quot erunt* inter-



interpretaris *fractae*, difficile est *in aliis* verba quo referantur dicere. Nam de colliciaribus fractis non dixerat Cato, sed de tegulis, quibus fractis quarta pars abest. Igitur si aliae nunc fractae tegulae memorantur, alia ratione et diversa partium quantitate fractae esse debent; quarum rerum tamen nihil verbis expresse signatur. Quocunque te veritas, nihil efficies, vnde sententiam loci adiuues. At liber Politiani praebet quod omnes difficultates plane tollit, vocabulum: *in valus, quod erunt, in singulas* et cet. Est igitur de *vallis* sermo, de quibus posui locum Servii ad Georg. I. 264. vbi ex Aelio Gallo habet: *vallós, tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur*. Hos *vallós* Cato anti-que *vallus* genere foemineo dixit, nisi librarii genus mutarunt. Hi igitur valli duplo maiores colliciaribus tegulis fuisse videntur, quia *in singulos quaternae* tegulae *numerantur*. Hanc vocabuli *valli* notionem cum Catonis auctoritate adde Lexicis latinis.

Cap. XXXVII. sect. 2. *fracem de nucleis* coniciebat legendum obiter Pontedera Tom. I. p. 35.

Cap. XXXVIII. sect. 4. *sumos lapides coactos* (i. e. stipatos magis inter se et descendentes, dum infimi cadunt) *esse oportebit* corrigit ex Codd. Polit. et Repar. Verum ita non minus postea corrigere debebat vir doctus *item infimi lapides coacti cadent*. Hi enim priores in minus spatium coguntur et partim decidunt; quo facto superiores item desidunt. Verum non quaeritur, supremi lapides num desident, sed potius ex colore capitur indicium an coacti sint. Itaque vulgata lectio non erat tentanda. Plura tamen sunt in annotatione prima mea ad hoc caput, quae recognoscens postea falsa reperi, quanquam maxima ex parte accepta a Britanno Dickson. Comparavi fornacum calcariarum formas varias, quas *Gallus Fourcroy de Ramécourt* in Arte calcis coquendae descripsit descriptasque picturis illustravit; vnde didici, Britannum fornacis Catonianae falsam suo lectorumque suorum animo speciem informasse. Primum de figura videamus, quam rotundam fuisse arguitur ex verbis: *si qua flamma exhibit nisi per orbem summum*. Sed cum plures figurae rotundae esse possint, diuersi tamen generis, veluti sphaericae et cylindricae; videndum, ex quo genere fornax haec fuerit? Quid autem sibi volunt ista verba statim ab initio: *Fornacem calcariam pedes X. latam facito, altam pedes XX, usque ad pedes III. summam latam redigito?* Postrema nihil aliud significare possunt, nisi *summae fornacis latitudinem redigen-*

*redigendam esse ad III pedes*, cum infima lata X pedes sit. Conicam igitur fornacem esse voluit Cato; et recte Gesner ei metae seu pyramidis formam assignavit. Geminum si praefurnium aderat, alterum igni accendendo nutriendoque, alterum cineribus educendis inseruiebat; sin vnicō praefurnio coquebatur, lacuna sub fortace magna cineres excipiebat, vt in Tabula IV. fig. II. Gallicae Descriptionis calcariarum fornacum. Verum ante omnia dispiciendum, quomodo *fornax* a Catone primum *strui*, deinde *fieri*, postea *fornaci locus fieri* dicitur? deinde quae sit *summa fornax*, quae *lateribus aut caementis statuitur* vel *struitur*; denique quae sint *fauces*, quas *praecipites deorsum fieri* iubet? Fornax igitur *fieri* cum dicitur, tum *fornaci locus fit* in terra excauata seu fouea. Ita enim haec interpretari nos ipse Cato monet sectione 3. *Vbi satis*, inquit, *foderis, tum fornaci locum facito*, id est locum fornaci ad certam altitudinem in terra excauata struendae designato. Sed haec ipsa verba *vbi satis foderis*, nullam plane dubitationem mihi quidem relinquere videntur, antecedentia verba: *cum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito*: de hac ipsa fossione esse intelligenda, minime vero de summa fornace vel ore fornacis, quod Britannus *Dickson* lectoribus persuadere voluit; qui praeterea fauces praecipites interpretatur ad perpendicularum additas summae parti et lateribus aut caementis structas. Quae quidem interpretatio plane excludit orbem summum, per quem flamma exire debet. Propius a vero abiit Gesner, qui *fauces praecipites* foramen fundo latiore, quam labra suprema interpretatur. Breuiter vt dicam, fauces significant aditum (den Schlund) ad praefurnium et fornacem; has primas effodit, deinceps foueam instituit excauare, in qua fornax struitur. Praecipites fauces facit Cato, id est decliues et fere ad lineam perpendicularem accedentes, *ne ventus ad praefurnium possit accedere*, quod cauere in primis iubet sect. 4. Hodie fauces etiam tecto aliquo proteguntur et a vento defenduntur. In fouea igitur ad certam altitudinem *struitur* fornax. *Fornacem*, inquit, *bene struito*. Primum quaerendum, quanam materia fornax struatur, deinde infima an summa pars ea materia struatur? Ad haec vna valet responsio ex sectione 3. *si parum altam fornacem habebis vbi facias, lateribus summam struito aut cementis, tum luto summam extrinsecus oblinito*. Ita enim nunc eum locum ordinandum censeo. A Victoriana vsque legebatur: *Si parum altam fornacem habebis, vbi facias lateres summum statuito*,

*statuito, aut caementis cum luto summum extrinsecus oblinito:*  
 In Edd. primis est. *facies lateres:* Iucundus in Aldina primus  
 correxit: *facies lateribus — struito — Summam cum luto*  
*oblinito, ne nisi per orbem exeat summum* scilicet ignis, quod  
 vocabulum ex anterioribus repetendum est. Flamma quo  
 minus per alium locum nisi per summum orbem exeat, reli-  
 qua fornacis pars, quae quidem supra terram extat, lateri-  
 bus aut caementis struitur et oblinitur. Quatenus igitur  
 summa pars structa lateribus et oblita luto erat, exitus igni  
 vel flammae non patebat; *summum orbis* quam late patuerit,  
 fortasse arguere licet ex mensura trium pedum, ad quam  
 summam fornacem redigere iubet Cato. Veterem lectionem  
 Editionum principum *vbi facies lateres, summum statuito:*  
 hoc sensu defendebat Gesnerus: *Si fornax non satis alte in*  
*terram depressa sit, cum lateres faciendi sint aedificaturo non*  
*minus quam calx vrenda;* summum id est in summo, vbi exit  
 e terra fornax, *circumstatuito lateres ita siccandos feliciter*  
*quam a solo sole, quod alias in Graecia pariter atque Italia*  
*siebat.* Haec autem ratio lateres semicoctos reddidisset, et  
 plane ad aedificandum inutiles. Deinde non ita apparet ra-  
 tio verborum: *si parum altam fornacem habebis:* Altitudo  
 enim fornacis imprimis quaerebatur; hinc Cato sect. 3. *vti*  
*quam altissima et quam minime ventosa fiet.* Quatenus igitur  
 fornax in terram erat depressa, parietum vice terra undique  
 fornacem cingebat, ventumque abstinebat; vbi vero exibat  
 terra, lateribus aut caementis circumstruebatur, et hic ipse  
 paries luto oblinebatur, quo melius ventus excluderetur,  
 nec ullus flammae nisi per summum orbem conicae fornacis  
 pateret exitus. *Summa igitur fornax struitur lateribus aut*  
*caementis luto oblitis,* id est, superficies conuexa fornacis  
 structae vel strius perficitur, adstructis lateribus aut caemen-  
 tis, ita, vt summus tantum orbis non tectus pateat exeunti  
 flammae. Idem fit hodie, vbi summitas lapidibus calcareis,  
 raro lateribus, luto oblitis, obtegitur. *Infima autem fornax*  
*qua materia fruatur* a Catone, nunc dicendum est. Nulla  
 alia superest, nisi ipsa calx, cuius frustra vel caementa varia  
 in formam fornacis struuntur, ita, vt tota strues se ipsa susti-  
 neat, ignis autem sub arcu infimae fornacis accendatur; aut  
 struitur lateribus focus et craticula ferrea consternitur,  
 cui deinde calcis frustra alternantibus calcis lignorumque vel  
 arborum stratis imponuntur. Cum foci et craticulae Cato  
 mentionem non faciat, relinquatur, vt de priore genere for-  
 nacum locum interpretemur. Bene igitur Cato *strui* iubet  
 forna-

fornacem, ita, vt *fortax* firmus, id est fornix, efficiatur, qui se molemque superstructam bene sustineat; deinde *fortax* id est fornix, tam latus esse debet, quam est infima fouea, in qua fornax extruitur; hoc est, quod Cato ait: *fortax* (id est fornix) *totam fornacem infimam complectatur*. Fornicem ipsius calcis frustis structam arguunt etiam lapides, hoc est calcis frusta, infimi cadentes, cum bene cocti sunt; quod fieri non posset, si lateribus structae fornici seu foco cum craticula insisterent. Denique quod fornacis formam Gesnerus in Indice aiebat etiam ex Columella 5, 10, 4. et Arbor. 19, 2. apparere, in eo vir doctus haecenus a vero aberrauit, quod ibi de clibano fermo est, qui *imus summo patentior* est. Verum fornax a clibano diuersa est per se; calcaria tamen Catonis ita figuratur, vt plane similis clibano efficiatur. Nunc omnia Catonis praecepta ita ordinabo, vt i structurae series postulabat; quo facilius lector sententiam auctoris assequatur. *Fornacem calcaream — summam latam redigito. Cum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito: ubi satis foderis, tum fornaci locum facito, uti quam altissima et quam minime ventosa fiet. Si parum altam fornacem habebis ubi facias, (i. e. si non habebis ubi facias altam fornacem) lateribus summam struito aut caementis: tum luto summam extrinsecus obliuito. Fornacem bene struito; facito, fortax totam fornacem infimam complectatur. Si uno praefurnio coques. — sit educendus: si duobus praefurniis coques, lacuna nihil opus erit. — ignis erit. Lapidem bonum — indito. Cum ignem subdideris — obliuito. Ventus — caueto maxime. Ignem caueto ne — caueto. Hoc signi — exhibit. Ita spero, me effecisse, vt lector nullibi adhaerescat.*

Cap. LV. *sub dio nectas* ex Cod. Polit. scribit, pro *nectas* a νέω deriuans, aut exemplis aliorum vocabulorum veluti *arte*, *artito*, pro *arctē*, *arctito* defendens. Vtinam interpretationem addidisset, quid sit *radices in aceruo sub dio nectere?*

Cap. LVI. Primum *Familia* restituit pro dandi casu dictum; deinde *tritici ἥ IV per aestatem ἥ IV S.* ex Polit. Codice vetustissimo annotauit, signo hoc modii ibi existente. Postea in vocabulo *epistatae*, aut vt est in Caesen. *epistate*, latere suspicatur *per aestatem*, vt in *opilioni*, qui nullam ob causam iustam solus nominetur iuxta villicum, cum bubulcum Cato potiore loco habeat, *IV per hiemem* per notas scripta olim. Ceterum institutae in annotationibus ad h. l. medimni

medimni cum modio comparationi et dimensi seruilis et militaris definitioni addo nunc alia. Locus Polybii est 6. c. 39. *σιτομετρῶντα οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἄττικῆ μεδίμνη δύο μέρη μάλιστα πως, οἱ δ' ἵππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνη εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. Τῶν δὲ συμμαχῶν οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἵππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε.* Plutarchus in vita Catonis nostri c. 6. *στρατηγῶν ἐλάμβανεν ἑαυτῷ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἔπλεον εἰς τὸν μῆνα πυρῶν ἢ τρεῖς ἄττικὰς μεδίμνης, εἰς δὲ τὴν ἡμέραν κριθῶν τοῖς ὑποζυγίοις ἔλαττον τριῶν ἡμιμεδίμνων.* Medimnus autem Atticus modios romanos sex capiebat, teste Nepote in Attici vita c. 2. quanquam ibi libri scripti *septem* praeferunt. Choenices 48. medimno tribuunt scriptores. Ut appareat, quot modios tritici in virum a publico accepit Cato, antea finiendus erat a Plutarcho numerus comitatus aut seruitii Catonis. Sed is demum c. 10. obiter: *ἦσαν δὲ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείᾳ σὺν αὐτῷ.* Si Cato in quinque seruos et se ipsum accepit modios 18. tritici, in singulos numerantur tres modii; quae mensura vno modio minor est ea, quam seruis opus facientibus per hiemem largitur Cato c. 56. verum eadem trium modiorum contentum esse voluit opilionem, nisi Pontederæ emendationem admiseris.

Cap. LX. Ex Caesen. libri *grana* efficit *grano*, id est, quae perueniat ad granum. Columella II. c. 17. *semini progenerando* viciam ferit.

Cap. LXVI. legit: *Vase aeneo, neque a nuculeis ad oleom ne oetatur*, reperto in Codice Caesen. *a* ante *nuculeis*, interpretatus: ne vtatur vase aeneo, neque eo vase, (vase a nucleis) quod ad recipiendos nucleos fracesque adhibetur.

Cap. XCVI. sect. 1. in Cod. Polit. et S. Repar. est: *aquam lupinus defruerit*; vnde Ponted. corrigit: *aquam quam lupinus defruerit*. Ab antiquo verbo *defruo* esse *defrutum* et *defrutare*, id est coquendo imminuere aut consumere; inde esse *fruor*; qui enim rem *fruit*, vtitur nimis eadem. Comparat etiam ex vulgari sermone verbum *fruare*, quod nimio vsu vel abusu imminuere aliquid est.

Cap. CXIII. sect. 2. legit: *Et ne pleus quadrieniom in sole seiueris. Post quadrieniom in cuneom cumponito et insteipa*. Primum *quadriennium* lectionem repertam in Codd. duobus a Lagomarsino nunc probat, item cap. 105. *bieniom finito in sole*, motus auctoritate Plinii 14. Cap. 8. de Graecorum vinis loquentis: *vuæ paulum ante maturitatem decerptæ siccantur*

*siccantur acri sole, ter die versatae per triduum: quarto exprimuntur die, dein cadis sole inueterantur.* Tum speciatim de Coo ex Catone *super caetera in sole quadriennio maturandum praecipiens.* Concludit denique dicens: *Omnia transmarina septem aut sex annis ad vetustatem mediani peruenire existimantur:* Deinde in cuneum Codd. Polit. Venet. et S. Repar. probat et illustrat theatrorum cuneis, id est sedilium ordinibus. Igitur in cella esse cuneum fedes elatas, quo plura vasa contineantur. Suggestum in cella habet Cato cap. 154. calcatorium Pallad. I. 18. vbi vide annotationem p. 24.

Cap. CXXII. *Capreidam* mutandum coniciebat in *Cedridam* id est *κεδρίδα*, cedri fructum; qui eundem cum iuniperi fructu vsus in medicina habet, teste Plinio 14. c. 16 et 24. c. 5. cum Dioscoride I. c. 105.

Cap. CXXVII. sect. 2. *lubet esse* pro iube probat allatum ex Codice Polit. et S. Repar. deinde *tribolum* ex lectione Caesen. *tribolum* et Edd. pr. in *tribolum* mutandum coniecit in *tribulatum* vel *intribulatum* id est permixtum et bene subactum. Cf. cap. 23. f. 4. postea *et viro heminam* corrigit comparato Capite 156. vbi viro hemina notionis medicatae similiter datur.

Cap. CXXXII. Scripturam antiquam *Daps Ioui asaria pecunia* restitutam interpretatur: pecunia librari, quae as pendeat. Igitur dapi Ioui pollucendae pretium sumtus vnum assem definit. Suspiciatur Pontedera dapi assem, vino offerendo vnam definitam generatim fuisse. Hinc filium a Catone moneri: *Ioui dapali culignam veini quantans vis poluceto:* ne si forte minus obtulerit, sacrum non rite perageretur. Ibidem *sua contagione* ex Polit. et Gronou. probat interpretatus: *profanato ut decet.* Contagio enim proprie *contactus* est, deinde etiam pro conuenientia dici ait apud Lucretium III. vers. 345. vbi tamen *corporis atque animai mutua contagia* plane a Catonis sententia aliena sunt.

Cap. CXXXIII. sect. 2. *murtum coniuolum* ex Cod. Polit. probat. *Coniuolum* Codex S. Repar. *coniuolum* Gronou. In Festo *coniuola occulta* mutant alii in *coniuola oscula*, quae Pontedera oscula coniugalia interpretatur. Sect. 3. *per ea* ex Polit. et Cod. S. Repar. praefert.

Cap. CXXXVIII. *Fruentum, quod non saturus eris* corrigit ex Columellae II. c. 22. *sed iuncta aduehere non permittitur nec apportata serere, neque terram aperire, neque arborem conluere, sed ne sementim quidem administrare nisi prius catulo feceris:* Coniecturam praecipit Abr. Grononius. Cap.

Cap. CXLIV. sect. 2. *si non erunt redditae, aequè arbitrato deducetur.* Ita ex lectione Polit. et S. Repar. *reddit eaeque arbitrato* corrigit Pontedera, cui assentior.

Cap. CXLVI. sect. 1. *unguinis p. X. dari putat, ne domini instrumenta, quibus in conficiendo oleo conductor utitur, attritu nimio conterantur.* Ideo vulgatum *modiisque* mutavit in *moleisque*; modios enim unguine non indigere, ut molas et trapetas. Deinde ex Polit. libro 1. ponit lectionem: *IVS. PRS primae*, ex Pol. 2. *datori prippnae*, ex Cod. S. Repar. *iri pri primae*, ex Caesen. *rei pri primae*; ex Veneto: *datoris pri primae*. Efficit autem ex *IVS* scripturam *I. VS.* interpretatus in *visionem* id est pro usura instrumentorum, deinceps *PRS* diuidit *PR. S.* interpretatus *pressurae singulae primae cotulas duas* nempe olei. Censet autem, cotulas duas olei primae pressurae, exigi a domino in singulos factus pro vasorum usu, ut Cap. 67. torcularii custos in factus olei sextarium factoribus praebet.

Cap. CXLVIII. Probat lectionem Codd. Polit. Caesen. S. Repar. *quod admensus erit pro eo dominus, rem solvito*; interpretatus, quod dominus cunctante emptore admensus erit ex lege: *si non ante cal. Ian. acceperit, dominus vinum admetietur: Pro eo est pro emptore.* Caeterum in alio Codice haec tantum: *Quod admensus erit pro eo dominus iusiurandum dabit.* Haec Pontedera: Lectionem *rem solvito* etiam ipse probat. Ita Plautus Curcul. 5, 2, 20. *Ego quidem pro istac rem solui ab trapexita meo.* Iterum 5, 3, 44. *nam inde rem soluo omnibus quibus debeo.* Utrobique viri docti malebant *re solvere* legi.

Cap. CLVI. sect. 2. corrigit Pontedera: *Inde facito manipulos oecualis III. Circumleigato: Possidea olam statuito cum aqua. Vbe opceperit feruere, paulisper demittito unum manipulum. Feruere desistet. Postidea ubi opcapiet feruere, paulisper demittito admodum dum V numeres.* Primum coniungit *paulisper* cum verbo *demittere*; cum iterum aquae feruore ad summum reiicitur brassica, iterum paulisper deprimenda; idem tertia, quarta et quinta vice faciendum, *dum V numeres.* Pontedera *vices* intelligit. Reliqua ex vetusta scribendi ratione renocauit.

Sect. 4. ex Cod. Polit. Veneto, S. Repar. *nausiae praefert*, et verba *eumque apprehendet* ut ex glossa orta damnat. Postea vulgatum *consistet* mutat in *cumstatuet*, quoniam Edd. pr. Codd. Polit. S. Repar. et Gronou. *constituet* habent. Farina dicitur aluum citam et solutam constituere; quod re-

nuens Aldus Ciceronis locum Epist. 26. libri VII. imitatus est, vbi ait: *tanta me διάρροια arripuit, ut hodie primum videar posse consistere.*

Sect. 6. *eo interito quod volet cibi; postea edit.* Ita recte Pontedera locum constituit; *postea edit* scilicet brassicam cum cibo intrito; deinceps *dato vini acri* [duri] *aquatum* corrigit, incluso *duri* veluti glossa. In loco altero Cod. Polit. Venet. S. Repar. *dato vinum acrum* habent; *aquatum* vinum, quod infra *dilutum* dicitur, approbavit etiam auctoritate Cod. S. Reparatae.

Ibidem *febres* ex Codd. Polit. et Repar. praefert; postea *Nunc de oleis, quibus — est, sumito brassicam* corrigit, interpretatus *de oleis* propter illos.

Sect. 7. inserta *inde — oportet* damnat, et vetus *excoquatur* restitui vult.

Cap. CLVII. sect. 4. *tetras brassica* Polit. 2. Venet. et S. Repar. Codex; quod ex *petras* pro *penstras* id est *penetrans* scripto ortum suspicatur Pontedera.

Sect. 7. *si edes cum caesam et rutam et coriandrum cum menta fittam et sirpiciom inrasam, et brasica II acet. oxumeli et sale sparsa,* corrigit Pontedera. Pro vulgato *sic et la serpiti-um* in Polit. et Repar. est: *sic tam*, in Veneto *siccam*, quod pro *sectam* antiquae dictum interpretatur Pontedera; igitur proximum *concisum* abundare; eius in locum reponit *mentam*. Verba *ex aceto* etiam abundant, cum oxymeli acetum habeat additum; eorum vocabulorum in locum Pontedera ex Plinio 20. cap. 9. reponit *II. acetabula*. Denique *sirpicium* Polit. Codicis vnice probat genere foemineo, unde *la serpiti-um* dictum fuerit pro *latte serpiti-um*.

S. 8. *hac si uteris*] Ponted. ex loco Plinii: *tantamque esse vim, ut, qui terat haec, validiorem fieri se sentiat*; et scriptura Codicis S. Repar. *Haec sic uteris* corrigit: *Haec si tu teris*: sententiam deinde verborum: *omnis articulos poteris experiri* i. e. expedire, esse eandem, quam Plinius reddiderit verbis: *validiorem fieri se sentiat*.

*Omnia qui insomniosus est*] Ex lectione Codd. pr. *omnis vel si quis est seniosus* egregie restituit: *Insomnis vel si quis est seniosus*, quoniam ex h. l. Plinius retulit insomnia vigiliisque retulit; *seniosus* ad vigiliam refertur.

Sect. 9. *panem: purum ibidem madefaciat* ex Cod. Polit. S. Repar. Caesen. et Veneto correxit, paululum diuersa ratione antea vsus.



Sect. 10. *Et hoc si quando usus venerit. Qui debilis.* Ita h. l. distinguit Pontedera, priora ad tormina referens, hac sententia: hoc facito, si quando quis torminibus laboraverit.

Sect. 11. *ii virosi]* Pontedera praefert: *nunquam iei miseri fient*, i. e. morbofi. Sic misera bucca apud Plautum Poepul. Act. V. Sc. II. In Codd. Polit. Repar. et Victor. est *unseri*, Caesen. *unseri*, Veneto *vinseri*, Politiani liber 2. *miseri* habet.

*eo mulier]* Nunc praefert *ea*, vnde *eatenus*, et *operito* defendens interpretatur: *ne vapor sinistrorsum abeat*, circa mulierem, ne frigore tangatur, vestibis positus.

Sect. 12. *Si quem purgare* ex Edd. primis et Codd. restitui recte iubet.

Sect. 13. *carinem asinam* probat et pro *assinam* ab *assa* derivatum esse opinatur: sequens *si esse non volet* mutat cum libro Polit. in *esse solet*. In familia enim Catonis paucos fuisse credit, qui assam comessent, neminem qui repudiaret.

Sect. 15. *Etsi polupus in naso introerit* ex Cod. Polit. et S. Repar. correxit; bene! deinceps *malum* interpretatur lanam ex graeco *μαλλόν*.

Cap. CLVIII. sect. 1. *colicolos* ex libro Polit. probat, vt in Catone ex eodem restitui vult *deorsom*, *torcola*, *torcolariom*, *paulolum*, in Varrone *robor*, *longorios*, *fundolum*, *triboli*, *tabernola*, *paulola*, *pecodum*. In Catonis capite sequenti optimi libri *apsynthi* et *anulo* pro *absinthii*, *annulo* dant. Postea *cum radice sua filiculae pullum* restituit, id est stirpem vnam polypodii. Ita pulli arboris Cap. 51. et 133.

Cap. CLXI. sect. 1. *Cum deformabis, interuallum facto inter areas semipedem latum in omnes partes. deinde facto ad lineam. palo grana vina aut terna demittito, et eodem palo cauum terrae operito* ex Edd. primis et Codd. recte restituit, et rectius, quam libri vulgati, distinguit. Ceterum in hoc Capite ex Codd. antiquis haec scripturae veteris vestigia annotauit: *sarire*, *posturus*, *stercerato*, *ouilum*, *raeuratur* quod postremum Aldus in *peruratur* mutauit. Ita etiam in Capite sequenti probat *semodios* ex Edd. pr. Polit. et S. Repar. *sale* recto casu, *deosum* pro *deorsum* ex Polit. *spongea* pro *spongia*, vt *doleum* pro *dolium*, *ciconea* pro *ciconia*, et *Alexandrea* apud Varronem pro *Alexandria*; deinde *aequale* pro *aequalem* ex Cod. Polit. S. Repar. Caesen. et Edd. pr. denique *post dies omnino XII.* ex Edd. pr. quae Aldus mutauit in *post diem omnino duodecimum*.

## A D V A R R O N E M.

## L I B. I.

P. 129. l. 1. *Potius essem consecutus antiquam lectio-*  
nem probans interpretatur: meliora fuisset traditurus, si  
otiose et lente scribere potuissem. In seqq. scribit: *sei com-*  
*modius tibe haec scriberem.* Cod. Wratisl. S. Repar. et Lau-  
rent. *et commodius tibi habent.* Postea *Anus enim XXCI.*  
ex Plinio posuit Pontedera. Denique *cumfacere* pro *confi-*  
*cere* probat.

P. 130. l. 8. *mene, dum veiuo quidem, necessaris meeis*  
*quod profit facere?* intellige *non pudebit?* vt apud Virgi-  
lium: *Mene incepto desistere victam.* Ita h. l. Pontedera  
corrigebat et interpretabatur.

P. 130. l. 17. *agriculorum — omnis fructos* ex Polit.  
et Laurentiano Codice praefert Pontedera. Postea *hi paren-*  
*tes* vt de Cerere et Libero: *quod horum fructus.*

l. 20. *Iuppiter — terra mater*] Haec verba cum Vrsi-  
no spuria censuit etiam Pontedera, qui in Caesen. et S. Re-  
par. Codice reperit: *appellabatur.*

P. 134. lin. 17. *Em obi tu* ex Polit. et S. Repar. *pu-*  
*tes* ex Edd. pr. Polit. Repar. Florentino alio, *fructos* ex Pol.  
Repar. *possum* ex iisdem et Caesen. *semenstri* ex Pol. et 2 Flo-  
rent. praeferebat Pontedera.

P. 135. l. 16. *treicinariae — treicenas* ex quatuor Flor.  
praefert Pont. deinde *Libo* ex Edd. pr. et 3 Flor. restituit.

P. 137. l. 1. *veneunt.* *Contra ἀρρέμενος.* *Ilei interea*  
*ad nos* legens Pontedera verba *contra auream imaginem* vul-  
go scripta a prioribus separat, et cum sequentibus copulans  
pertinere ait ad appropinquantes Tremellium et Licinium  
qui, dum loquitur Varro, ex aduerso incedant. Quid voca-  
buli graeci in mente fuerit Pontederae, iterum non possum  
diuinare. Nunc vero nullus dubito, Scaligerum optime di-  
vinando eruisse, locumque ita esse constituendum: *vt i-*  
*deant pinacothecas sed oporothecas: huius, inquam, poma-*  
*ria summa sacra via; ubi poma veneunt contra aurum.* *Ille*  
*interea ad nos; abiecta videlicet glossa: id est magno ita*  
*scripta primum: i. magno: vt. postea in imago deprauata mu-*  
*taretur.* Eandem dictionem Varroni ex principibus Edd. et  
Cod. Politiani restitues infra III, 2, 4. *nunc ubi hic vides ci-*  
*trum aut aurum? num minium aut armenium? num quod*  
*emble*

*emblemata aut lithostrotum? quae illic omnia contra aurum;* ubi vocabulum *aurum* primus Iocundus in Aldina pessime omisit.

P. 138. l. 28. *ne capras tum pascat:* corrigens Pontedera partem legis tantum afferri censet, igitur capram ad tempus in agro furculario permitti, cum furculi et vites in lignum induruerunt, ut capra nocere non possit. Esse tamen legem colonicam diuersam pro agri et arborum natura.

P. 140. l. 4. *aliud. Aliud? Anne ego* ex Polit. et 2 Florent. legit Pontedera. Recte. Non vnum alterumue Varro separandum censet, sed multa, quae Salsernae admiscuerant.

l. 7. *aliam et aliam* (scilicet *fodinam*) *et alia* ex Codd. praefert et defendit Pontedera.

P. 141. l. 7. *nam et huiusce* ex Edd. pr. Polit. deinceps *dolore in fronte* omisso *et ante in* cum Polit. 2 Laurent. Repar. Caesen. Pontedera.

l. 12. *vel Tarquennam* interpretatur Pontedera *etiam* Tarq.

P. 142. l. 2. *et cuius modi sint — discretum de iis rebus quae in scientia sunt, quis in colundo nos docet? Ars id an quid aliud* corrigit Pontedera ex Edd. pr. *dicendum* ab Aldo insertum omittens. Scilicet Edd. primae *quod in colundo*; sed Polit. Repar. et Caesen. omittunt *quod*. Deinde *in scientia sit* Polit. Repar. Caesen. *ars id* Polit. et Caesen.

l. 9. *quae docet* cum Polit. 3 Flor. et Caesen. omittit Pont. deinceps legens: *quae sint in quoque agro serunda et faciunda, quae a qua terra maxsumos p. r. fr.*

P. 148. l. 26. *ut ego, a quoque antiqui* ex Polit. et Repar. probat Ponted. qui totum locum ita redintegrandum coniicit: *uti ego. Prata quoque anteicei parata adpelaront; nam modicas aut nullas requirunt expensas. Caesar et reliqua.*

P. 152. l. 1. *terena* antiquum tuetur Pontedera pro *terna* dictum, ut *bini, terni, quaterni, quini* pro *bis evol*, ab *εἰς, ἐνός unus*, bis vni, ter vni, quater vni, quae olim similiter fuisse censet *biseni, tereni, quatereni*.

l. 16. *quod ad.* Ita cum Edd. pr. Pontedera. l. 17. *Itaque heic uti in Papinia* praefert. *nus Pol.* et 5 Flor. *in his* Caesen. *in viis* Polit. 2. Flor. 3. deinceps idem *prolixae* ex Edd. pr. Pol. 5. et 4 Florent. probat: *Postea feraces; neque stramenta videre obi crasa poteris — retorida muscosa sine*

copula et cum Polit. 5, 4, 3 Florent. praefert. Ad *prolixae* intelligit *proveniunt*; pro *ibi* dedit *obi* antiquum, vt, *olli* pro *illi*.

P. 153. l. 4. *facile feritur* ex Edd. pr. pro *distrahitur*, *dispergitur*, dictum antique, *fertur*, praefert Pontedera.

l. 24. *dicebatur* R. Caesen. deinceps *quae heredem* ex P. R: 4. 3. Flor. postea *Hoc postea* dedit ex le. P. *Hec*, denique *a* ante *centum* cum P. R. 4 Flor. omisit, vt sequens *dicta* cum Edd. pr. Pol. R. 4, 3, Flor.

P. 154. l. 10. *tuentur* Edd. pr. sensu passiuo ex Nostri I. Cap. 4 *bello ab iis tuebantur* defendit Pontedera.

P. 155. l. 8. Ex Polit. *Auertendum* Polit. effecit *Auertendum* et deinceps *arescunt crescuntque* ex Edd. primis reuocauit; vtrumque recte!

P. 156. l. 11. Ex Crescentii Codice in Iustinae Bibliotheca Pontedera laudat: *Item cellas in loco plano, vbi vasa vinaria et olearia esse possint. Item vbi stent fructus aridi vt granum et foenum in tabulatis.*

P. 157. l. 12. *vna uti interdus compluuiom — vbe aqua saliat, qui intra silobatas quom velis, sit semipiscina.* Ita ex Edd. primis corrigens Pontedera *interdus* h. l. interpretatur *sub dio*, vt est cap. XI. de hac ipsa cisterna seu lacu.

l. 16. *e pauolo* Polit. *e pano locum* Caesen. *e pauo locum* L. S. vnde Ponted. effecit *e pauolo quom*.

l. 17. *exteriorem lacum* corrigebat Pontedera, ne lacus iste transferatur ad cohortem alteram, quae deinceps describitur.

P. 158. l. 10. *eoque quidam* ex L. 5, 4 Flor. lectione *Eo quae* effecit Pontedera.

l. 11. *fieri — tutam fundi supicere* ex lectione *subicere* L. 5, 4, 3 Florent. effecit Pontedera. Deinceps *in tritura* ex Pol. L. S. *possis si* ex Edd. pr. *coeperit* ex Pol. L. 5 Flor. *reicere* ex L. P. 5, 4, 3. Pontedera praefert.

P. 159. l. 18. *Metalli* Pol. L. S. deinde laborent.

P. 160. l. 1. *item* ex Edd. pr. L. P. 5, 4, 3. praefert Ponted. deinceps *calidiorum* L. P. 5, 4, 3. habent.

l. 9. *opseri* ex L. Polit. praefert Ponted. *opreri* L. 1. Verba *viuae saepis* post *radicis* collocauit cum Edd. primis, nulla *viatoris* mentione facta; *viuet* pro *viuae* Caesen. *agresti e ligno* L. P. 5. probante Ponted. nam *agreste lignum* peculiariter nullum dici posse, sed *sepimentum* esse *agreste ex ligno*.

P. 161. l. 5. *qui faciunt* omitti vult Pontedera, qui ex P. L. 5, 4. *Retino* praefert, a *Rhetia* deriuans.

l. 11. *Hispaniae agro, Tarentino* ex Polit. S. Repar. et Laurent. tertio affert Pontedera.

P. 163. l. 14. *domestica copia* ex Polit. L. 5, 4. praefert Ponted. interpretatus: ex domestica copia siue propter domesticam diuites eam partem id est artifices mandare.

P. 164. Cap. XIV. sect. 1. *primum naturale sepi-mentum, quod obseri solet virgultis aut spinis, quoniam habet radices, viatoris praetereuntis [lasciui] non metuet facem ardentem.* Ita nunc hunc locum ex Edd. primis restituendum esse censeo, mutato *viuae sepis* in *viua sepes* et omisso inutili ac copula. Praeterea *lasciuius* viator mihi displicet. Ouidius Fast. 4. 167. *semustamque facem vigilata nocte viator ponet.* Idem Metam. I. 493. *ut facibus sepes ardent, cum forte viator vel nimis admouit vel iam sub luce reliquit.* Neutra culpa viatoris iure lasciuiam dici potest.

P. 165. l. 7. *imparatis* Ponted. praefert ex lectione *impatis* L. 5. *impetratis* Caesen. et Venet. Codd. Esse enim ex *in* et *parare* factum *imparare*.

P. 166. l. 4. *Iniciendum* ex Victorii Codice (*iniciendam* L. 5, 4, 3.) *voluptatem praefectorum* ex P. L. 5, 4, 3. *honore aliquo habendo et de — alios* ex iisdem P. L. 5, 4, 3. praefert Pontedera.

l. 12. *aut* cum Edd. pr. P. L. 5, 4, 3. omittit Ponted. qui notionem eandem inesse censet syllabae *ce* in vocabulo *huiuscemodi*.

P. 167. Cap. XVIII. sect. 3. *Quod Cato sei voluit, uti debuit, sit proportione, ad maiorem fundum et meinorem adderemus et demeremus.* Praeterea extra familiam ex Edd. pr. et Codd. restituit, hac sententia: Quod si Cato voluit, ut modulus sit proportione; *sit* pro vulgato *ut* est in Polit. Laur. 5, 4, 3. Caesen. *geminum et pro vel* habent Edd. pr. Polit. Laurent. 5, 4, 3. *ut minorem* Caesen. non improban- te Pontedera.

Sect. 4. *tres habendi. Fere operari modo et bubulcei proportione addundei. Ad minoris, ad maioris modos: fundorum iei quoque, sei similis est ager;* ita h. l. ex Polit. et 5, 4, 3 Laurent. distinguit, id est: plerumque operarii et bubulci agri modo pro portione addendi: ii quoque ad minores maioresque fundorum modos sunt parandi; si ager est similis. In L. Polit. altero, Laurent. 5, 4. reperit *ii* Pontedera

pro vulgato *hi*. Sequentia legit ita: *Sein autem ita deifimilis, uti arari non possit, quod sei confragosus atque arduis cleivuis, minus multei opus sont boues et bubulcei.* Ex Edd. pr. Polit. Laur. 5, 4, 3. additum est *autem*, iisdemque auctoribus relegatum *totus*, et restitutum *quod si* ex Edd. pr. Polit. 5, 3 Laur. ut *arduis* ex Edd. pr. Polit. Laur. 5, 4. Quod si malit *quod sit*, Pontedera non repugnat; eamque lectionem ipse praefero. Denique reliqua: *Inicio cilud quod modum neque unum neque modicum proposuit: CCLX iugerum: ybi inicio est ex Caesen. initio, Edd. pr. Polit. 4, 3 Laur. mitio siue initio Laur. 5. illud Polit. Laur. neque modicum Ienson. B. vulgo nec.* Inicere interpretatur inter loquendum inferere vel addere.

P. 168. Sect. 6. *in Galia* ex Polit. Laur. 5, 4. legit, reiecto *jatis*; deinceps *Ligusco* cum Polit. Laur. 5, 4. et *quantam* cum Edd. pr. Pol. Laur. 5, 4.

P. 169. Cap. XIX. sect. 1. *Sed ego neutrum modum horum omnem ad agrum* legit ex Edd. pr. In Polit. Repar. et Ambros. est *morum* pro *modum*; deinceps *omnem ad agrum* dedit Polit. liber.

Sect. 4. Aldinum supplementum reiicit cum Edd. pr. et Codd. Polit. 3 Flor. Ambros. Caesenate.

P. 173. Cap. XXII. sect. 6. *sub clavi* ait esse in Codd. scriptum *sub elam* vel *subelam*; hinc ipse efficiebat *sub tutela*.

P. 175. Cap. XXIII. sect. 5. l. 1. sic uti vmbrosis locis *alta seras, uti coruda*, ex Edd. pr. et Codd. repetit, *alta* ex positu in porca interpretatus ex Columellae XI. Cap. 3.

P. 176. Cap. XXIV. sect. 2. *ei ferendo* Polit. alius Florent. Ambros. *ei ferendo* tres alii Florentinus Laurentianus, Caesenas, S. Reparatae; vnde Pontedera legit: *Sei in loco craso et caldo positiueris, hostom nequam fieri, et exferundo arborem perire.*

P. 178. Cap. XXVII. l. 2. verba *sationes quae fiunt* ut leguntur scripta in omnibus Codd. plane veluti ex marginali interpretatione Italici librarii orta reiicit, aut in *arationes quae fiunt* mutat. In Caesep. etiam est *sationes* ut in Vrsini libro. Ratione nititur Pontedera praecipue ea, quod Varro nullibi *sationes* vinas hoc in loco commemorauerit.

P. 179. Cap. XXIX. *putari in temperatis* nunc efficit et probat vnice, confirmatus scriptura Codicis S. Repar. *putarim in pratis.*

P. 180. sect. 3. verba postrema cum Popma spuria censet, aut mutanda ita: *Sic quoque cum exta dis dant, poricere dicunt.* Nam Varronis aetate exta diis etiam vt antea poriciebantur.

P. 182. Cap. XXXI. sect. 5. *quo fare ferro caesa* Polit. *quo fart ferro caesa* S. Repar. *quod far ferto caesa* Caesen. unde efficit Pontedera: *quo farta fero caesa ferago deistia*: De farre enim, ad farraginem misto, falsum esse. Ideo in Editione Beroaldi, tribus Florent. et Caesenate Codd. *ferrago* scriptum esse a ferro. *Farta* interpretatur immixta et confusa in vnum hordeum, viciam et alia legumina; *quo* est pro quia, quoniam. *Virdea* pro *viridia* tres Florent. Codices praebent; *coepta* vero recte quatuor Florent. et Caesenas.

P. 183. sect. 6. l. 7. quod ex libris suis Varronis *potui* retulit et pro *potu* dictum interpretatus est Nonius, *potuis* fuisse suspicabatur Pontedera, recte admonens, Varronem in hac etymologia respexisse graecum *πόμα*, quo potus significatur.

P. 185. Cap. XXXVII. *dies quodammodo quadripartiti*. Ita corrigendum esse hunc locum, recte monet ex duobus aliis Varronis locis in hoc ipso capite, vbi quadripartita ratio repetitur. Vbi lateat in vitiosa scriptura, egregie indagasse videtur Pontedera. Scilicet Varro sect. 3. memorat, ruri obseruari octauum ante et post Ianam crescentem et decrecentem; vbi Iana dicitur luna plena. Unde apparet, primam diuisionis quadripartitae partem esse a noua luna ad *nonam*, quam Varro infra III. cap. 17. sect. 9. memorat his verbis: *quo aestus bis quotidie ab ortu lunae ad proximam nonam introire, ac redire rursus in mare possit*; vbi Aldus pessime *nouam* edidit primus. Altera procedit a nona luna ad plenam; de qua dicitur *octauo Ianam*; tertia est, *cum rursus ad nonam luna decrescit*, quae etiam *octauo post Ianam* vocatur. Quartam indicant ista: *quoad a nona venit ad intermenstruum*: quae eadem luna senescens dicitur. Igitur reliqua loci Varroniani ex Codice S. Repar. ita constituit: *quod a nona luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nonam decrescit, quoad — a quo die dicitur l. e. ext. et prima.*

P. 189. Cap. XL. sect. 4. *quom in humum demittitur, est videndum* legit reliquis verbis reiectis, quae olim in margine apposita: *in quibusdam cum est*: referebantur ad lectionem Edd. pr. *si in humum* et varietatem animotabant.

P. 191. l. 1. *Ex arbore quam volt habere, in eam* omisso *furculum* legit; quam ex Polit. et Iensoniana afferens;

ensum ita interpretatur: quam arborem dominus reparare ex proximo desiderat.

P. 192. Cap. XLI. sect. 3. ex Polit. et duobus Flor. annotatum *quod ea nimius mutat in eae pro eius*; deinde cum libri Polit. ante *triduo* positum mutat in *aut*, denique in *qua humor pro unde humor* ex Edd. pr. et Codd. restituit. In sequentibus *aridior* ex Edd. pr. et Polit. postea *transferatur, in cacumen* (i. e. in cacumine) *habeat gemmam* indidem Aldinis praefert.

Postea sect. 4. *foeminam molitiam* ex libro Polit. et S. Reparatae probat. Verba *in hoc enim humidiora quam aridiora* interpretatur: *ad crescendum prona* magis valent *humidiora quam aridiora*.

Sect. 5. *per resticulam ficos* ex Edd. pr. et Codd. restituit recte Pontedera.

P. 193. Cap. XLII. In loco Plinii, quem in annotatione p. 351. tractavi, Pontedera p. 204. *in iugera VIII. modia bisena* legi malebat.

P. 194. Cap. XLIV. sect. 4. *nutritionibus — eorum. Ille, quae — praegnata cum sunt, matura p. poma, aut spicam; sic alia: A quo profectum, redit semen*; ex Edd. pr. restituit. In Florentino Codice reperit *praegnata*, in Polit. et reliquis Florentinis *Sic alia: a quo pr. redit semen* quam lectionem ipse nunc amplector.

P. 195. Cap. XLIV. sect. 1. *ea enim serius aliquanto prodit. Seges ostendit item milium et sesima et caetera similiter aequis diebus ingeniose concinnavit* ex scriptura antiqua, *segetem* interpretatus aruum, agrum sationalem.

Sect. 3. *radices quam ex iis quod solet nasci* recte ex Polit. restituit, nisi quod *solent* mutavit in *solet*.

P. 197. Cap. XLVIII. sect. 1. Codicum *multilata* defendit, quasi a *multa* deriuatum, quod sequior aetas *multare* fecerit. Melius sequentia: *arista quae uti acus tenuis longe eminet e gluma, proinde uti grani apex sit*; reconcinnavit ex Edd. pr. lectione; etiam Polit. et duo Flor. Codd. cum Vindob. habent *e gluma: proinde ut grani apex sit gluma et arista*. Aldus igitur inepte *theca* addidit in vulgata, cum Varro satis iam antea de gluma dixisset: verba autem *gluma et arista* ex margine male immigrarunt.

P. 199. Cap. L. sect. 2. *quod terra haeret* ex Polit. alio Laurent. ex S. Reparatae praefert. Alius Laur. *de terra*. Ne vero a medio messem appellatam contempnas, recte monet Pontedera, Varronem graecum μέσος respexisse, uti supra



in etymologia *pomi* a potu dicti respectabat graecum *πόμα*.

Sect. 3. extrema *cum in eae* (i. e. eius) *iugerum* corrigi Pontedera. recte puto!

P. 199. Cap. LI. sect. 1. *rutundam* — *rutunda* — *pauita* ex Polit. et duobus Flor. reposuit; *peminosa* ex graeco *πημίνω* deriuat; in quo lusisse puto virum ingeniosum.

P. 200. Cap. LII. sect. 1. verba *iumentis iunctis aut discutit e spica grana* damnat Pontedera vt orta ex annotatione marginali, vbi fuerit *iumentis iunctis vt discutit* (Auctor) *e spica grana* ab initio scriptum.

P. 201. Cap. XLIV. sect. 2. *vindemia diligentis* ex Polit. et 3 aliis Florent. Codd. scribit; indidem et ex Caesen. deinceps *quae ara in carnarium escendat*, aram interpretatus locum eminentem supra terram, qui fit palis in quadratum constitutis et transuersis perticis alligatis, superposita crate storeaue, in qua vua lecta disponitur vt ficcetur et paulum vieta ad solem euadat; postea de carnario suspenditur. Vindob. *in aera in carn. esc.* Idem *diligentis* habet.

Sect. 2. ex Edd. pr. et Codd. lectiones primas reuocat: *eorum* — *si qui reliqui habeat* — *circumciscitum* — *seorsum*, quod est, *seruant*; in quibus *si qui* pro *si quod* est ex duobus Polit. et S. Repar. addo Vindob. *habeat* indidem et ex tertio Laurent. Verbum *circumciscitum* quod est etiam in Vindobon. truncatum vsu censet ex *circumcircum* et *sectum* vel *sictum*.

P. 202. Cap. LV. sect. 3. ex lectione Victorii, quae est in 4 Codd. Florent. et Caesenatē *nec haec non minima causa*, efficit nunc: *Nae haec non minima causa* — *alteris annis non ferre fructus*.

Sect. 4. *biluium*, quod est in Polit. et duobus Flor. ait esse ortum ex *bisuium*; deinde *eligatur* Venetus liber habet Polit. S. Repar. et Caesen. *ledatur* in Pol. 2. *legitur*. Pontedera nunc *legatur* i. e. mittitur, metaphorice dictum probat, vt paulo antea *cedit in villam* ex libris antiquis reuocat, vnde alibi *occidimus* reuocauit.

P. 205. Cap. LVII. sect. 3. legit ex Caesen. Codice in *Apulia quaedam, quae*; deinde *regerare* antiquum comparat cum Italico *regirare*; postea *sublimia* suspectum habet, cum quia fatis significatur verbis *supra terram* esse sublimia, tum ob verba Plinii, haec excerptentis: *alibi contra suspendunt granaria lignea columnis*; Igitur ingeniosa est eius coniectura, *sublicia* olim fuisse h. l. id est sublicis suspensa.

P. 206. sect. 4. renocat antiquum *haereant et demiseris in olla — eaque si — et obteris* (i. e. conculcas terram) *circum ramum, si extrinsecus spiritus adflet.* Aldinum *ut dixi* recte etiam cum Polit. et libris reliquis Florent. omitit; *eaque* pro *eamque* Polit. et liber Laur. cum Crescent. Lou. habent, ubi tamen, ut in Vindob. est: *eaque sic obieceris.*

P. 208. Cap. LXIII. sect. 2. *in pistino* ex Polit. probat pro *pistrino*, unde fuerit dictum *pistillus* et *pistillum.* Ita etiam cap. 69. sect. 1. *pistinum* habet Cod. S. Repar. deinde *pisatur* ex 3 probatissimis Florent. et Ambrosiano allatum praefert vulgato *pinsat.*

P. 209. Cap. LXVI. nunc locum ita constituit: *Oleas albas quas conderis, nisi condideris propter amaritudinem, respuit palatum;* interpretatus: oleas si recentes conditas promas, nisi reposueris ut amaras habeas, palatum respuit. Esse enim in Polit. duobus aliis Flor. et Caesen. *conderis* id est condieris; ibidem est *sic* pro *si* scriptum.

P. 210. Cap. LXIX. sect. 2. reiecto *Stolo*, quod Iucundus inseruit, probat antiquum *detenti*, cui Aldina pessime *retenti* substituit; deinde pro *fecisse* in Polit. libro secundo, ut in Vindob. est *fecit: se;* quod ex sermone turbae abruptum et ad aeditum referendum censebat Pontedera.

## AD LIBRUM II. VARRONIS.

Prooemii sect. 4. *quod nunc intra murum fere omnes patresfamiliae correperunt* ex Columellae Libri I. initio corrigit, inserto *omnes*, cum contra Columella *fere* omiserit; deinde ex eodem fonte verba *frumentum locamus qui nobis aduehat* auget verbis *ad hastam* insertis; quorum vestigium latere ait in lectione Edd. pr. et Codd. ubi est *ac frumentum.* Postea *Itaque in qua terra culturam agri dii docuerunt pastores progeniem suam* ex eodem Columella inserto vocabulo *dii* corrigit Varronis locum. De postrema hac emendatione iam olim dubitauit.

Sect. 5. ita redintegrat: *Coloni ea quae uti nascerentur agricultura factum est, e terra sperat: contra pastoris ea, quae nata ex pecore;* addito tantum e Columellae loco hinc expresso verbo *sperat.*

Sect. 5. recte ex libris scriptis et editis restituit lectionem: *Qui habet praedium, habere utrunque debet, et agriculturam et disciplinam pecoris pascuendi et etiam vilaticae pastionis.*

Cap. I. Initium mancum quomodo sit redintegrandum, coniciebat ex extremis his exordii verbis; *ex sermonibus nostris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum quum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem.* Sermones igitur istos extra Italiam habitos fuisse. Attamen Romae fuisse institutos ista ostendere, quae Cap. V. Q. Lucienus fenator ad Murium: *Tu vero, Muri, veni mi aduocatus; dum asses soluo Palibus; si postea a me repetant, uti testimonium perhibere possis.* Romani enim, inquit, ciues Romae censi erant, et ubi censi, asses soluebant. Item libri extrema: *Et simul Vituli libertus in urbem veniens ex hortis deuertitur ad nos, et ego ad te missus, inquit, ibam domum rogatum, ne diem festum faceres breuiorem et mature venires;* arguunt, Romae fuisse, qui de re pastoritia loquebantur. Igitur verba: *ex sermonibus nostris — in Epiro magnas;* aliter accipienda esse, atque fecerunt hucusque Interpretes. Varronem enim voluisse dicere: se ex sua et aliorum peritia, quam sermonibus istis elicuerit et collegerit, imbutum hunc librum composuisse. Praeterea coniciebat Pontedera, ut differentes de agricultura libro primo in aedem telluris, de villa autem libro tertio in villam publicam in campo Martio conuenerant, ita nunc, qui de pecore loquuntur, ad Palis aedem conuenisse. Proximum quidem fuisse locum, ubi asses soluebantur Palibus; quippe cito reuersum esse Q. Lucienum. Hinc Palilia eo die celebrata fuisse, licere conicere ex mentione festi diei, facta a liberto Laenatis. Ceterum *Palibus* cap. 5. sect. 1. cum Edd. pr. quatuor Codd. Flor. et Caesenate probans Palis sacerdotes aut exactores interpretatur; denique hoc in loco *Laenatem* praefert *Menati*, quo melius *Laenas*, a laena seu lana dictus, conueniat cum reliquis nominibus Vaccii, Murrii, (a mure vel murino colore dicti, ut interpretatur Pontedera) Scrofae, Vituli.

Sect. 4. legit: *Ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam e feris atque agrestibus, id est cum prius essent feriatque agrestes) uti arboribus ac virgultis fructus decerpando, glandem, arbustum, mora, poma colligerent ad usum: sic ex animalibus, (quae utilia videbantur, desumerent) quum propter eandem utilitatem, quae possunt, siluestria deprenderent, ac concluderent et mansuescerent.* Vbi nihil ex ingenio accessit, nisi quod *fructus* additum fuit, cuius reliquias latere in lectione ac decerpando Edd. pr. et quatuor Codd. Florentinorum putat Pontedera. Vulgatum *mansuescere*

*suescere* defendit idem exemplo Lucretii VI. 396. vbi *consuescunt* est pro *consuefaciunt*. In sequentibus *placiditatem* Codex Polit. et S. Repar. mutat in *laciditatem*, quam ex *lacio*, verbo, pro *capio*, *decipio* deriuatam Pontedera nimis cupide defendit, interpretatus, naturam hebetem, quae facile dolis decepta inducitur. Paulo post *corpus vestitum* defendens ad ipsas oues refert; quod mihi propter plures rationes ineptum videtur. De vtilitate enim, quam oues vitae humanae, non sibi ipsae afferunt, loquitur Varro.

Sect. 5. *Medica* ex tribus Codd. voluit restitui, quod ex Polit. et principe Editione Crescentii feceram.

Sect. 7. quod est in Codice Polit. *graece* pro vulgato *Graeci*, eo vtitur Pontedera argumento, totum vocabulum ortum habere ex interpretatione verborum *sua voce*, deinceps locum ita constituit: *ab eadem voce, sed alia litera (vox earum non me sed bee sonare videtur) ouis belare vocem efferentes dicunt, extrita litera, uti in multis.* Quae enim inter *efferentes* et *dicunt* interseruntur a quo post *belare* (in quatuor Codd. Florent. est: *e quo post belare*) declarationem antecedentium habent; igitur subduxit Pontedera.

Sect. 8. recte antiquam lectionem: *quartam teneret capricornus* ex Edd. pr. et quatuor Florent. restitui voluit; deinceps verba *a pecore* recte defendit, contra *a capris* releganda censet, quoniam Varro nihil tale addidit ante Taurum, Canterium et Bosporum.

Sect. 10. *quae essent muri et portae* ex libro Polit. praefert, quia *quae* rectius quam *qui* complectitur muros et portas; deinceps legit: *Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore: a minore Porcius, Quinius, Caprilius: sic a maiore Equitius, Taurius, Asinius. Et cognomina quod dicuntur, uti Anini Caprae, Statili, Tauri, Pomponi Vituli. Asinii* nomen latere censet in lectione Edd. primarum *assignari*, quod post cognomina insertum posteriores Edd. *ad significari* scripserint.

Sect. 11. reiecta Gesneri emendatione legit: *de qua est dicendum, quo Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dicit:* interpretatione abstinuit: Vnde quo prius duxerit, ignorabam.

A verbis *Scrofa*: *Igitur, inquit, est scientia nouum orditur Caput, quod ab historia pastorali recte pastoralis doctrina seiungatur. Ceterum lectionem pecuria — pecuniae pro pecunia — pecuniae* probat etiam idem Pontedera.

Sect. 20. *Tertia res est nutritatu quoad seruari oportet* corrigi ex Edd. pr. et Cod. Polit.

Sect. 25. *Quo pacto enim ferunt* in Codd. 4 Florentinis et Ambrosiano repertum *ferunt* pro *erunt* interpretatur nomen *ferunt* et obtinent.

Sect. 27. ex quatuor Florentinis probat lectionem: *scribere, mula et equa quum conceperint, duodecimo mense parere*; denique *palmulas* mutat in *palmas*, quod fecerat iam Aldina; nam *palmulae* sunt ipsae *caryotae*.

Cap. II. sect. 10. seruata lectione antiqua: *eaeque ibi* corrigi *distinguuntur*.

Sect. 12. *inigere est* Vrsini reicit, et antiquum *interest* cum Beroaldo in *iter est* dissolutum probat.

Cap. IV. sect. 9. lectionem Edd. pr. *pecore et genere* restitui voluit, interpretatione abstinuit.

Sect. 10. *et Graecia* in Codd. reperit Victorius, et *Graeciae* Politianus, vnde *Graeciae* antique dictum pro *Graeciae* suspicatur Pontedera, vt *Galliae mulieres* in Fragmento libri IV. Historiarum Sallustii.

Sect. 13. *appellant*, quod Vrsinus coniecerat, in Codice S. Repar. repertum, probat etiam Pontedera. Sequens *secundum ea* ex scriptura *secundo ea* in Polit. Victorii, S. Repar. et Vindob. reperta deriuatum improbavit Pontedera, qui Codicum scripturam, ita mutatam: *secundo eas* interpretabatur *sequendo eas* nempe matres. Sequentia ita constituit: *lactis: quod dentibus sauciantur. Praeterea scrofa in qua quaeque* et cet. vbi nihil aliud ex ingenio mutauit nisi vulgatum *propterea*. Ceterum in Polit. libro esse *scrofa in* admonet, quod aliter annotatum est a Gesnero.

Sect. 15. Ex lectione Polit. et S. Repar. *quodque condepublicant* Caesen. *quodque dum depublicant*, Vindob. *quodque dum depublicant* probat verbum *depublishant* interpretatus effundere, cum sit *publicare* longe et late spargere. Capite item VII. f. 5. de iuba equina expressum quod est typis *applicata in dexteriolem partem ceruicis*, in Codd. S. Repar. duobus Laurentianis (vt in Vindob. scriptum esse *impublishata* id est diffusa vel sparsa).

Sect. 20. *conuenire discuntur* ex *dicuntur* efficit, interpretatus *docentur*. Quem verbi usum equidem aliunde inuenio.

Cap. V. sect. 5. probat *scriptum habemus* ex Polit. duobus Codd. Florent. Caesen. et Vindob. Interpretationem non addidit, nisi verba: occultare, vel quid item scriptum

in Senatum romanum: Scilicet *Romanum* legit pro *Romam*.

Seçt. 11. *cum hibernat* ex Beroaldi Editione praefert Pontedera; Beroaldus quos auctores habuerit, non dixit.

Cap. VI. seçt. 4. *In partu* ex Codd. S. Reparatae et altero Laurent. corrigit; rectè!

Seçt. 5. *ni est ei* Codex Polit. et duo alii Flor. cum Vindob. quod Pontedera pro *est eius* id est, interest eius, nisi eam ob causam, dictum interpretatur.

Cap. VII. seçt. 1. probat antiquam scripturam: *voluerunt*, et pro *videndum* ait esse in Edd. primis *videamus* in Codd. *videmus*, vt etiam in Vindob. Itaque legit: *praecipunt. Videmus ne sint*; quasi ita illi, qui voluerunt habere equorum greges, praecipiant aliis.

Seçt. 2. *mensibus* ex Cod. Polit. S. Repar. et duobus Laurent. et Vindob. praefert, deinceps *incipiente* seçt. 3. iisdem auctoribus. Postea corrigit: *beinos. Quom canos habeat tum renascenteis ieis, sexto ano impleri: septimo omneis habere solet relatos et completos.* Esse enim in Codd. Polit. S. Repar. Laurentiano *bimas cum canos habeat* in alio Laur. *biuias cum canos habeat*, in Caesen. *bimas cum canos habeat.*

Seçt. 3. *Hoc maioreis quei sunt. — eum equum tum habere* corrigit ex lectione quatuor Florent. et Ambros. (addo Vindob.) Vulgatum *equum* in Codd. (vt in Vindob.) esse ait scriptum *equorum*, vnde *equum tum* effecit.

Seçt. 4. lectionem *vallos* pro *vastos* Codicum Polit. Repar. Laurentiani, Caesen. interpretatur, quasi *valos* dictum fit de proceritate non modica, quemadmodum vulgus in Italia de homine procero et gracili solet *egli è un palo.* Editio princeps et antiqua mea Crescentii *vallas* habent.

Seçt. 5. *e pulio* lectionem Polit. et S. Reparat. defendit, quasi olim *pulus* et *pulius*, vt *pusus* et *pusio* fuerit in vsu loquendi.

Cap. IX. seçt. 1. ex libro Polit. restituit: *Canes enim ita custos est pecoris, et eius* (i. e. praecipue eius) *qui eo comite indiget ad se defendendum.*

Cap. X. seçt. 1. veterem lectionem, quam eos, *qui quotidie in villam, quotidie in fundo redeant*; restituit et *in fundo redeant* interpretatur *e villa in fundum redeant* quotidie.

Seçt. 4. Lectionem Polit. Repar. et tertii Laurent. *aut si in iure cui cessit, potius cedere.* probans dissoluit *pot ius* et inter-

interpretatur: aut si ei in iure cui cessit potuit ius cedere.  
*Pot pro potis, pote sum.*

Sect. 5. *vespertinus in coena, qui sit sub vno magistro communis* ex Polit. et Edd. pr. probat ad cibum referens.

Sect. 7. verba *vt in multis regionibus* plane abiicienda censet vt aliena; prima quidem *vt in* aperte Aldina sunt; reliqua e margine inserta esse autumat. Quid vero si post *Illyrico* ea transferas addito *et*?

Sect. 10. *hominum ac pecoris, et sine medico curari possunt* ex Edd. primis et Codice Pol. Ambros. probat; recte!

Cap. XI. sect. 2. *si usa est*] In Polit. tribus Florent. Caesen. Veneto *fuisse*, in Vaticanis (et Vindob.) *fugisse*. Antea vero in Polit. *ea quae auri dispas eo magis* in tribus aliis Flor. *ea quae a vir. pastueo magis*; in Veneto: *ea quae auridipas eo magis*. in Caesen.: *ea quae a miridipas eos magis*: Vaticanis: *ea quae auridipas eo magis*. Vindob.: *ea que auridi pas eo magis*. Hinc Pontedera coniciebat fuisse olim: *pecude pasta; ad perpurgandum ea quae a viridi pastu, eo magis fuit si ex herbis, quae introsumptae perpurgare solent corpora nostra*.

Sect. 5. Pro *rumis* in Polit. S. Repar. Laurentiano et Veneto est *rumis*, deinceps *ruminare* in Polit. S. Repar. Venet. est etiam, cum Caenas *ruminate* habeat; vnde Pontedera nunc totum locum ita constituit: *Mamae enim unius siue rumis nominatae, uti ante dicebant: a rumi etiam inde suprumei deicuntur agnei*.

Sect. 11. probat lectionem Edd. pr. Polit. et Vindob. *rustum vt ouis e lana — sic caprae pilus administrat ad usum nauticum*: interpretatus: caprae pilus ministrat fructum ad usum nauticum.

## AD LIBRUM TERTIVM.

P. 271. Cap. I. 1. 2. *Quid ni Pinni* ex Polit. laudat Ponted. *Pinnii* 2 Florent. vnde Pontedera corrigit *Q. i Pinni*.

P. 272. sect. 6. *Thebae indicat* ex Edd. pr. probat.

P. 273. sect. 8. *quae et pecuaria nominatur, et multum mines locupletes ob eam rem aut conductos — habent sal-* s; restituit ex Edd. pr. et Codd. *locupletes ob eam* est etiam quatuor Florentinis et Vindob.

P. 274. sect. 3. *vilia quarquam aedificarunt* ex Polit. S. Repar. Codice praefert.

T. IV. P. III.

C

P. 275.

P. 275. sect. 4. l. 1. ex Edd. principibus et Cod. Polit. auctiora haec reddenda sic: *quae illic omnia contra aurum*: monui supra ad 1, 2, 10. p. 137.

Sect. 4. *dilectum* ex Polit. et 3 reliquis Flor. vt Vind. recte probat. Paulo antea lectionem Edd. pr. et quatuor Flor. *contra aurum* recte interpretatur *contrarium* pro *contra* dictum. Exemplum non addidit; sed tale existat in Edd. pr. Varronis 2, 1, 22.

Sect. 5. *omnes omnium vniuersae* restituit ex Edd. pr. Codd. Victor. et quatuor Florent. et paulo antea *extremo vilis* corrigit; deinceps *tam enim oblita* (i. e. ornata) — *signis an mea, vestigium*. In Victoriana est *Ad mea vestigium* vt in duobus Florent. Caesen. et Vindob.

P. 276. sect. 8. *Quod aedificium hinc me L. Merula impulit* ex Edd. pr. et Polit. praefert, interpretatus *hinc*, eam ob causam. Merulam enim, qui interloquitur et praesens in ducitur, esse Cornelium, vt cap. 1. non Lucium, quem ab fetnem laudet Appius.

Sect. 9. *et quid igitur, inquit*. In Pol. Codd. Victor S. Repar. *quo* pro *igitur* est; *sus* in Caesen. *rus* in Laurentiano, vbi sex syllabarum spatium vacuum adest. Vnde Pontedera coniciebat: *et quod aedifici genus est ista veila?* deinceps *Quod ille* Pol. 2 Flor. *Quo* Caesen. quod ex *Quoi* derivans Pontedera, corrigit: *Quoi ile: Num minus veila tua est?* Ita enim pro vulgato *erit* Codd. Pontederae. *Nummius* est in Pol. 2 Flor. et Caesen. *Quo ille numinius* Vindob.

P. 277. sect. 11. l. 3. *dulcior fructus* omisso *est* cum Edd. pr. et Polit. deinceps indidem *nascantur* probat.

l. 5. *si in aluear*: Pol. 2 et 3 Florent. *aluarus* Pol. probante Pontedera, et quod ex Cod. Repar. affert *faciar*.

l. 6. *pluris tua villa illinc natos v. l. vendit, quam hinc apros macellario Seius?* ita h. l. constituit Pontedera; Edd. pr. Pol. et 2 Flor. est *pluris tua villa*, deinde *hinc* est in Pol. et 3 reliquis Florent. quod Pontedera vnice probandum censebat, quoniam Seius non aderat.

Sect. 14. *caeterae venationes* Edd. pr. Polit. *caeterae nationes* S. Repar. vnde *caeteraeue nationis* id est generis caeteri corrigebat Pontedera.

P. 282. Cap. III. sect. 10. l. 2. *Sic nostra aetas quam luxuriam propagavit leporaria*. Ita cum Edd. pr. In Pol. 2 Flor. Caesen. Ambr. recte h. l. constituit Pontedera.

P. 290. Cap. VI. sect. 3. *Hos a procuratore* Edd. *Has* Polit. et 2 Flor. *his* Caesen. Ex sect. 6. Pontedera corrigebat



rigebat: *In singulas*: nam et ibi *singulos* vulgatum mutabat in *singulas*, et repertum in Edd. pr. *exigent* probabat.

P. 291. Cap. VII. sect. 1. *si unquam ex peristerotrophio* Polit. et 2 Florent. sequens *has* omittunt Edd. pr. unde corrigebat Pontedera: *sei unquam de peristerotrophio constituisse, tuas esse putares.*

P. 292. sect. 4. *ut os habeat quomodo introire et exire possit* legit; nam *habeat* cum Victoriana Polit. et 2 Florent. *quomodo* Polit. et 2 Flor.

P. 293. sect. 6. *fetae* Cod. S. Repar. *fere* Venet. Flor. 3. unde *ferae* probat Pontedera, item antiquum in *certum locum ut disclusum*; deinceps *recte habeat* ex Edd. pr. probat; sequentia ita corrigit: *quo transferat ut et quo — matres. Quae faciunt — quod libero aere.* In Edd. pr. Polit. et 2 Flor. est *habeat* pro vulgato *habeant*, in Pol. et 3 reliquis Flor. *transferatur*; deinde *e peristerone* post *foras* inserunt Edd. pr. Florentini Codd. Caesen. Venet. Ambros. *matresque* cum Victoriana Polit. et 3 reliqui Florent. In Codice Crescentii, qui est Florentiae ad D. Iustinae Pontedera reperit scriptum: *ab illo per se ponat* ut est in Louan. Edit. pro *ab alio seponat*. *Feras columbas* Pontedera interpretatur *as*, de quibus sequenti pagina, ubi *agrestes* simul vocantur. *Columellae locum* negat posse cum Varrone comparari, quia *s de feris taceat*. Denique *quod libero* pro *quo* reuocavit ex Edd. pr. Polit. et 3 Flor.

P. 294. l. 3. *Item fere haec* ex Edd. pr. Polit. et S. Repar. probat, verbis *agrestes columbas*, ut ex glossa ortis, *biectis*. Adde locum Galeni de Compos. medic. sec. generalis libro 2. p. 337. ed. Basil. *αίματι περιστερῶς & τῶν κατοιδίων ἀλλὰ τῶν βοσκάδων καλεμένων ὑπό τινων, εἰς τὰς ὑργας, & παρ' ἡμῖν κατασκευάζουσιν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐνιοὶ ταύτας ἀγρίας καλεῶσιν.* ubi vitium haesit, quod tamen *os* nunc non tangit.

Sect. 10. *et candidi fiunt* corrigit ex lectione Polit. et Repar. *candidae fiunt*.

P. 295. l. 1. *eissem* Pol. et 3 Florent. deinceps *emisssem* Edd. pr. Pol. et 3 Florent. probante Pontedera:

l. 3. *an tibe columbari* Polit. et S. Repar. probante Pontedera.

Cap. VIII. sect. 1. *Tum Merula sic* cum Edd. pr. legit Pontedera.

P. 296. Cap. IX. sect. 2. *quas, deinceps uti dicam ru-*  
*habent in villis.* Ita h. l. redintegrabat Pontedera infertis  
C 2  
verbis

verbis *uti dicam* quoniam in tertio Florentino brevis lacuna adest, et ad *deinceps* desideratur aliquid. Deinceps *institue- re vult id est adhib.* Pol. 1 et 3 Florent. *vult ut adhib.* Pol. 2. sed Ponted. ait in Pol. 2. esse *vult ut*; postea *cura capi- ant* omisso *ut* Edd. pr. Pol. et 2 Flor. probante Pontedera, qui hinc corrigit: *instituire volunt, ut adhibita — cura capi- ant*: Denique vulgatum *admittant* absurdum censet, et vetus *adnutriant* restituit; in quo quidem viro docto assenti- tiri non possum.

P. 297. sect. 6. *longitudine* ex Pol. et 2 Flor. probat; deinceps *decem pedes* ex iisdem Codd. postea ex vestigiis le- ctionis *minores quam in altitudine* corrigit: *quam in longitu- dine paulo humiliores.*

P. 299. l. 1—3. Ex quatuor Codd. Florent. *subicias — excudat* praefert. Esse enim haec de vna gallina, et iam praecessisse *cum — coepit.* Deinde iidem libri *gallinacea fouere — tum denique subiicere.* Vnde antiqua forma Pont. restituit: *Sei oua galeineis pauoneina supicias, quom iam de- cem dies fouere coepit, galeinacia tum denique supicere, uti vna excudat.*

P. 301. l. 8 seqq. *non hic* Polit. 3 Flor. et Caesen. de- inceps *incontaminatae* et *incontaminatae* ut Vindob. praeterea vocabulum hoc cum sequentibus: *in ornatibus* copulant. Vnde locum Pont. ita constituit: *Galeinae rusticae sunt in vrbe rarae nec fere mansuetae sine cauia videntur Romae; similes facie non heic veilaticeis galeineis nostris sed Africa- neis. Aspectu ac lacie incontaminatae in ornatibus publicis solent poni cum psittaceis ac meruleis albeis.* Non coloribus fucatas, ut pleraque, quae exponebantur in publicum, sed per se vtpote pulcherrimas fuisse spectatas; contra struthio- camelos, quia indecori sunt, minio pictos munere Circensi exhibet Gordianorum vita. Miniatum Iouem noui; verum struthiocamelos miniatos et alias aues haud scio an monstro- so seculo et genio imperatorum tantum debeamus.

Cap. X. p. 304. l. 6. *ferant* Polit. Vind. deinceps *fe- runtque* Edd. pr. cum Polit. Vnde Pont. coniciebat: *ferat, plerunque heis herbam q. v. f. q. e. a. tacta, etiam quom e. a. f. viridis, folia eius decerpentes dant, ne.*

Cap. XII. p. 307. l. 19. Scripturam antiquam: *sagina- rentur pleraque*; egregie ita concinnauit Pont. *Hos quoque nuper institutum uti sageinarent uti pleraque* scilicet quae in villa et circa villam nutriuntur.

Cap. XVI. p. 312. l. 7. *naturali* est in Polit. Ambros. 3 Flor. vt Vindob. deinde pro *aiuum* Polit. S. Repar. et Vindob. *artium*, Ambros. *arte*. Hoc probat Pontedera. Deinceps *meliturgeo* Polit. 2 Flor. Caesen. Ambr. *melliturgio* Vindob. vnde Ponted. corrigebat Attico more, vt ait, et graece scriptum *μελιτέργεω*. Quid fuerit in mente viro egregio, non potui diuinare. Hoc scio, antiquum *meliturgi* fuisse restituendum.

l. 13. *quodsi* in hoc Edd. pr. Polit. 3 Flor. et Vindob. quod probans Pontedera locum interpretatur: *si in hoc conueniunt etiam graculi*.

P. 313. l. 16. *dicant* non *dicantur*, esse in Polit. et 3 Flor. monet Pont. vnde praecedens *quae* mutat in *quas*. Vindob. *nūe* habet pro *dicantur*.

P. 314. l. 6. *physicam achiscat* etiam Caesenae, Codex S. Repar. *physica machiscat*. Vindob. *physicam achyrscat*; deinde non *cursum* ex Edd. pr. Polit. et 3 Florent. vt Vindob. annotauit probans Pontedera, atque ita interpretatur: *non cursu, vt in Atticis ludis, sed sedens lampadem trado*. Totum locum ita reconcinnauit: *physica, maciscat, quod de fructu nihil deixi, non cursu lampada tibi trado*. Ceterum etiam sect. 20. *maciscunt* malebat Pontedera.

l. 9. *fortassean* scribi debuisse pro *forssan*, recte monuit Pontedera.

P. 315. l. 22. Polit. et 3 Flor. *sed ita uti parum sunt q. e. vt eas conangustent in vasto loco inani* Vindob. *sed ita parum sunt quae com. uti eas coang.* Vnde Ponted. corrigebat: *Sed ita vbe parum sont, quae compleant, uti eas conangustent, ne in vasto despondeant animum*. Verba loco et inani glossam censebat *vasti* ineptam; nam vbi versentur apes, locum inanem dici non posse, parum posse.

P. 316. l. 15. *cum et quidam*. Polit. et 3 Florent. vt Vindob. vnde Ponted. efficiebat: *seditiones ducum. Et, ut quaedam deicunt, tria genera quom sint*.

l. 22. *vocabitur* cum Vindob. Polit. 3 Florent. et Caesen. deinceps *fucus est alter: est lato ventre vespa quae*: Postea: *Hae differunt cum Vindob. Polit. et 3 Florent.* Vnde corrigebat Ponted. *Four, qui vocabitur ab alis fucus, est alter: est lato ventre vespa, quae*.

l. 27. *pascitant* recte ex Polit. 3 Florent. et Ambros. mutat Ponted. in *pastitant*.

P. 317. l. 13. Verba: *quo sunt translatae, manere, itaque fugiunt plerumque*: e glossa irrepfisse censebat Pontedera, ob causam non nimis grauem.

l. 20. *Nec cum* Florent. tertius, pro *escae* Polit. *essae*, Caesen. S. Repar. *esse*, tertius Flor. *esce*; pro *dicantur* est in Victor. Polit. 2 Flor. Caesen. *dicitis*: Vindob. *esse* — *dicitis*. Postea *ut cum* Flor. tertius, *ait* in 3 reliquis; denique *sint* Victor. Vindob. et Codd. Pontederae, qui referri ex quodam auctore censebat haec; sed quaedam a librariis omiſſa esse. Itaque locum ita concinnabat: *Nec quom animaduorterint aut inopiam esse, aut aegras apes (aluum) habuisse, esse transferendas Menecrates (vel quis alius) deicit. Is ait . .*

l. 23. *postas* Polit. dicitur habere, sed Pontedera in 3 Florentinis *pota* in quarto *petas*, in Cod. S. Repar. *vrintepotas*; quartus Flor. *ut* Caenas lacunam habet. Igitur Pontedera, qui apem omnia pura confectari et ab eo, quod male olet, abstinere censebat, in Varrone praefert *cerinte potas* ex Virgilio IV, 62. *et cerinthae ignobile gramen*. Vrinae remedium Columellam et Plinium non ex Varrone, sed ex Hygino descripsisse, quem Columella adeo appellet.

P. 320. l. 17. *adpositae* ex Polit. et 2 Flor. posuit Pont. probans. Vindob. *adposito*. Totum locum ita concinnauit Pontedera: *Vbe confederont, adseront aluom prope easdem inliceis, elitam intus et prope adpositae, fumo leni circumdato, cogont eas entrare. Ex Sillii XI. posuit: Pontoque intrare negares. Quod voluit elitam, in Vindob. elicam firmari posse videatur.*

P. 323. l. 19. Omisso *non* ante *sine* cum 4 Florent. Codd. *suctu* corrigit Pont. intelligens *suctum* de eo quod postea ait Varro *exinanire* rem dominicam. Deinde antiquum *et piscibus* ex quatuor Flor. et Caesen. praefert; quod si enim Neptunus nobilium piscinis et aquam et pisces ministraret, nullum fore sumtum, easque plebeis praestare. Igitur inferto *esca* legi volebat: *seic et escam piscibus ministrat*; scilicet emittiam. At vero ita licebit etiam vulgatum ab Aldo *pisces*, scilicet emittios, defendere.

l. 23. *massippium* Polit. 2 Flor. et Caesen. quod ex graeco *μασσίπιον* deriuat Ponted.

P. 325. l. 10. *ac per tempest. macellum piscinarum ut mare* Codd. Flor. 3. vnde Ponted. corrigebat: *ac per tempestatem macelum pisceinariam, uti mare, opsoniom praeberet; neque euericulo in litus educere posent veiuam sageinam plebeiae coenae piscis.*

l. 17. *frigidam recentem biberent* cum Vindob. duo Codd. Florentini, quorum alter etiam *quam* omisit cum Vindob. vnde locum ita redintegrabat Pontedera: *ne seruos aeger aquam frigidam beibere velet, quam ne recentem beiberent sui pisces.* Ex sequentibus enim apparere, Hortensium maxime residem aquam piscinarum improbasse, non frigidam.

P. 326. l. 6. *aut ardis tanta*; vel vt alii Codd. *aut ardeae* Ponted. deriuat a graeco *ἀρδία* stimulus, eoque vocabulo Graeculum in margine explicare voluisse, quid esset *cura*.

l. 9. in Flor. Codd. variare scripturam inter *obiectulo*, *abitus*, *habaculo*, monet Pontedera, qui inde efficiebat *obiecto spiraculo.* At meam coniecturam *obiecta mole* praefero.

l. 10. *ad proximam nonam* ex Edd. primis restituendum esse, monuit Pontedera in Postumis supra ad l. c. 37. f. l. p. 185.

l. 12. *et cum lata — aedilis se in villam — occidimus* mecum ex Codd. Florentinis probauit Pontedera, monens, candidatum, designatum aedilem, nouam vestem, tunicam latam i. e. laticlauiam, superinduxisse candidae. Ceterum *et cum lata eccum* legit Pontedera.

l. 17. *haec quae* ex 3 Florent. annotauit Ponted. qui inde corripbat *sermonum*, vt initio libri 3. *recordatus de eorum sermones, quos de veila perfecta habuissimus.*

## AD C O L U M E L L A M.

De Codicibus scriptis Columellae, ab Angelo Politiano comparatis, posui eiusdem annotationem ad extremum Columellam p. 662. vbi alter liber Nicolai Nicoli manu descriptus ex vetusto Codice dicitur. Eiusdem meminit cum laude vir doctus in Elogio Codicis manuscripti Medicei Celsi apud Cochium Chirur. vet. p. 52. vbi est: *Exaratus manu Nicolai Nicoli viri diligentis et eruditi, qui abundauit copia antiquorum exemplariorum, cuius scripturae Angelus Politianus magnam fidem habere solitus erat; itaque eius testimonium saepe citat.*

Libri I. Praefatio sect. 2. p. 25.] *neque fas est.* Ita praeter Bruschi, Commelin. et Gesnerianam, Edd. pr. Codd. Polit. alter Florent. Ambros. Tromb. et Pontederac.

P. 27. sect. 9. *somnumque* Ponted. Tromb. *augurantes* iidem cum libro Pontederac, qui scripturas has praefert.

P. 28. sect. 12. verba: *qui vectigalis esse non possit* defendit si ex Goef. (et Sang.) *quia* deinceps ex Edd. pr. Goef. Tromb. Ponted. *posset* reponas. Tempus tamen mihi incommodum visum est.

Sect. 13. *pu'denda ingenuis aut inhonesta sit*. Polit. Tromb. Caesen. Ponted. *vereor ne quibusdam flagitiosis quodam modo nostrae susceptio pudenda ingenuis aut inhonesta sit putata*.

P. 30. sect. 18. pro *nonis* cum L. Polit. Tromb. et liber Pontederæ, qui recte eam scripturam praefert.

Sect. 19. *hosticis — vastatae* recte praefert Pontedera.

P. 31. sect. 20. *praeceptoque* ex suo Cod. Pontedera, qui ex Iunta nullo — *praeceptone* cum Goef. Lips. Tromb. probat.

Sect. 21. *subtilitatem dispicio* ex Edd. pr. Tromb. Ambros. et suo probat Pontedera; nulla addita interpretatione.

P. 32. sect. 25. *rationem* ex Tromb. et suo, *dispiceret* ex Polit. Tromb. et suo probat Ponted.

Sect. 26. *aliud post equinum* omittunt Edd. pr. omnes, Polit. Tromb. Ambr. Ponted.

P. 33. sect. 29. *sperauerimus* ex Edd. pr. Polit. et suo restituit Pontedera. *speraueramus* Ambros.

P. 34. sect. 30. *Caluo*. ex Polit. Ambr. praefert Pontedera *Catulo*, quem in suo Codice etiam nominatum legit.

Sect. 32. *non ante fuerit consecutus* omittunt Edd. pr. omnes ante Aldum, Polit. Tromb. Ponted.

P. 36. Cap. I. sect. 5. *situm* ex Polit. Ambr. Tromb. praefert, *statum* in suo reperit Pontedera.

Sect. 6. *Poeni ex Africa cultores* Cod. Pontederæ, qui *ex Africa* omittit cum Tromb. et Caesen. Codice.

*Quaecunque sunt autem quae propter disciplina ruris nostrorum temporum cum priscis discrepat*: hanc Ienf. et Bruschi. lectionem mutato extremo verbo in *discrepat* vnice amplectitur Pontedera, ut Vrsinus. Recte! *disciplinam* Beroldi liber, sed recte *discrepat*. Vulgatum est a Iunta.

P. 40. Cap. II. sect. 3. *cultis* omissum ab Edd. pr. Polit. Tromb. et suo Pontedera damnat. Mihi non displicet, quamvis nunc de auctoritate Sang. libri dubitem.

P. 41. sect. 4. l. 1. *positione* ex Edd. pr. Cod. Ambr. Tromb. Caes. probans *simillime* etiam ex Goef. praefert, quod mihi in *simillima* mutandum videtur.

Cap. III. sect. 2. *nec rursus pestilenti, qui quamvis feracissimo aruo* (hoc etiam in Tromb.) *dominum ad fructus peruenire*

*peruenire non finit* ex suo Codice probat Pontedera. Mihi tamen displicet *qui ad soli* relatum; deinde *finat* latinitas postulare videtur.

P. 42. sect. 4. *nec non esse* (i. e. referre) *etiam paruo vehi, si conductis iumentis iter facias, quod nihil magis expedit, quam tueri propria* corrigit Pontedera transpositis nihil; quem sequar. Alias verba *quam tueri propria* sensu commodo carent.

P. 45. l. 2. *unicuique voluntas facultasque* erat ex Edd. pr. Lips. Sang. Ambr. Tromb. Ponted. restituendum cum Pontedera.

P. 47. sect. 8. *neue fructus villam* ex Edd. pr. Polit. et suo reuocat Pontedera; recte! Primus vulgatam ex Columella Catoni Cap. 3. intulit Iucundus. Plinius 18. sect. 6. iisdem fere verbis: *modus hic probatur, ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum: non ut fecerunt L. Lucullus et Q. Scaeuola, cum villa Scaeuolae fundus careret, villa Luculli agro, vbi tamen Chifflet. Codex villa Scaeuolae fructus non caperet, villam Luculli ager.* Egregie. Nam vulgatum ineptum et falsum est. Villa non caruit Scaeuolae fundus, sed villa fructus non cepit.

P. 48. Cap. V. sect. 2. *deficiet — pecoribus struantur. Quae tamen — accomodatissima. Sed ea sic.* ex Edd. pr. restituit Pontedera. Mihi locus nondum perfanatus esse videtur.

P. 51. Cap. VI. sect. 3. *plurimis idque*] Victorius dedit *pl. sicque id.* Tromb. Codex *plurimis et iis.* Caesen. *plurimisque sit: et id* Ponted. *ergastulum plurimis sit, et id.* Trombelliani libri lectionem praefert Pontedera.

P. 52. sect. 5. *qui post quisque additum vulgo* cum Edd. pr. et Codd. damnat etiam Pontedera.

P. 54. sect. 13. l. 1. *quoniam* ex Ambr. Tromb. deinceps *in his* ex Ambr. Polit. probat etiam Pontedera, qui ex suo libro *egerint* annotauit.

Sect. 15. *sit in* cum Polit. et suo Codice damnat, deinde scripturam Edd. pr. *possit — seruare* defendit Pontedera, referens ad *id genus horrei.* Mihi vero non recte in eo horrei vel granarii genere, etsi subterraneo, grana seu frumenta *defossa* dici videntur; quod verbum melius *sisis* conuenit.

P. 55. sect. 18. *ac frigoribus magnis conficitur. Oleum — fraceffet* Edd. pr. Polit. Caesen. Ambros. unde Pontedera corrigit: *magnis conficitur oleum; quod minus —*

*congelatur et frageffet.* Deinceps *sed* ante *ut calore* cum Polit. suo Codice, et Edd. pr. omitti voluit.

P. 56. sect. 20. *amoveantur* ex Polit. Ambros. et suo probat, deinceps *suffumatione* ex Polit. Ambr. Tromb. recte reuocat; in suo *suffocatione* scriptum legit.

Sect. 21. *et extructum, pauimentumque sola habeant* legit Pontedera, *extructum* parietes circumpositos interpretatus, ut *sterculinii* sola et *extructum* et *pauimentum* habeant.

P. 57. sect. 23. *in silice constrata* ex Polit. Tromb. et suo praefert Pontedera.

P. 60. Cap. VIII. sect. 4. *fraudis* cum suo libro in *fraudes* mutatum defendit, interpretatus: timet, ne *fraudes* detegantur.

P. 69. Cap. I. sect. 4. *nimiae corporis exercitationi aut oneris alicuius ponderi* correxit etiam Pontedera, vti *feci* confusus libro Sang.

P. 72. Cap. II. sect. 9. *earum (fossarum) duo genera — caecarum et patentium*] Itali folias coecas *fogne*, transuersas autem et apertas *patentioresque chiusivole* dicunt, de quibus Italus *Bramieri* in Actorum Mediol. Vol. III. P. II. p. 111.

P. 78. Cap. III. sect. 2. *satis est autem iugo vini sextarios praebere* Cod. Trombell. *iuguli pro singulis* Codex Pontederæ, qui *singulos vini* ex Edd. pr. praefert. Obiter annotabo locum Homeri Iliad. 18, 544. de aratoribus: *ὅς δ' ὅποτε στρέψαντες, ἰκοίαιτο τέλσον ἀρέρης τοῖσιδ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἶνος δόσκειν ἀνὴρ ἐπιών. τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμυς ἰέμενοι νεοῖο βαθείης τέλσον ἰκέσθαι* vbi inter arandum bobus vini poculum porrigitur.

P. 83. Cap. VI. sect. 3. ex suo Codice corrigit: *can-didioris et nitidi coloris.*

P. 85. Cap. VIII. sect. 4. *siccio solo* ex Polit. Tromb. et suo praefert Ponted.

P. 86. l. 1. *impluerit* est etiam in Ambr. Tromb. *impluerit* in libro Pontederæ deinceps *sataridu* Polit. *sata vidu* Caesen. *sata consumi.* Aest: liber Pontederæ, qui verum ex ista varietate eruere non potuit.

P. 88. sect. 8. extrema: *calentibus* nostrum in Codd. Polit. Ambr. et Caesenate repertum mutat in *caluentibus* Pontedera.

P. 93. Cap. X. sect. 4. *vetereto* Trombell. *veterato* liber Ponted.



P. 94. sect. 7. *istam spicam* etiam Polit. Tromb. Ponted. Ex loco Palladii, qui hinc calamos retulit, Pontedera *stirpem* vel *paleam* h. l. olim fuisse suspicabatur.

Sect. 9. *maturae* nullibi reperit, sed *trimestris* in Vatic. Pol. Tromb. et suo Pontedera.

Sect. 10. *lunae* addit cum Goef. Sang. Ambros. sed magis probo scripturam Tromb. et Ponted. libri; *quarta decima luna utique adhuc crescente lumine.*

P. 95. sect. 14. *reiectae* ex Edd. pr. Polit. Tromb. et suo probat Pontedera.

P. 99. sect. 25. *quod semel feritur X annis: omnibus deinde recte quater interdum etiam sexies demetitur;* egregie ita Edd. pr. Polit. Ambr. Tromb. Caesen. et sui scripturam distinxit et probavit Pontedera.

P. 106. Cap. XII. sect. 1. *Si seminis* etiam in Caesen. Tromb. et suo reperit Pontedera, qui in *sesami* Edd. pr. latere censet *adorei*.

P. 111. Cap. XIV. sect. 5. *cineris vis* ex Tromb. praefert Pontedera.

P. 113. sect. 8. 1. 3. *denas vehes stercoris* monet Pontedera in *binas* mutandas esse. Sed locum Plinii a me positum p. 111. non viderat, ubi Pintianus pro *denario* malebat *die triceno* scribi.

P. 116. Cap. XVII. sect. 1. *alias ante hiemem alias ante autumnum* ex suo Codice restituit Pontedera: alterum *alias* est etiam in Edd. pr. Tromb. Polit. deinceps *alias si euellamus* Tromb. *alias si vellamus* cum Lips. Ponted. vnde vir doctus coniicit: *alias diuellamus.*

P. 117. sect. 4. *quem pratum* ex Edd. pr. et suo Codice, deinceps *subactumque protinus per* ex Polit. Ambr. probat Pontedera. De posteriore scriptura assentior; ager enim *saepius subactus* fegeti melius quam prato conuenit.

P. 118. sect. 5. *inducere et recidere, rigare deinde, si fuerit facultas aquae* ex vestigiis Edd. pr. et Polit. recte corrigit Pontedera, monens, mentionem foeni religandi et exportandi esse alienam.

P. 119. Cap. XVIII. sect. 1. *alterum si nimium retinuit* ex Edd. pr. Polit. Tromb. et suo Codice probat Pontedera. De Edd. pr. lectione antea dubitabam propter Gesneri annotationem in varietate.

P. 120. Cap. XIX. sect. 2. *pratis obiacente F. partem* Edd. pr. Caesen. Ponted. *pratis obiacentem Fauonio p.* Ipse Pontedera *prati adiacentem Fauonio partem* ex Goef. probat.

P. 121. l. 1. *iniecta* ex Polit. etiam affert Ponted. deinceps *frumentis pro trituris* ex Polit. Caesen. Tromb. et suo praefert. recte! Nam impressis solo leguminibus, solum solidatum frumentis exterendis poste sit commodum.

P. 127. Libri III. Cap. I. sect. 5. *galli* Lips. Ponted. *gali* Polit. Tromb. deinceps *vinaceis* Polit. et Pontederæ liber, quam scripturam ille interpretatur: *acini frequentis vinaceis*.

Sect. 7. *aliarum* ex Polit. Caesen. et suo probat etiam Ponted. postea *vuae vel acina* ex Polit. et suo Codice (vt Sang.) annotat, denique sect. 10. (p. 128.) *caelum niuale* ex Polit. et suo libro confirmat.

P. 138. Cap. III. sect. 3. *his certe temporibus Nomentana* mecum restituit; copulam *et* omittente Codice Ponted. Caesen. et Trombell.

P. 145. Cap. VI. sect. 3. *ne acinis* Polit. et Ponted. deinceps *praecoquis* Polit. Tromb. Ponted. quas scripturas recte Pontedera praefert Aldinis.

P. 146. Cap. VII. sect. 2. extrema *naturali* ex Polit. et suo Codice probat Pontedera.

P. 147. Cap. VIII. sect. 2. *M. Tullius* omittit etiam Polit. Tromb. Ponted.

P. 151. Cap. X. l. 5. *crediderunt* Edd. pr. Polit. Pont.

P. 152. sect. 3. *qua transcurrit* etiam Polit. Ponted. *quas* Goef. Ambros. quod vt *ad se* sequens probat Pontedera.

Sect. 5. extrema *quod vuas* ex Edd. pr. Polit. Ambr. et suo restituit Pontedera; numerum enim vuarum non referre.

P. 161. Cap. XII. sect. 1. *euocantur: humorem* Tromb. vnde nostram lectionem amplectitur Pontedera.

P. 162. sect. 3. *vinci, leuem vix*] Ex Ambr. *vinci* probavit etiam Pontedera.

P. 163. Cap. XIII. sect. 2. *Scrobibus — ponuntur*] Haec verba in Trombell. omittuntur. *Quibus autem mos* deinceps Edd. pr. Polit. Caesen. Ponted.

P. 164. sect. 6. *Ac primum vt omnem siue arbusum siue siluestrem locum vineis destinauerimus* etiam Polit. Ambr. *Ac primum siue arbusum* et cet. Tromb. *ac primum vt arbusum siue siluestrem locum* Ponted. liber. Vtram lectionem sequeretur, dubius haerebat Pontedera.

P. 169. Cap. XV. sect. 5. *in scrobe admouere* plane est in Tromb. sequentia ex Edd. pr. ita constituit: *hoc per hiemem*

*hiemem frigentem in humum scrobibus inferre calorem tempestiuitate.*

*cui vitis]* *Vetus ciuitatis, vel vt habet Pontedera viuitatis ipse ex vero cui viuiradix ortum suspicatur.*

P. 170. Cap. XVI. l. 4. *Et ingesta humu scrobibus completus* (hoc etiam in Caesen.) *coaequato deinceps pastinatio Polit. et ingesta humo scrobibus completis coaequetur. Deinceps pastinatur Tromb. et ingesta humo scrobibus completis coaequata deinceps pastinatio; liber Pontederae, qui hinc malebat: et ingesta humo scrobibus, completur. Coaequato deinceps pastinato.*

P. 171. Cap. XVII. sect. 3. *Sagittae sterilitatem contra Columellam negat Scriptor Italus in Dissert. de Cultu vinearum inserta Actis Academiae Mediolan. Vol. III. Part. II. p. 90. Don Giulio Bramieri, cuius verba huc apponam: Probabilmente la commune riprovazione della porzion alta del magliuolo ha indotti alcuni scrittori ad asserire e molti coltivatori a credere anche oggi giorno, che gli occhi del fermento oltre all' ottauo o al più al decimo siano sterili. Tutti sono in grave errore. Per costante non interrotta pratica in un distretto del Ducato di Piacenza (il distretto di Villò nella Valle di Nura) si danno alla vite in sul potare i tralci in tutta la naturale lunghezza. Sebbene ivi sia di colle e mal fertile il suolo, vi fruttan essi abbondantemente sino alla estremità, e così oltrepassa quel numero di gemme. Ma debole e fiacca ne vien su quella la messa de' nuovi fermenti. Il commune successo di questo inveterato costume deve persuaderè ai vignajuoli, che nè sterile è il tralcio oltre quegli occhi, nè, fuorché pel tratto della robusta sua porzione, atto a crescere in novella vite.*

*Ibid. Sed hanc positionem (malleoli) damnauit usus. In annotationibus ad h. l. pag. 178. dixi, Sprengerum nostrum contra Columellam multa disputasse. Addo nunc Italum Comitem Pietro de' Caronelli di Conegliani, cuius Disputatio de cultu vinearum italico sermone scripta exstat in Atti della Società patriotica di Milano Volum. III. Part. II. p. 10 sqq. Is non solum experimentis, sed etiam argumentis doctrinae physicae pugnauit contra Columellam, et non solum arborum plantas, in quibus experimenta instituit Gallus Du Hamel, sed etiam vitium malleolos cum parte veteris sarmenti depositos plures radices et celerius nodo seu commissura emittere et melius conualescere, quam plantas non integro nodo seu commissura positas.*

In arboribus appellantur illae plantae cum *perna* aut *calce*. Quod vero malleolum cum parte veteris farimenti improbarunt Atticus et Celsus, in causa fuisse brevitatem arguit Comes, qui generatim malleolo trium pedum longitudinem definit, quo plures gemmae in humum immitti et radices agere possint.

P. 172. Cap. XVIII. sect. 2. extrema: *perfracta* Codicis sui praefert Pontedera, equidem *prae fracta* malim. Quod enim dedi, *prae fractam*, peius est.

P. 173. sect. 5. *apertae medulla* scilicet radices ex Edd. pr. praefert Pontedera.

P. 175. Cap. XX. sect. 1. *sive siccus est, id contristatur: seu pluvius quod siccitatibus gaudet* cum Edd. pr. Polit. *sive siccus est, viuo quod contristatur* etc. Tromb. *sive siccus est id quod contristatur, seu pluvius id quod siccitatibus gaudet* in suo legit Pontedera, qui mauult: *sive siccus est, sicco* (vel *siccitate*) *quod contristatur*.

P. 176. sect. 2. l. 1. 2. *cui diuersarum — fuerint*. haec verba recte vt Aldina cum Edd. pr. Polit. Tromb. et suo Codice damnat Pontedera.

Sect. 3. *tertia vel quarta quodque* omisso *notae* Edd. pr. Polit. Caesen. Tromb. Ponted. Pro *quodque* Polit. *quae*, Tromb. Caesen. *que*, omittit Pontederae liber, vnde *qualitatis* latere in ea lectione suspicatur Pontedera.

*velut athletarum quodam — tetradio*] Ex lectione Caesen. *velut lyrarum quodam — tetracleo* Pontedera coniciebat: *velut lyrarum quodam — tetrachordo*.

Sect. 4. *potuerim — hoc obtinere* ex Codice suo, hoc ex eodem, Polit. Caesen. Tromb. affirmat Pontedera, deinceps *aut ante me* ex iisdem 4 libris; postea *probauit* omisso *quam* restituit ex Edd. pr. Polit. et suo libro.

Ibidem: *seminibus, et in discernendis maxima plerumque felicitate et prudentia est opus*: liber Pontederae. in quo omittit etiam Polit. et *et in nihil discernendis* habet, vnde Pontedera corrigit: *seminibus, et in his discernendis maxima plerumque felicitate et prudentia opus est*.

P. 177. Cap. XXI. sect. 1. *vineae ita separatae furculorum cuiusque generis per singulos hortos* Tromb. *vt separatos furculos cuiusque generis per singulos hortos inseramus* ex suo libro probat Pontedera. Polit. Codex cum Edd. pr. facit. Ita non opus erit Vrsini correctione, quam interim posui in Editione mea!

P. 178. sect. 3. *damnato confitum* ex Edd. pr. Tromb. et suo libro *opimis* — *paribus* restituit, deinceps ex Trombell. lectione *arcellatae* efficit *arcellacae* Pontedera. Postea varietates Codd. *vallisse*, *valliscenae*, *baliscaevae* affert, et lectionem Edd. pr. *illinc arcela cursum* — *valisceve conuertant* egregie mutatam in *visus* — *conuertant* tuetur; denique *patre nobiscum* ex Trombell. addit.

P. 180. sect. 9. *nam ut quae quirescere* Polit. *nam ut quaeque virescere* Tromb. *nam ut quaeque maturescere* Ponted. liber; vnde vir doctissimus *nam ut quaeque mitescere incipiunt* corrigebat.

P. 183. Libri IV. Cap. I. sect. 3. *deprimantur scrobis* Edd. pr. Polit. Ambr. Ponted. *scrobes* Tromb. quam scripturam probat Pontedera, qui deinceps ex Edd. pr. lectione efficit: *nam semper in plano refusus ex egesta humo tumidior est*. Egregia emendatione! denique *praealtum sibi* ex Ambros. et *subiacere* ex Edd. pr. recte probat.

P. 184. sect. 6. *Caeterum illa parum prudenter* — *praecipua esse* mecum coniicit Pontedera ex scriptura Edd. pr. Polit. Caesen. Tromb. et sui libri.

P. 188. Cap. V. sect. 3. *Sic enim optimi* Edd. pr. Polit. lacuna est in Tromb. *motum* Lips. et liber Pontederae, qui *optime* praefert, ac postea ex Lips. et Ambros. *si mollis simul ac tenera*.

P. 189. Cap. VI. l. 1. *eligantur* — *reiiciantur* ex Codice suo corrigit Pontedera.

P. 189. Cap. VI. sect. 2. *deteriores* cum Codd. pr. Polit. Tromb. et suo Codice recte damnat Pontedera.

P. 190. Cap. VII. sect. 2. *etiam latius inarescit* ex Edd. pr. lectione efficit Pontedera.

P. 192. Cap. VIII. sect. 2. verba: *ex pluuiis* vt superflua damnat cum Edd. pr.

P. 193. Cap. IX. sect. 2. Edd. pr. scripturam: *interdum potius* egregie in *tergum*, id est in posteriorem partem, interpretatur Pontedera. Denique extremum *frondescere* recte damnat et antiquum Edd. pr. Ambr. et sui Codicis *crefcere* restituit. Ante enim quam frondescat, gemina crescit.

Cap. X. sect. 2. *nec robur accipiant* Polit. Tromb. *ne robur accipiant* liber Pontederae, qui hinc *donec robur acc.* coniicit.

P. 194. l. 3. *verna* etiam ex Tromb. et suo probat.

P. 195. Cap. XII. sect. 1. *de veteribus hastilia* Caesen. *de vepribus hastilia* ex Tromb. probat Pontedera, qui ex lectione Polit. *vituliciis* efficiebat *viticulis*, quod ipsum ex Sang. dedi. Postea *in vnam partem* mecum ex Edd. pr. Polit. et suo libro restituit Pontedera.

P. 197. Cap. XIII. sect. 1. *ut sit quem* etiam ex Tromb. et suo probat Pontedera omisso sequenti *se*. Deinceps *prolixius* interpretatur admodum large, copiose, cumulate, de vitio nihil suspicatus. Idem extremum *comminuat* mecum ex Edd. pr. Polit. Ambr. et suo restituit, et *minutim* cum Polit. Tromb. et suo Codice in *minute* mutat.

P. 201. Cap. XVII. sect. 5 et 6. *vineae iugum quadratum, quadripluviatum, in stellam decussatum* de vno eodemque modo dici, monui ad Varronem p. 276. et ad Colum. p. 212. Illustrius Comes *de' Caronelli* comparat Mediolanensium modum *à banchetta* dictum, quem ita describit p. 31. *consiste nel piantare un filare d' alberi verdi al piede di ciaschedun de' quali stà piantata una vite. Da una parte et dall' altra di questi alberi si piantano due file di pali morti, e i capi della vite dall' albero vivente si stendono ai pali laterali; e così pare da un palo all' altro della medesima fila e formano una specie di pergolato. I capi della vite si dipartono dall' albero vivente all' altezza di mezzo uomo, sicché formano un declivio come il tetto di una casa, con questa differenza, che la parte più elevata qui è ai lati, e la minor altezza sta nel mezzo al' albero vivente.*

P. 202. Cap. XVIII. sect. 8. *ut prorepentes undique pampini iungantur et condensati camerae more terram sitientem obumbrent.* Hoc genus iugi simile esse arbuſto Mediolanensi, vbi vitis asſerta arbori viuae et ad hominis ſtaturam aſcendens diſtenditur humeris ſuis ad palos, arbori in circum circumpoſitos quaſi diradiatur, palmitibus a palo in palum coniugatis, ita, vt contextus duramentorum et palmitum ſpeciem fiſcellae exhibeat, vnde hic modus vineae a *gabbio* lo dicitur, monet Comes *de' Caronelli* de Cultu Vinear. pag. 30.

P. 205. Cap. XXI. ſect. 1. *inſtitui dicere* ex Edd. pr. Polit. et ſuo probat, et ex Tromb. *inſtituimus dicere* annotat Pontedera.

P. 206. ſect. 3. *aſſidue (modo — ſubmittere,) amputanda* ex Polit. Tromb. et ſuo cum Goef. et Lipſ. legit, et paulo antea vocabulum *pleniora* ſuſpectum habet; *remotiora a trunco* locum et naturam vitis poſtulare.

P. 209. sect. 8. verba *Loci porro — nuda glarea ita* constituit, prout ego item eum ex Edd. pr. et Codd. exscripsi, nisi quod *terrae falsae vel amarae; diligo; praeceps* et cet. probavit. In Palladii loco, hinc expresso l. cap. 5. sect. 1. *solida* mecum mutat in *foli auersa*.

P. 212. Cap. XXIV. sect. 5. *nisi si iugum super secta — renouari* ex Edd. pr. Polit. et suo probat; aut *super euedta* quod in Lips. esse suspicatur Pontedera, quia sequente versu *secta* habet is Codex.

Sect. 7. *coalescunt* ex Polit. Ambr. Tromb. et *obduxerunt* ex Polit. probat mecum Pontedera.

P. 213. sect. 10. *Videtur etiam focaneus* cum Edd. pr. Polit. et suo praefert Pontedera, supplens: duramenti vires exhaurire. Sane in sequentibus sunt, quae verbum *vocatur* damnent, sed *videtur* incommodam habet interpretationem.

P. 218. Cap. XXVI. sect. 1. *olea oleam gotum* Polit. *oleragotum* Tromb. *oleangotum* Caesen. *olea getus* liber Pontederæ, qui hinc locum redintegrat: *nam est praecipua cuneis fissa olea iugo. Tum quercus* etc. In qua emendatione probauerim praecipue illud, quod ita secundus locus apparet; contra improbo, quod *iugum* immiscetur, vbi de pedamine, ridica et palo sermo est. De iugo demum sect. 2. incipit tradere. Si *oleago* alibi exstaret, (vnde tamen *oleaginus* et *oleagineus* deriuantur) probarem Sangerm. libri *oleago: tum quercus*.

P. 219. Cap. XXV. sect. 1. *dedolandae*] in suo libro *dimouendae* reperit Pontederam; deinceps *ceritatem* cum Polit. liber Pontederæ.

P. 225. Cap. XXIX. sect. 7. *inseritur vitis vel recisa vel integra perforata terebra.* Hic modus Italis *a succhiello*, Lombardis *trivella*, ille Italis *a spaccatura* et *a fesso*, Lombardis *a mignolo* vocatur, teste Comite de' Caronelli de Cultura Vinearum p. 70.

P. 225. sect. 8. *non absimilis: est purgamentum habens ad fissuram* Polit. Tromb. Sang. *absimilis purgamentum habens ad fissuram* Ambr. *absimilis sit coagmentum habens ad fissuram*. Caesen. *absimilis sit purgamentum habens ad fissuram* in suo Pontedera legit, qui Caesen. scripturam probat.

P. 226. sect. 11. l. extrema *submittitur in propagines dumus.* corrigi Pontedera, vt antea fecerat. Sequentia ex Codice suo scribit: *Vinitor manum deinde maturis palmitibus admouet.*

P. 227. sect. 13. *Illa sic per terebrationem: primum (est intellige) ex vicino — considerare* Polit. Tromb. proba Pontedera.

Sect. 14. *circumlimitur ut refectae vitis ulceratus surculus seruiat* Pontederae Codex, vnde in antecedentibus *artatur* malebat, quod est etiam in Polit.; deinceps corrigit *circumlimitur, refecta vite, ut alieni generis viti ulceratus (e. refectus) trunculus seruiat.*

P. 228. sect. 15. l. 5. *deusta (deniveta* Polit. *de vine* liber Ponted.) *porro cum priore (prore* Polit. *cum reconuale* Ponted.) *conualescebat: nec (et* Polit. Tromb. Ponted.) *insitus surculus comprehendebat. Tuni etiam* Edd. pr. et Codd. vnde Pontedera corrigit: *deusta porro cum perraro conualescebat, et infertilis surculus comprehendebat, tum etiam scobis nunquam sic eximebatur.*

P. 232. Cap. XXXII. sect. 4. *stipationem* Codd. et Edd. pr. Pontedera in *restipationem* mutabat.

P. 233. Cap. XXXIII. sect. 1. *neque in palum etiam* ex suo Codice firmat Pontedera.

P. 247. Libri V. Cap. V. sect. 2. *Si ante annum — conferatur.* Haec spuria et ex superioribus repetita, igitur hinc iterum eliminanda censet Pontedera, deinceps cum Edd. pr. *scrobibus — defossis tripedaneis* legens.

P. 249. sect. 6. *ubi vero iam se corroborauerint* et Tromb. recte corrigit Pontedera.

P. 255. sect. 6. *in sole diebus iacuerit* Polit. *et in compluribus insolita lacuerit* Tromb. *infita latuerit* Pontedera liber, qui hinc corrigit: *et compluribus diebus in sole ita iacuerit.*

Sect. 7. *ipsa semina proculcata noxam capient.* Ita plane Cod. Trombelli et Pontederae.

Sect. 8. *conspergi seminis* Caesen. Ponted. *seminisque rigari* Tromb. *saerminus* Polit. vnde *conspergi, sed minusquam rigari debent* corrigit Pontedera.

P. 257. sect. 14. *prouenerint leuissimae virgae* cum Edd. pr. Caesen. Tromb. Ponted. *eiussimae* Polit.

P. 258. l. 3. *maturius* antiquum, interpretatus *intempesstine* ex Polit. et suo Codice affirmat.

Sect. 16. *inferiore — sint. eademque* mecum proba Pontedera, verum ingenio partim afflicutus.

Sect. 17. *vetustate fuerit adepta* Polit. Caesen. vnde *vetustate adesa* egregie corrigit Pontedera, deinceps *prop terram,* comparato Plinii 17. cap. 27. loco, postea *deturque exitu.*



*exitus humori.* Caesenas habet: *que exitus humori.* Polit. Tromb. *quae exitus.* Ponted. liber *ut exitus fiat humori.*

P. 259. sect. 18: *nam non suffiret* Edd. pr. Polit. Tromb. Lips. *non sufferet* Ponted. liber. deinceps *vetustam* Edd. pr. Ponted. liber; *vetustem* Tromb. vnde Pontedera coniciebat: *naritaueris, onusta noxam sufferet: si in vetustate vitem: denique ita subpares* Polit. *itaque et pares* liber Pontederae.

P. 260. sect. 22: *ut* (coles intellige) *a plexura materias profundant* legit Pontedera; *profundant* ex Polit. et suo confirmans.

Sect. 20. locum ita sanat: *apprehenderint proximitate, disponetur omnibus annis aliquis et in superius:* Vitium igitur comparato Palladio etiam animaduertit, et aequè bene sanauit, quamuis correctione paulo diuersa mea.

P. 261. sect. 25. *Torum inum non oportet quoniam* — alterdum tamen confirmat etiam, non ex suo, tamen ex Polit. Tromb. et suo Codice Pontedera.

Sect. 26. *quoniam ultimus palmes plurimum fructum producit nimiumque vitem* — *attenuat* corrigit Pontedera, quoniam in suo Codice scriptum legit: *fructum proximum* omisso *affert*, cuius in loco olim fuisse censet *producit*, vnde vitiatum *proximus* ortum habuit. Quae sententia mihi quidem maxime nunc placet propter locum nostri IV. p. 24. sect. 11. quem comparauit Pontedera.

P. 263. sect. 35. *Alterum et genus* Polit. est omnino mittit liber Pontederae, qui corrigit: *Alterum genus palmaris, quod e nouello nascitur et in duro alligatum dependet.*

Ibidem: *utraque (materia) deciditur* ex Polit. Tromb. suo probat Pontedera omisso *materia*, verba *ex vno capitè* interpretatus *ex duro.* de quo sect. 29. *alterum quod e duro prouenit, quod quia primo anno plerumque frondem sine folio affert, pampinarium vocant.* Denique *materia* putat un esse ex *matri* nota perscripto. Materiam enim semper in fructum submitti. Mihi sententiam suam vir doctus idum approbavit. Primum enim apparet, Columellam nouum varietatem exsequi; deinde *submitti* dicuntur a vineis, quae non deciduntur, sed in fructum, qui inde sperantur, relinquuntur. Quam inepte igitur Columella ista tradidit: *si duae virgae submittuntur* (id est relinquuntur) *en* utraque materia *deciditur?*

P. 264. Cap. VII. *ea est arbor corno similis:* in suo Codice esse testatur Pontedera. Ceterum arbuti Gallici interpret-

terpretationem ex scriptoribus antiquis dedi quam potui. Addam nunc quae ex Dissertatione Comitis de' Caronelli de Cultu vinearum collegi. Ariminenfes hoc genus vineam *in tirate* vocant, et varias arbores ita maritant, quas Comes his verbis enumerat p. 29. *aceri, noci, anagiri, frassini salci*. Inprimis laudat Comes illustris genus arbuti *a filar* dictum, quod Veneti frequentant. Vitis opulo vel fraxin adseritur, huic quidem in terra forti, illi in humo leui palmites, per ramos arboris dispositi, protenduntur ad proximam arborem, ita, vt traduces inter se ex proximis arboribus connectantur, vt ait Columella V: cap. 7. sect. 3. Comes haec ita narrat: *coi quali si annodano legandovi le loro estremità con vinchi, ed a questo modo tenute le viti, vengono a formare un festone, che i contadini chiamano tirèlla o ghilanda, e dicono a pantera se il tralcio sia tirato diritto e basso.*

P. 265. sect. 3. *rumponis frumentum non inseritur, in utramque* est in Bcroaldi Editione; *rumponis fr. non insertur in utramque* ex Ienson. et Bruschi. laudat Ponteder *rumpotinis frumento non inseruitur, si in utramque* Polit. Pontederæ liber. Vnde quod conieceram ex lectione Vindob. post Palladium p. 356. *si frumento non inseruitur* egregie confirmatur.

*in ramos* ex suo Codice confirmat Pontedera, deinceps lectionem Edd. pr. Polit. Tromb. et sui *vt non noui* mutat in *nec non noui*, denique committantur ex iisdem libris probat.

P. 268. l. 1. *habui vobis dicere* olim vulgata plane omittit Cod. Trombell. Aldinum *Sed* Pontedera item cum Polit. et suo Codice omittit.

Cap. IX. sect. 1. *modo modice* Edd. pr. Polit. Trombell. Caesen. et sic Pontedera ex Palladio III. c. 18. mutat in *claudicatio modico*.

Sect. 2. *pecori ater inferturi ramos* Caesen. *ne traditur pecori ater inferturi ramos* Polit. *ne tradatur aditus pecori iter inflexuro.* Ramos Trombell. *ne aditus pecori sit: acer fodito ramos* liber Pontederæ, qui hinc legit: *ne tradatur pecori iter, infertur.* Ramos nouellos etc.

P. 269. l. 3. *infodiri* nunc praefert Pontedera vulgatum *immergeri*.

Sect. 4. *parte iungantur* ex Polit. Lips. corrigit. deinceps *in summa parte* cum Edd. pr. Polit. Trombell. et suo omittit Pontedera.

Seçt. 5: *exstimant oculis extollere* legit Pontedera, interpretatus: non totas taleas immergere sed summa parte extollere, vt cultores easdem cernant, ne fodiendo laedant.

Seçt. 6. *minime et vliginosi* cum Edd. pr. Polit. Tromb. Pontederae Codex.

P. 270. l. 3. *stramentis inestis* ex suo Codice supplet Pontedera.

l. 5. *spatium vitis me deberi pingui* Ienſon. Bruſch. Polit. *spatium vitis metiri pingui* Beroaldi Editio; *spatium intermedium pingui* liber Ponted. *spatium oliuetis esse* debet Trombell. cuius ſcripturam probat Pontedera.

Seçt. 8. *antequam plātā pars arbuſcula ſole rubrica* Polit. . . . *arbuſculam ſole rubrica notato eam partem . . . ſpectavit.* Trombell. *plantam effodias rubrica notato partem eius, quo meridiem ſpectat* liber Pontederae, qui h. l. legit: *antequam plantaria ſeu arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato eam partem, quae m. ſpectat.* quam correctionem meae etiam, quanquam paulo modo diuerſam, praefero.

P. 272. ſect. 12. *arbori coliculum agit, (ager nempe) cum ſeminibus repletur, fruçtum effert.* (nempe arbori) Ita haec ex Edd. pr. et Polit. Codice reſtituit et interpretatur Pontedera; reliqua: *ita ſic diuiſum oliuetum omnibus annis aequalem redditum adfert:* non ſolum ſpuria ob auctoritatem Edd. pr. et Codicis ſui cenſet, ſed et penitus falſa. Nam alternis annis olea fruçu exuberat et ager conſitus fruges adfert. Quod ſi *aliquem* reſcribatur, ferenda iſta cenſet Pontedera.

P. 276. ſect. 6. *ſumes de iis quae quotannis bonos et ſberes fruçtus afferunt. Ab illa quae ſunt contra ſolem quam que ramis aut planta plantis conentur. Sed antequam* Caenenas Codex. *ſumes de iis que quot: bonos et vb. fr. afferunt. ab illa qui ſunt c. ſ. quam quae ramis aut plantis conentur* Polit. *ſumes ex iis que quot. b. et vb. fr. afferunt. Ab illa que ſunt contra ſolem, quam que vitis aut plantis conuenit. Sed antequam* Tromb. *ſumes de his que quot: b. et vb. fr. afferunt ab illa parte, que ſunt contra ſolem. Sed antequam.* vnde Pontedera corrigit: *ſi ex arboribus ramos ſumes, de iis ſumito, quae quot: — afferunt. Obſeruabis autem ab huneris, qui ſunt contra ſolem orientem, vt eodem decerpas. Sed ſi cum radice plantam poſueris, incrementum citius fiet. Quae ſeueris, inferes. Arbor inſita fruçtuofior, quam quae inſita non eſt, id eſt, quam quae ramis aut plantis ponentur. Sed etc.*

P. 276. sect. 7. *notaui ventis : quibus Polit. nota in ventis quibus Caesen. deinceps constitui possit Polit. Caesen. constituta ut possit Tromb. notato ventos quibus ante erunt constituta, ac eisdem postea translata subiicies. liber Pontederæ, qui h. l. constituit ita : transferas, nota ut ventis quibus antea steterunt, constitui possint. Postea manus adiuueto Polit. manus ad viucto Caesen. manus adiumento Tromb. hoc ad vñcto liber Pontederæ, qui curam adhibeto in Goef. fuisse censebat.*

Sect. 9. *remoueret aquam germinant Polit. Caesen. unde Pontedera legit : ramos vere antequam etc.*

P. 277. sect. 10. *frigidis et autumnii ex Codd. Polit. Tromb. et suo confirmat Pontedera, deinceps verba priorem fructum (vt in Edd. pr. et Codd. leguntur) velut ex glossa nata damnat.*

P. 279. sect. 16. *ne in arbore ventre medio erit lapides Polit. ne in arbore ventre medio crepent lapides Tromb. ne in arbore ventre medio rumpantur, remedium erit lapides tres cum feres arborem ad radicem ipsam collocabis liber Pontederæ, qui hinc et ex Sang. legit : in arbore hient, remedium erit, si lapides tres cum feres — collocaueris. Deinceps sitam ex Edd. pr. et Polit. praefert.*

P. 283. Cap. XI. sect. 9. *in iis denique serito gemmam Polit. in iisdemque quaerito gemmam Tromb. in iis deinde obseruato gemmam liber Pontederæ, qui in iis quaerito praefert.*

P. 285. sect. 15. *Ac priusquam — cum species s. omnes persequimur : prioribus libris de cythiso incipere parum tempestiuum fuit. Nunc arboris praecipientes opportune eius meminimus. Codex Trombell. de cythiso incipere paruum ac tempestiuum fuit nunc arboris praecipientis opportune eius meminimus. cum Lips. Ambros. ac priusquam finem l. f. cum fere sp. s. omnes persequamur, tempestiuum erit de cythiso aliqua perscribere liber Pontederæ, qui eandem periodum addito quoque ante aliqua subiungit capiti 27 Libri de Arboribus. Ceterum Pontedera libri Trombelliani scripturam probat mutato incipere in praecipere, quam et ipse sequar.*

P. 286. Cap. XII. sect. 4. *potest etiam feri in agris satis commode ramis cythifus Tromb. potest etiam segetem agri satis commode ramis cythifus feri liber Pontederæ, qui scripturam Goefiani probat : potest autem etiam circa septem agri satis commode cythifus feri. In libro de Arboribus c. 28. potest autem etiam circa septem Lips. Polit. Caesen. reliquis omittis.*

omissis. *Potest etiam circa septem agri satis commode ramis cythifus feri: quam facile comprehendit et iniuriam sustinet* Tromb. *potest etiam circa septem breuiter liber Pontederae, qui eandem vtrobiq[ue] scripturam restitui voluit.*

P. 288. Libri VI. Cap. I. sect. 1. *quia sit agricolae contrarium* ex Ambros. recte corrigit Pontedera.

Sect. 2. *ex usu est*] Tromb. *exustione*, liber Ponted. *exultent.*

Ex Euripide λίνυ κλωστήρα περιφέρει laudat Pollux VII. sect. 31. vbi tamen optimus Codex περιφερῆ habet. Idem X. sect. 125. inter instrumenta gynaecei post ἄτρακτον et σπόνδυλον nominat κλωστήρα. Ipse Aristophanes in Ranis versu 1390. λίνυ μεστὸν ἄτρακτον εἰλίσσυσσα χεροῖν κλωστήρα ποίησα, ὅπως κενφαίως ἐς τὴν ἀγορὰν φέρωσ' ἀποδοίμαν' vbi glōmum vertunt interpretes. Apud Plutarchum de serā numinis vindictā p. 58. ἀναλαμβάνοντες αὐτῆς ὅσπερ ἀρχὴν κλωστήρος ἐν σκοτεινῷ καὶ πολλὰς ἐλιγμὸς καὶ πλάνας ἔχοντι τῷ λόγῳ καθοδηγῶμεν αὐτῆς glomeris initium interpretantur. Esse autem κλώθειν non simpliciter filum deducere, sed fila plura iungere et iuncta deducere, arguas licet ex proverbio apud Synesium Epist. 57. vbi magistratum civilem sacerdotio iungere ait idem esse ac si quis velit κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα. Geminum etiam filum indicant verba Aristophanis in κλωστήρι fuisse inuolutum; qui si fuerit turbatus, aliud (intelligo filum) alteri fuso, aliud alteri induci, atque ita omne opus retractari. Itaque κλώθειν dici videtur femina, quae fila pluribus fuis deducta inuoluit gyrgillo, (Isidorus enim 20. c. 15. gyrgillum interpretatur instrumentum, quo fila reuoluuntur vel rhombo, Scherzgiebe. Κλωστήρ autem esse videtur summa filorum, gyrgillo inuolutorum, postea a relae iugo suspendenda et detexenda. Opinionem inprimis firmare videtur τρίκλωστος ἐπισπαστήρ βόλυ id est ἐπισπαστρον aucupis in Epigrammate Antipatri Sidonii Analect. II. p. 10. qui idem cum τριμίτῳ esse videtur. Antipater tamen Sidonius Epigrammate 22. fufum filii deductorem vbi nominat: ἡλακάταν

ἐργάτιν νήματος addit filii epitheton ἐκλώστη, quo nihil aliud nisi bene deductum significare voluisse videtur. Idem Epigr. 26. fufum (ἄτρακτον) vocat κρηβαρέοντα πολυροῖβδητον propter additum capiti verticillum, postea κλωστήρα εὐδρομον στρεπτὰς ἀρπεδόνας id est celcrem torti filii deductorem. Apollonius item Rhodiū IV. 1062. κλωστήρα ἐλίσσει de fuso ipso seu filo deducto dixit. Eodem vocabulum sensu accipere nos voluit, qui, narrante Plinio 7. c. 56. Closterem filium Arachnae fusos in lanificio inuenisse tradidit. Denique apud Iosephum Antiquit. III. c. 8. verba ἐκ βύσσου κλωστής Hieronymus in Epistola ad Fabiolam de bysso retorta interpretatus est. Locus Luciani in Dial. Meretr. 6. νῦν μὲν ὑφαίνουσα, νῦν δὲ κρόκην καταγύουσα ἢ στήμονα κλώθουσα illud certe demonstrat, vocabulum κλώθειν, quippe a κλάω, κλώ deductum, proprie de filo staminis torquendo dictum fuisse. Idem in altero loco, infra, vbi de lana catenda sermo erit; asserendo, κρόκην στρέφειν et μίτρον κλώθειν dixit. Sequuntur in poeta, quae lanae apparatus tangunt: Πρῶτα μὲν ἐχρῆν ὅσπερ πόκην ἐν βάλανείῳ ἐκπύουνας τὴν οἰσπώτην ἐκ τῆς πόλεως ἐπικλινῆς ἐκαβδίσειν τῆς μοχλιτρῆς καὶ τῆς τριβόλης ἀπολέξαι, καὶ τῆς γε συνισταμένης τύτους καὶ τῆς πιλῶντας ἑαυτῆς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτίλαι. Primum lana succida purgari sordibus dicitur, dum balneo mergitur et eluitur; deinde per cratem virgis caeditur et simul duriores pili (τριβυλοὶ) eliguntur. Vellera quae eluuntur nequam calidam, hodieque gallici textores balneum (Bain) vocant. Cum virgis caeduntur, quod interdum bis fit, antea

quam lana eluitur, atque iterum posteaquam purgata fuit, quo molliora incumescant simul, dum emundantur, aut lecto restibus intenso aut crati imponuntur, quemadmodum demonstrat Tabula I. operis Gallici de arte Textoris pannorum laneorum. In Aristophanis igitur loco veterem lectionem ἐπὶ κλίνης ἐκραβδίσειν praefero ei, quam viri docti receperunt, cum in caedendis velleribus inclinatio lecti, aut cratis aut mensae, ubi expansa iacent, plane nihil referat; contra locus ipse et machina, cui imponuntur, qualis sit refert. Vellera aqua calida eluere mulieres idem comicus poeta repetit in Ecclesiâz. 215. πρῶτα μὲν τάρια βάπτουσι θερμῶ. eadem in lecto expansa purgari confirmat in Lysistratae versu 733. ubi de lana Milesia domi relicta mulier: ὅσον διαπετάσασα ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον. Est alius eiusdem poetae locus apud Pollicem 7. sect. 64. ἀνήσω κροῦδα μαστιγυμένην ubi μαστιγυμένην corrigo de serua interpretatus, quae virgis caesa (ἐκραβδίσει μαστιγυμένη) dicitur ridicule floccos emittere, vel uti lana caesa virgis mollietur et floccos explicat. Quae sequuntur in poeta, lanam carpendam (zurpfen, rausfen) tractimque vellendam spectant. Scholia graeca τὰς συνισταμένους καὶ πιλῆντας εαυτῶς, cum de lana proprie dicuntur, ita explicant: συμπεπλεγμένους ὡσπερ πολλάκις τὸ ἕτερον τῶ ἐτέρῳ κολλῶται ἐρίῳ, καὶ διαχωρίζουσιν αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων. Verbum διαξάειναι ita interpretantur: διαλύσαι τῶν γὰρ ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς κορυφὰς (τὰ ἄκρα) περιλημένας καὶ ἐπὶ τειθεῶσι, διαλύεται ὁ μαλλός' ubi μαλλός nihil aliud nisi πόκος ipse, id est vellus apud Graecos vellendo oui detractum, esse vide-

tur. De opere carendae lanæ (Krempeln) sequitur. εἶτα ξάειναι εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὐνοίαν ἅπαντας, ἀταμιγύνοντας τὰς τε μετοίκους καί τις ξένος ἢ φίλος ὑμῖν καί τις ὀφείλει τῶ δημοσίῳ καὶ τὰς ἐγκαταμίξαι, quae postrema verba Scholia interpretantur: ἐπιτόμως ποιῆσαι αἱ γυναῖκες γὰρ ἐργασόμεναι ἀφ' ἐκάστη ἐρίῳ λαμβάνουσιν ἐπι καὶ μιγνύουσιν ἄλλοις. Scilicet ubi veltis varii coloris detexenda est, lanæ etiam variis coloribus tinctæ vellera, antequam carminentur, inuicem miscentur, postea lanæ ita mistæ in quasillos carminata et deducta reponitur. Instrumenta quibus lana caritur vel carminatur ξάνιον et κτένιον vocantur graecè, latine carmen a caendo. Varro de L. L. 6. p. 75. Cavere a cavendo. quod eam tum purgant, ac deducunt. ut careat spurcitia: ex quo carminari tum dicitur lana, cum caret eo quod in ea est nequam. Vtrumque instrumentum respicere videtur Claudianus contra Eutropium II. 382. doctissimus artis quondam lanificæ, moderator pectinis vnci. Non alius lanam purgatis sordibus aequè praebuerit calathis; similis nec pinguis quisquam vellera per tennes ferri producere rimas. Pectinem vncum Gesnerus rectè interpretatur illud instrumentum, quod mille paruos ex aciculis vncos tabulae aut corio affixos habet, inter quos tractæ lanæ explicantur, Krempel, Kardetsche. Idem huc refert locum Iuuenalis Satir. 7. 224 qui docet obliquo lanam deducere ferro. Deinde rimas ferri interpretatur genus pectinis illud, quod nostri Kämme, Hechelnen vocant, cuiusque ope lanæ discriminantur et in fila longa diducuntur. Philippus Epigrammate 18 pectinem lanificum vocat κτένα κοσμοκόμην i. e. quo comæ lanarum ordina-



ordinantur. Plinius 8. sect. 56. aliud nobis lanifici pectinis genus narrat: *Ipsum animal, inquit, (erinaceus) non ut remur plerique vitae hominum superuacuum est: si non sint illi aculei, frustra vellerum mollitie in pecude mortalibus data. Hac cuncte expoliantur vestes. Magnam fraudem et ibi Incurum monopolio inuenit, et nulla re crebrioribus senatusconsultis nulloque non principe adito querimoniam provincialibus.* Ad quem usum refert Harduinus in Codice libr. 4. tit. 59. simile Zenonis edictum de monopolio: *Iubemus ne quis cuiuscunque vestis vel piscis vel pectini forte aut echini — monopolium exerceat.* Sed cum ad poliendas vestes adhiberi dicatur cutis aculeata, pertinet eius mentio potius ad artem fullonicae. Operam carendae lanae eiusque usum optime declarat locus Luciani in Fugitivis c. 12. *ἔρια ξαίνειν ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ καὶ εὐμήρυτα καὶ καταγάγοιτο εὐμαρῶς ὁπότε ἢ κρόκην ἐκείνην στρέφοιεν ἢ μέτον κλώθοιεν.* Denique poeta de coloniis Atticis publicae rei vna quasi textura comprehendendis: *καὶ νῆ δία τὰς τέ πόλεις ὁπόσαι τῆς γῆς τῆς δ' εἰσὶν ἀποικοί, διαγιγνώσκειν, ὅτι ταῦτ' ἡμῖν ὡσπερ τὰ κάταγματα κείται χωρὶς ἕκαστον κατ' ἀπὸ τῶν πάντων τὸ κάταγμα λαβόντας δεῦρο συναγεῖν καὶ συναθροίζειν εἰς ἓν, καίπειτα ποιῆσαι τολύπην μεγάλην κατ' ἐκ ταύτης τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναν.* Est vero κάταγμα a verbo *κατάγειν* derivatum, id quod latine *tractum* dicitur. Grammatici vocabulum interpretantur *κατασπάσματα* et *μηρύγματα*. Locus Tibulli I, 6, 80. *tractaque de piceo vellere ducta putat docet, etiam de lana nondum purgata aut carminata dici; quanquam lectio eius loci mire a libris*

scriptis variatur. Varro apud Nonium proprie tracta de lana carminata et putata dixit: *denique etiam suis manibus lanam tracta ministrasset insectori.* Quod graeco proverbio *εἰς πῦρ ξαίνειν* dicitur, Lucretius V. 377. *in ignem lana tractatur* interpretatus est. Sed de tractis postea ex Platone accuratius dicitur. Quod efficitur ex tractis laneis, graece vocatur *τολύπη*, interpres latinus Aristophanis *lanitium* vertit. Eustathius in Commentariis Homericis *κατεργασμένον καὶ ξανθὸν ἔριον καὶ ἀσκηθὸν εἰς τὸ κλωσθῆναι.* p. 1414. ubi si *κλωσθῆναι* nere interpretaris, *τολύπη* erit *glomus* (*σφαῖρα ἐρίων* ut idem ait p. 1336.) lanarum carptarum, carminatarum et ad nendum praeparatarum. Ita Dioscorides 5. c. 85. comparat corpus pompholygis metallicae cum bulla aqua; *ὑστερον δὲ πλείονος τῆς αὐξήσεως συμβαινύσης ἐρίων τολύπαις ἀφομοιοῦται.* Sophocles apud Pollucem 7. sect. 32. taenias dixisse fertur *ὀλοστημύνης τολύπας*, quas interpretor ita vocatas, quoniam plurimum tramae parum subteminis insumitur taeniis texendis. A similitudine glomeris lanarum transtulit ad porra in buccellam conglobata Eubulus comicus apud Athenaeum XIII. p. 571. *τῶν πράσων ποιούμεναι τολύπας ἑσάττον τὰς γνάθους.* Agathias historiae libro V. p. 167. *καλωδίους καὶ τολύπαις τῆς καλάμβης ξυνδήσαντες κώμους πολλὰς ἀπειργάσαντο* cum dixit, *τολύπην* intelligere nos voluit vinculum laneum ita ut saepe *μαλλὸς* vsurpatur. Ductum inde verbum *τολυπέειν* metaphorice de dolis insidiisque dicitur ut *πλέκειν* et latinum *nectere*, texere; cum proprie sit *lanam glomerare in orbem*, ut ait Ovidius *Metamorph. 6, 19. ἐκτολυπέειν αὐ-*  
ειν

tem metaphorice idem quod extricare rem difficilem et laboriosam dicitur. Haud scio igitur an recte auctor Etymologiae magni, vbi πολυπέειν interpretatur inter alia ἀδροίσειν, addat: ἀπο μεταφορᾶς τῶν τὰ ἔρια ἐργαζομένων καὶ δεσμεύοντων αὐτά. nisi voluit forte orbem lanarum glomeratos ex variis tractis colligari, colligatosque lanificis tradi aut appendi.

Sed ipsa tracta antequam glomerarentur in orbem (τολύπας) a floecis purgabantur, quod κροκιδίσειν κατάγμα dixit comicus Philyllus apud Pollucem 7. sect. 29. Est locus in Epigrammate Philippi No. 18. vbi τολύπη de filorum glomere dente aequatorum dici videtur; qualis enim, in quo feruari solebat lana et fila dicitur iunco textus: ὄν ποτ' ὀδόντι ἐπλήρη τολύπη πάσα καθαιρομένη; Sed dens, quo τολύπη purgari dicitur, non est hominis, ut apud Catullum Argonaut. 315 legitur: atque ita decerpens aequabat semper opus dens, laneaque aridulis haerebant moisa labellis: et apud Albinouanum in Maecenatem Elegiae versu 74. lenisti moisu lenia fila parum. sed est dens pectinis reclusi aut curvusi, quo lana caritur. Itaque manet ea vocabuli notio, quam antea demonstrauimus, et decet ex vsu satis cognito atque exemplis approbato interpretari loca dubia, veluti in Epigrammate Antipatri 26. vbi calathus dicitur custos staminis (στήμονος ἀσκητῆ) et τολύπας, vbi subtemen nominandum expectabas. Est apud Hesychium locus: ἔδ' ἐτρύπησε κρόκην, ἔδ' εἰργάσατο ex poeta aliquo excerptus, vbi quid poeta κρόκην τρυπᾶν dixerit, non est manifestum, quamuis Grammaticus explicare voluerit. Nec magis est explicatu facile, quod idem an-

notauit: διακονίς. ἐπὶ ὑφῆς ἱματίου ἀνωμάλι οὐ φαμέν κρινίσειν καὶ ἀνδρωπος ὁ μὴ πυκνός. Videtur κρινίσειν esse contrarium τῆ παθῆν, quoniam textrura διακονίς metaphorice etiam hominem non πυκνόν significare dicitur; quemadmodum σπάθημα φρενῶν apud Suidam est λυκνωμα. Vide quae dixi in Lexico Graeco sub voc. διακονίς. Huc accedat Hesychii πευκάνα, πευκονία, ἰστῦ παρὰ πλεγμα τροχιαί. Idem πέρικανα, τὰ ἰστῦ παραπλέγματα. Artem quae fila tramae et subteminis deducit Plato στημομητικὴν et κροκονητικὴν vocauit, vbi simul, qua re discrepet trama a subtemine, egregie docuit. Locus est in Politico sect. 23. p. 152. ed. Fischeri: Δοκῆς γὰρ μοι τὸ περὶ τὴν τῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν; ἢ μόνον, ἀλλὰ καὶ κρόκῃς ἢ γένεσιν ἀστροφόν τινα αὐτῆς εὐρήσαμεν ἡδαιώς. τῶν περὶ ξαντικὴν ἐργων μηκυνθῆν τε καὶ σχὸν πτάτος λέγόμεν ἕνα κατὰ γὰρ τι. Τῆτι δὲ τὸ μὲν ἀτράκτω τε στραφέν καὶ στρεφὸν νῆμα γειόμενον στήμονα μὲν φάσι τὸ νῆμα, τὴν δ' ἀπερδύνθησαν αὐτὸ τέχνην ἕνα στήμονητικὴν. Ὅσα δὲ γ' αὐτὴν μὲν συστροφὴν χαυρὴν λαμβάνει τῆ δὲ τῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάφως ὀλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δ' ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς τέχνην κροκονητικὴν φῶμεν. — τὸ γὰρ συγκριτικῆς τῆς ἐν ταλασιουργίᾳ μόριον ὅταν εὐδυπλοκίᾳ κρόκῃς καὶ στήμονος ἀπεργάξηται πλέγμα τὸ μὲν πλεχθῆν συμπαρ, ἐσθῆτα ἐρέαν, τὴν δ' ἐπὶ τῶν τέχνην ὅσαν προσαγορεύομεν ὑφαντικὴν. Hic Plato non solum lucide artem laneae vestis texendae descripsit, sed staminis vel tramae et subteminis discrimen etiam aptissime enarrauit

rauit vsunque fullonicae artis adiunxit. Lanam nempe textam non ea longitudinis et latitudinis mensura, qua nos, veteres textores vendebant vel mulieres opera sua elaborabant, verum ubique vestium nomine veniunt texta quaecumque a scriptoribus vetustis appellantur, quoniam in tela vna modo vestis ad antiquam illam simplicem et fere quadratam formam composita tota simul detexebatur ita, vt ex tela descendente et a fullone apparatam induere vir aut femina statim possit. Staminis naturam firmiorem quippe nendo magis torti dixit; nostri *drell* vsurpant filum eiusmodi; contra subtemen crassius et mollius id est minus tortum est. Fulloniae artis est subteminis mollioris pilos minus tortos extricatos crispare; quem effectum Plato *όλκην* vocat. Denique *τραχτα* seu *κατάγματα* omnium clarissime definit, ita vt appareat, esse, quae nostri *Floeten*, Galli a forma varia *Ploques*, *Loquettes*, *Volits* et *Boudins* vocant. Atque hinc demum apparet, quomodo Hesychius verbum *πλατύνειν* per *μηρύειν* explicare p̄ruerit. Stamen tenue et laeve graece *εξεσμένον* dici ab Aristophane annotat Pollux 7. sect. 32. vbi intelligi stamen earum vestium puto, quae bilices texuntur, et stamen non villosum et crispum, vt panni (*Tücher*) habent, sed laeue et tenue ostendunt, quod genus Galli *Serge*, *Etamine* et aliis nominibus appellant. Hinc interpretari licebit Homericum locum Il. 14, 179. vbi Iuno induta inducitur veste (*εανῶ*,) *ὄν οἱ Ἄσθῆνη ἐξυσ- ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐν δαίδαλα πολλά*, id est variegata, quam Minerva texuerat laeui et tenui stamine. Apollonius enim recte interpretatur: *λεπτῶς κατεργάσατο ὑφάνασα*,

Haec sunt vulgatissima filorum nomina, quae Latini ad formam Graecorum finxerunt. Stamen enim et *στήμων* dicitur, quod in tela perpendicularis iugo suspensum stat erectum; quae de re paulo post copiosius dicetur. Subtemen pariter ad Graeci, *εφυφή* imitationem dixerunt. Pollux ex Platone *εφυφήν* laudauit 7. sect. 30. sed is de Legibus libro V. p. 220. Bipont. *ἐκ ἐκτῶν αὐτῶν οἰόντ' ἐστι τήν τε συνυφήν καὶ τὸν στήμονα ἀπεργάζεσθαι*. Pergit in natura vtriusque filii ad mixturam virtutum politicarum transferenda: *διαφέρειν δὲ ἀναγκαῖον τὸ τῶν στημόνων πρὸς ἀρετὴν γένος· ἰσχυρόν τε γὰρ καὶ τινὰ βεβαιότητα ἐν τοῖς τρόποις εἰληφός, τὸ δὲ μαλακώτερον καὶ ἐπιεικία τινὲ δικαίᾳ χρώμενον*. Ex latino verbo *subtexere* factum *subteximen*, *subtemen* recte docuit Salmásius, qui simul idem graece *ρόδάνην* vocari admonuit. Antiquiorem auctoritatem ignoro *Batrachomyomachia*, vbi versu 182. *ἐκ ρόδάνης λεπτῆς* est. *Κρόκα* Hesiodus dixit pro *κρόκην*, vbi vestem frigori hiberno defendendo parare docet: *στήμονι δ' ἐν παίρω πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι*. vbi verbum postremum significat tractum maius subtemini impendi, quo villosior vestis detexatur. Discrimen staminis et subteminis docet locus Hieronymi ad Demetriadem: *Habeto lanam semper in manibus vel staminis pollice fila ducito vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur*. vbi Casaubonus ad Persium p. 198 malebat non sine causa legi: *subtegmimis — stamina*. Haec enim posteriora magis torquentur. Ceterum memorabilis est locus propter alueolorum mentionem in quibus fusi vertuntur. Fusi genus singulari re arguit argumentum legis paganae

paganae a Plinio 28. sect. 5. positum: ne per itinera ambulantes torqueant fusos aut omnino detectos ferant. Fuisse igitur simile genus suspicor ei, quod in Westphalia ambulantes et pascentes sequitur proiciendum et in terra trochi instar circumvertendum. Superfunt de filis telae vocabula duo ἤτριον et πηνίον cum deriuatis inde verbis, quorum notionem nunc eruere atque illustrare conabimur. Πήνη et forma diminutiva πηνίον esse subtemen voluit iam olim Salmasius; qua vero re a κρόκη discrepet, inquirendum superest. Adiuuabit nos Hesychius, qui πηνίον interpretatur πανέκλιον ἢ ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. Suidas in eadem glossa habet ἐν ᾧ εἰλεῖται. Antiqui Homeri interpretes vbi πηνίον ἐξέλεσσα Iliadis ψ interpretantur, εἰλημα κρόκης esse affirmant. Panucium, quo vocabulo vtitur Hesychius, est a pano, quod ipsum ex graeco translatum Nonius grammaticus interpretatur: *Pannus est trammae inuolutum, quod tunc rotundumque est, quem diminutive pannucium vocamus.* Isidorus 19. c. 29. *panucla vel panulia trammae inquit, inuolutum, ex quo panni texuntur.* Hinc sua duxisse videtur Vgutio grammaticus apud Cangium in Glossario: *Pannulula nanicula textricium, quia eius discursu panni texuntur.* Esset igitur instrumentum, quod Galli *Navette*, nostri *Schütze*, *Schifgen* vocant, cui fusi genus versatile cum subtemine, Galli *sépoule*, nostri *Wesfelpule* appellant, inferitur. Varro de L. L. 4, p. 29 *Pannus Graecum, vbi ea facit pannucium, dictum a pano et voluendo filo.* vbi viri docti certant *panucium* an *panucium* sit scribendum. Hoc quidem dubitari non potest, Varronis etymologiam du-

ctam esse ex graeco πῆνος, quod filum interpretati sunt, et εἰλεῖν, vnde πηνίον aliqui εἰλημα κρόκης esse voluerunt. Parum igitur nos locus Varronis adiuvat. Esse panum aliqua in re diuersum a subtemine, docet etiam locus Lucilii apud Nonium, vbi est: *Foris subteminis pannus.* In epigrammate Leonidae Tarentini No. 8. in Analectis Brunckianis, mulierculae pauperes artis suae instrumenta deae dedicant, vbi post radium, qui dicitur discernere ἤτρια, (τὰν ἄτρια κριναμέναν κερκίδα) nominantur τὰ τροχαῖα πανία, dórica dialecto. Sequuntur κερτάστῆς τῆσδε ποτιρογέας, vt apud Suidam scriptum est, κερταστῆς habet Codex Vaticanus; cuius in locum Reiskius καὶ ῥίσκος περιῤῥογέας, Brunckius cum Salmasio κερταστῆς — περιῤῥογέας substituit; quanquam hic instrumentum textorium ἐργαστῆς dictum ignorare se confessus sit. Tertium instrumentum textrinae Leonidas σπάδας εὐβριδεῖς nominat; de quibus infra dicetur. In altero Leonidae epigrammate No. IX. fusus qui stamen torquet, ἄτρακτος αἰεδίνητος μίτοεργος vocatur, radius autem quo subtemen inter decussata trammae stamina inductum percucitur, κερκὶς πέπλων εὐάτριος ἐργάτης. Quae simul ex Leonidae carminibus quanquam loco alieno addere volui breuitatis studiosus, ne postea, vbi de vocabulis istis diceretur, pluribus ea de re verbis opus sit. Iam ex locis allatis satis constare videtur, πηνίον esse filum subteminis fuso inuolutum, qui inter decussata trammae fila huc illuc cum comitat, et filum immittit; quae fuit iam olim Salmasii opinio, in argumento χρυσοπήνη et ex Euripidis Orestae 837. χρυσοπήνητα Φάρσα, εἰς

vestes aureo subtemine, afferens. Videamus tamen an huic interpretationi reliqua etiam loca conueniant. Interpretationem Grammaticorum, qui fufum cum inuoluto subtemine interpretantur πηνίον, manifestus Theophrasti locus Hist. Plant. 6. c. 4. confirmat, vbi cuculi agrestis caule seminae vsae dicuntur pro fuso inuolucendi subtemini: διὸ καὶ πηνίοις ἐνιαυτῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο, γυναικῶν, vt aliae attractylide ad fufos stamininum (ἀτρακτός) utebantur, auctore Dioscoride 3. c. 107. Plinius cnicum Theophrasti cum attractylide confudit et πηνία pessime colunt, est interpretatus 21. cap. 15. Fuso supremo additum vncum Plato Reipubl. X. p. 327. ἀγκιστρον vocat, vt hoc obiter moneam. Hesychius enim πήνος etiam ὑφάσμα, textum interpretatur, et deriuatum inde verbum πηνόμενον per vsitatum πηνιζόμενον, addens τριβόμενον. Item Phorius in Lexico πήνομεν, πηνιζόμεν, τριβόμεν habet. Suidas πηνίσματα, ὑφάσματα, interpretatur ex Aristophanis Ranis 1349. vbi aranearum telae ιστότονα πηνίσματα vocantur. In eadem fabula versu 586. vtitur verbo ἐκπηνιῖται metaphorice pro euoluet, extricabit, expediet. Scholia tamen graeca annotant, alios libros scriptum habuisse ἐκποινιῖται a verbo ἐκποινίζω; addunt: vulgarem lectionem repetendam esse a similitudine τῶν τήν κρόκην μηρομένων εἰς πηνία i. e. qui subremen in pannuclam trahunt, deducunt. Alius scholiorum auctor habet: ἐξέλκυσαι ἀπὸ τῷ πηνίη. Homericum πηνίη ἐξέλκυσαι addens postea: ἢ ἐξάξει ἀπὸ μεταφορῆς τῆς κατὰ μικρὸν ἐκ τῷ σκόληκος ἐξαγομένης πήνης. Quae de verme inseruntur, spectant vocabulum πηνίον, quo Aristophanes oliui in altera Nubium

Editione de vermiculi genere vsus fuerat, vt cum Photio annotauit. Suidas; quocum si compares locum Aristotelis H. A. V. c. 19. πηνίον vna et ὑπερον ad erucarum genus, fila ex corpore suo deducuntium, bombycis et araneae instar pertinere videbis. Eundem Aristophanis locum Hesychius respiciens verbum, de quo dubitamus, ἐκμηρῶσεται interpretatur. Epigramma 26. Antipatri Sidonii fufum dicit auctorem torti staminis et subteminis: κλωστῆρα στρεπτᾶς εὐδρομον ἀρπεδόνας καὶ πήνας. Est in Anthologia locus, vbi paupercula μίσθια πηνίσματα πενιχροῖς σπαθίοις κρῦει i. e. mercede πηνίσματα spatha percutere dicitur, vbi rectius subremen quam flamen interpreteris. Verbo ἀναπηνιζέσθαι vtitur Aristoteles H. A. 5. c. 19. vbi de bombyciis, id est glomeribus sericeis a verme aliquo contextis loquitur: τὰ βομβύκια ἀναλύσει τῶν γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι κᾶπειτα ὑφαίνουσι. Gaza in silum deducunt, verus versio ex graeco facta carminantes interpretatur verbum graecum, quod ex Aristotele repetiit Basilius Homilia VIII. in Hexaemeron p. 109. rectius Plinius II. sect. 26. prima eas redordivi rursusque texere inuenit Paimphila. Idem 6. sect. 20. de Serum lanicio seu serico: unde geminus feminis nostris labor redordiendi fila rursusque tendi. Est igitur ἀναπηνιζέσθαι resolvere fila, a verme laruae suae circumuoluta, vt fila subteminis fuso circumuoluta seruantur in calathio. Hinc Theocritus Idyll. 18. versu 32. vbi matrem familias peritam Helenam describit poeta: ὅτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται (i. e. πηνιζέται) ἐργα τοιαῦτα, ὅτ' ἐν δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἤτριον ἰστῶ κερκίδι συμπλέσασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελόντων. vbi vide:

vides, *πηνίσεσθαι* dici de opere lanam aut carentium, aut nentium et fila deducentium: quae deinde in calatho reponantur; *ἤτριον* contra dici de filo e telae iugo suspensio, quoniam radio seu pectine percuntur. Dicitur ipsum *ἤτριον* densum *πυκινόν*; unde *λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα* apud Platonem Politic. sect. 48. p. 202. ubi dubitari potest, nisi vocabulum *λεῖον* interpretationem alterius *εὐήτριον* esse voluerit ipse Plato, ut credidisse videtur Herodianus grammaticus a Pierfano editus p. 463. qui *εὐήτριος χιτῶν ὁ λεπτός καὶ εὐύφης*, Suidas in Platone *εὐήτριον*; *εὐύφες ἔνδυμα*, Scholia Augustana, a Fischerō comparata, *ὑμενωδες ἔνδυμα*, vestem membranae instar tenuem interpretantur Themistius Oratio. XX. p. 237. *χιτῶνα λεπτόν καὶ εὐήτριον* iungit ut Platon; *στρώμην εὐήτριον* habet Pollux X. sect. 42. Hesychius doricum *ἄτριον* explicat per *ὑφος λεπτόν*. De textae telae genere aliquo dici *ἤτριον*, allato Platōnis loco in Phaedro p. 366. ed. Bipont. docere voluit H. Stephanus, ubi est de praecipis rhetorum antiquorum: *ἴδε καὶ συ, εἰ ἄρα καὶ σοφαίνεται διεστηκός αὐτῶν (τῶν λόγων) τὸ ἤτριον. ὡσπερ ἔμοι.* Si *εὐήτριον ὕφασμα* est laeue vel tenue vestimentum, vix poterit *ἤτριον* in Platone esse textae telae genus, quod addito *διεστηκός* in vitio ponatur. Contra mihi Plato dicere videtur praecepta istorum rhetorum male contexta argumentis minimeque inuicem apta cohaerere sibi videri veluti telam male pectine densatam, quae stamina singula inspectanti monstrat. Nec me tamen latet, Hermiam in Scholiis Mstis ad Platonem *ἤτριον* interpretari τὸ *εὐύφες ἱμάτιον καὶ ἀραιόν, ἀ-*

*περ φαίνεται μὲν εὐύφες τῷ δὲ κατανοῦντι διεστηκός ἐστι καὶ ἀραιόν καὶ ἔκ' εὐπαγές ἀλλὰ ταχέως διαρῆγνύμενον.* Timaeus etiam in Lexico Platonico τὸ τῷ ὕφασματος πλέγμα interpretatur; quibus fidem equidem nullam adhibeo. Non magis me mouet Erotiani auctoritas in Glossario, qui ex Hippocrate positum *ἐξητριάσειν* de vino saccato vel colato per lineum tenuem saccum, *ἤτριον*, interpretatus est. Locus enim Hippocratis hodie non exstat, et saepiuscule Erotiano accidisse scio, ut falsas lectiones aut probas minus recte interpretaretur. Maneo igitur in ea sententia, quae ex locis scriptorum allatis facile deducitur, fila tramae seu stamina tenuia laeua et bene torta graece *ἤτριον* et vestem inde confectam *εὐήτριον* laeuem, tenuem et densam dici, nisi potius, si quidem ab *ἄτρεσθαι, ἄσεισθαι*, ut a *διάσεισθαι, διάσμα*, derivare volueris, fila tramae per pectinem traiecta et a iugo suspensa omnia *ἤτρια* vocata fuisse videantur. Ceterum adinonebo lectorem, Gallicos artifices vocabulum graecum *πῆνος, πηνίον* ad aliam textrinae partem tractum et in *penne* mutatum adhibuisse. Latinum *pannus* multifariam etiam ipsum dicitur quanquam in Lexicis nondum satis eius notiones omnes explicatae sunt. Est in Euripidis Hecuba locus versu 466 seq. ubi chorus de croceo Mineruae peplo, seu crocota veste, quae Mineruae quotannis offerebatur Athenis et a virginibus sorte electis texebatur: *ἢ Παλλάδος ἐν πόλει τὰς καλλιδίφρου Ἀθοναίας ἐν κροκέω πέπλω ξεύζομαι ἄρματι πῶλως ἐν δαιδαλείαισι ποικίλης ἀνδροχρόκοισι πῆναις.* ubi *ἀνδροχρόκοι πῆναι* non differre videntur a *κροκέω πέπλω*, adcoque

eoque exinde de significatione vocabuli πήνη nihil confici potest. Ineptissime quidem illi Interpretes, qui Scholia graeca secuti ἀνθόροκος a κροκή derivantes vocabulum de variegato subtemine explicare maluerunt. In Euripidis Phoenissis pari absurditate veteres Interpretes graeci στολίδα κροκόεσσαν a κροκή subtemine deriuarunt; et in Aristophanis Ranis versu 46. κροκωτὸν χιτῶνα inepte vestem muliebrem ex subtemine (πήνη) contextram explicant. Isto igitur tempore vocabulum πήνη simpliciter pro subtemine usurpatum esse videtur. Denique ex Hesychio addo glossam. Κρέμβαλα' ἐφ' οἷς τὰς κροκὰς ἐντυλίσσειν αἱ γυναῖκες. vbi fusus, aut radius, cui fusus cum inuoluto subtemine inseritur, intelligi videtur.

Trama a stamine ita differre videtur, vt. in trama fila non solum suspensa vel intensa telae sed etiam decussata intelligantur. Itaque apud Senecam subtemen insertum duritiem, trinaeque comprimentis tramae renolliat. Hinc per translationem Persius 6, 73. hominem nacilentum pingui opponens: *nibi trama figurae sit, reliqua: ist illi tremat onerato popa venter.* Comparat corpus enaciatum usque ad ossa cum veste suerita, in qua primum flocci nollioris subteminis pereunt, ita vt tramae filae nuda appareant, quod Galli *montrer la orde* dicunt. Falso ex hoc Persii loco Seruius ad Aeneid. 3, 83. affirmat: *tramam esse filum quod intra stamen currit.* Quem errorem, forte ex inepta vocabuli a verbo *tramare* deriuati interpretatione ortum, bene demonstrauit Gesnerus in Thes. L vbi simul Casaubonum et Harduinum a vero aberrantes in rectum tramitem perducit. Victor tamen ne et ipse

T. IV. P. III.

vir doctus in eo falsus fuerit, quod stamen esse voluit idem quod trama. Mihi enim vtrumque vocabulum eo discrepare videtur, vt stamen dicatur, quatenus stanti vel erectae telae intenditur; trama, quatenus fila staminum inticem decussant se omnia ita, vt inter ea subtemen immissum commutare possit. Graece tramam ἀτριον, ἤτριον dici puto, vocabulo a verbo ἀττεσθαι, ἀζεσθαι, διάζεσθαι deriuato.

Prouti vestis plus minusue staminum aut subteminis intextum habet, ad varios vsus hibernos aut aestiuos densitate vel tenuitate variaque alia diuersitate fit idonea, multisque et diuersis plerumque ab vtroque filorum genere ductis nominibus appellatur. Quae plus staminis habet, graece στημόνιος, κατάστημος et πολύστημος vocatur, auctore Hesychio in vocabulo στημόνιον. Ex Sophocle ὀλοστήμονας πολύπαι προταένις a Polluce afferuntur. Hinc genus interulae, lanceae Monachorum et lericorum *staminea*, *staminium*, *stamina staminum* dicta, de qua Cangii Glossarium inspicies; vnde vulgatum hodieque vocabulum Gallicum *etamine* deriuatum est. *Μανστήμης πέπλης* ex Aeschilo et *ἀραιοστήμης* Grammatici veteres posuerunt.

Contra vbi texendo subtemen attritum erat, vestis graece *συκροστὸν ἱμάτιον* vocatur, quod Hesychius interpretatur ἢ ἡ κροκὶς ἀνατέτριπται. Vestem quae graece κροκή, κροκόεσσα, κροκωτὸς appellatur, fuerunt qui a subtemine, κροκή, dictam interpretarentur. Floccos lanae ex subtemine sillonum ars extrahit; vnde floccosa et villosa vestis dicitur; contra defloccata est vestis sine flocco et attrita, quemadmodum interpretatur Nonius in verbo

Α 3

verbo defloccare. Apud Festum *decotes* togae sunt. attritae, quasi coribus dertitae atque consumtae sint. *Pexa* vestis dicitur, in qua subreminis mollioris floccos, villos seu lanuginem fullonis ars excitavit. Hinc Horatius Ep. 1, 1, 95. *si forte subucula pexae trita subest tunicae* et Martialis Epigr. 2, 58. *pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita.* Et Plinius 8. sect. 73. *Istriae Liburniaeque lanam pilo propioreim quam lanae a pexis alienam vestibus tradit.* Homerus vestem *εὐνήτων χιτῶνα* Iliad ω, 580. laudans eandem intelligere nos voluit, quam in Odyss. δ. 134. *νήματος ἀσκητοῦ βεβυσμένον* dixit. Grammatici veteres *νήμα* de subremine sunt interpretati et *νήθειν* aiunt esse *κρόκην νήθειν* subteinēn nēre, atque omnino quicquid subtiliter effingitur adeoque id quod alias *μήθρμα* (tractum) dicitur, *νήμα* graece vocari annotavit Photius in Lexico Msto laudato ab Albertio ad Hesychii *νήμα*.

Radii, graece *κερκίδος*, vsum simul et vocabuli graeci originem demonstrat locus Antipatri Sidonii in Epigrammate XXII. vbi *κερκίδα εὐποίητον* ita definit, vt addat *εὐκρόκτους ἃ διέκρινε μίτους*: id est, quo percussa bene fila tramae discriminauntur. Philippus, vbi Antipatri carmen aemulatus est, Epigr. 18. radios vocat *λειομίτους κάμακας* perticas, quibus fila seu stamina laeuigantur. Plato in Cratylo sect. 7. vsum radii esse ait, vt submen et stamina confusa discriminentur: *κερκίζοντες τὴν κρόκην καὶ τὴν στήμονας συγκεχυμένους διακρίνομεν*. quod reperit in Politico sect. 23. p. 151. Idem in Cratyli sect. 9. cuiusque vestis generi aut crasso aut tenui, liaseo aut laneo diuer-

sam paulo radii formam conuenire ait. *ἐπειδὴν δὲν λεπτῶν ἢ παχῆ ἢ λιγῶ ἢ ἐρέων ἢ ὁποιῶν τινι κερκίδα ποιῆν* etc. Vidiuus in Theocrito supra *ἤτριον συμπλέκειν κερκίδα* de vfu radii dictum, quod Plato in Politico sect. 48. p. 202. *συγκερκίσειν* dixit, artem ipsam *κερκιστικὴν*. De ipso opere vsurpari verba *κερκίσειν, πλήθειν, πίεσειν, πυκνῶν* annotavit Pollux 7. sect. 35. Latini radium aut pectinem nominant, vbi Graeci *κερκίδα*; veluti quod Homerus Odyssae 5. versu 14. de Circe: *ἰστὸν ἐποικχομένην χρυσεὴν κερκιδὴν ὕφασσε*; id Virgilius Aeneid. VII. 14. imitatus dixit *arguto tēnnes percurrens pectine telas*: quem versum iterum posuit in Georgicis I. 294. In vtroque poeta varia olim verborum *ἐποικχομένη* interpretatio fuit. Graeci enim Scholiastae *ἐποικχομένη* alii *ἐπιπορευομένη* interpretantur; olim enim mulieres stantes nec sedentes texuisse telam; alii verbo *ἐποικχομένη* adiungunt vocabulum *κερκίδι*, itaque omnem locutionem explicant *ἐργαζομένη, ἰστυργῶσα*. Vtram interpretationem secutus fuerit Virgilius, non dubium cuiquam esse potest; quanquam Seruius ad eius locum: *aut istu pectinis aut manu percurrens; aut quia apud maiores stantes texebant, et hodie lintcones videmus.* Homeri igitur et Virgilio exemplo patet, graecum *κερκίδα* latinum esse pectinem. Auctor Ciridis versu 179. *non Libyco molles plauduntur pectine telae.* vbi de materia Libyca dubitant Interpretes. Ouidius Metam. 6, 132. *radium Cytioiaco de monte* id est buxeum nominat in textura, quali Galli hodieque vti mullunt. Radium inter texentium instrumenta non obscure ponit Virgilius Aeneid. IX 476. *excessi manibus radii tenuitateque percussa.*



nsa. Pensa sunt fila radiis clusa aut appensa. Locum hinc aemularus Claudianus de P. III. 161. *atritos manu radios dixit*. Vsum radii clarissime demonstrat locus Ouidii *eram*. 6, 56. *insevitur medium liis subtemine acutis, quod dii expediunt atque inter stamina etum percusso feriunt insecti pene dentes*. Eandem radii et stinis differentiam Ovidius *ator*. 3, 879 memorat: *illam stantes radio percurrere tenent erudit, et varum pectine densat*. Adhibet igitur de radio hinc verbum quod de pectine Virgilius graecam *κερκίδα* interpretatus posuit; radius inmodius sane cum inserto subtemine percurrere telas dicitur, quam pecten, qui reus discriminata stamina cum inserto subtemine cogere et dense dicetur. Itaque Ausonius Mosella versu 397. bene *te subtemine telas percurrunt* dixisse videtur. Omnitenendum erit graecae et latinae antiquitatis studiosis, scriptores Latinos graecum vocabulum *κερκις* saepissime radium interpretatos; quod exemplum ab H. Stephano et Gesnero Thef. L. L. posita demonstrant; in instrumento vero textorio plane diuersos ab eo loquendi vsu abiisse. Cautius dicitur H. Stephanus *κερκίδα* ait Latinos radium et pectinem vocasse, quam Gesnerus, qui in radio textorio solum vocabulum *κερκις* comparauit, adque alios etiam in errorem duxit. Graecum enim *κερκις* linem significat, quo tela dicitur et percutitur. Graecum *κέρκειν* et *κρέκειν βάργον* et *κιδάραν* dicunt, id est *facere*; hinc Sappho *κρέκειν ιστόν* dixit, id est telam sine plaudere et detexere. Vsum pectinis Virgilius ad *o arguto* vocabulo significa-

vit; graecorum poetarum imprimis anthologicorum luxuriosa ingenia variis atque ineptis ad furorem vsque epithetis sonitum applausi pectinis ornare conata sunt, quae repetere nolebam. Quos Philippus *λεομίτης κάμακας*, Lucretius V. 1353. post *radios* modestius sonantes *scapos* appellauit. Est apud Hesychium locus, ubi *κτεϊς* dici idem videtur in vsu textorio, quem Latini scriptores pectinem vocarunt. Is enim ita: *σπαθατόν τὸ ὄρθιον ὕφους σπάθῃ κεκρημένον, ἢ κτεϊνί*. Voluit igitur in tela recta stantes textrices olim spatha fuisse vsas, contra in tela plana sedentes stamina pectine non spatha (*κτεϊνί*), percussisse et densasse. Idem Hesychius *σπάθημα* interpretatur *πύκνωμα*, ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρηόντων τὰ ὕφη. Idem cum Polluce 7. s. 36. *σπαθίδα* esse ait vestem cum spatha textam (*σπάθῃ ὕφασμένον ἰμάτιον*) Plutarchus Coniuii. Quaest. 6. *λεπτοσπαθητοῖς χλανιδίων ἐραπίαις* ex Tragico posuit. Ex Sophocle *ἀσπαθητος χλαῖνα* cum Polluce 1. c. posuit Hesychius et Pausanias apud Eustachium ad Iliad x, p. 787. *σπαθῶν τὸν ιστόν σπάθῃ* dixit Philyllius comicus apud Pollucem X. sect. 126.

Licium graece dici *μίτον* constat testimonio Plinii 8. c. 48. sect. 71. *plurimis*, inquit, *liciiis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit, scutulis diuidere Gallia*. Haec polymita varias animalium hominumque figuras intextas habebant, Babylonicis vestibus acupictis similia. Vnde Martialis XIV. Epigr. 151. de Cubiculariis polymitis: *Haec tibi Memphis tellus dat munera; vincta est pectine Niliaco iam Babylonis acuta*. Ammianus XIV. 6. *tunicae varietate liciorum effigatae in species animalium multiformes*.  
Aa 2 Eusta-

Eustathius in Commentariis ad Homericum πηνίον ἐξέλευσα παρὲν μίτῃ annotavit μίτον esse, δι' ἣ τὸς στήμονας ἐναλλάσσειν εἰς πλοκὴν τῆς κρόκης id est, quo stamina alterantur vel decussantur, vt implicetur subtemen. Similiter Seruius ad Virgilio Eclog. 8, 73. *licia stamen implicant.* Recte igitur Gesnerus in Thes. L. L. *licia* a *laciendo*, laqueando dicta interpretatur *fila*, quibus in telis textrices implicant *tramas* staminis, quorumque ope distrahi eae possint et subtemen radio immitti. Vocabulum latinum apud Gallos in vsu textorum retentum *Lisse* sonat; vnde qui in tela stante tapetes texuntur, *de haute lisse*, qui vero in plana, *de basse lisse* dicuntur. In turcicorum tapetium tetrina laminae, *lames du tissend* dicuntur, quae compositae sunt *licis lisses*, inter duas regulas (*Linis*) extensis, quorum medium occupat *macula (maille)* quam *tramae* filum transit. Maiores nostri latinum vocabulum similiter in *Litze* mutatum retinuerunt; et quae telae *bilices* et *trilices*, vernaculo sermone etiamnum *Zwillich* et *Drillich* appellantur. *Telae licia addere* Virgilius Georg. I. 285 dixit pro vestem texendam exordiri; quod germanicus interpres non ineptum vernaculo nostro *anzetteln* comparavit. Ovidius *mollia barbarica suspendit licia tela* quae in rectam telam conueniunt, minime in planam. Tibullus I, 6, 79. *firmaque conductis adnectit licia telis.* Dicuntur *innecti licia*, quia *tramae* fila alterna per *maculam* innexam *licio* traducuntur, quo commodius deinde decussari possint, cum subtemen immittendum est. Telae igitur in Tibullo *tramae* stamina sunt, *die Fäden der Werste, Kette*,) *licia* vero, quae

textores nostri *Kämme, Gesche* vocant.

A numero liciorum, quibus in texendo vtuntur, varia vestium genera nomina imposuissent, quibus singularum peculiaris aliqua natura et species significatur. Vestem bilicem trilicem vernaculi sermonis vt retinuit; improprie Virgili trilicem loricanam, Valerius Flaccus Cratem clypei dixerunt Graeci *τριμίτων* et *τριμίτων* vestem dixerunt, quam Hesychius *εὐσπάθητον* bene persum spatha interpretatur; quae glossa forte ex loco Aeschylus est, quem Pollux 7. sect. 78. ita laudauit: *σὺ δὲ σπᾶς τοῖς τριμίτοις ὑφάσμασι.* opere nexili etiam dici, vt *triplex* latinorum scriptorum testantur *πίλοι τριμίτων* apud Pollucem X. sect. 50. ex Lysippi comici Bacchis asperuntur *ἀλλὰ τριμίτος ἐστὶ πῖλος* qui quidem idem est cum *ποδείω* seu pilei generis pedes inuoluebantur. Hesychius *Cratetis πόδεια τριμίτων* apud Pollucem 7. sect. 92. Hexamitas vestes holosericas (*ἐξάμιτων*) Graecia antiqua ignorauit, recentior frequentauit; et Corinthiacos Thebanosque Sicili colonos texturam hexamitorum praecipue exercuisse testantur Nicetas historicus in vita Manuel. 2. num. 8. quod vocabulum graeci latinique scriptorum mediae, quae dicitur honestam quam barbarae, aetatis varietatibus mutatum mutilatumque in *ἐξάμιτος*, *ξάμιτος*, *ξάμιτος*, *examitum*, *exametum*, *amitum*, *Xametum*, *Samita*, *Sametum*, *Sanitum*, *Sciमितum*, *Samis* apud Britonem Philippum libro 12. *Samit* donec vernaculum nostrum *Sammet* eiret, vt recte monuit Gangius Originem vocabuli Frischii noster ignorasse vel Cangii omissum esse videtur.

Καῖρος qui graeco dicitur, a quibusdam idem putatur qui μίτος. Hinc Hesychius vbi Homericum locum b. Odyss. 7. versu 107. interpretatur: καίρωσίν δ' ὀδονέων ἀπολείβεται ὑγρόν ἔλαιον. explicat primum vocabulum per μεμιτωμένον. καῖρον δὲ τὸν μίτον. Φασίν γὰρ οἱ δὲ τὰς παρυφὰς τῶν ἀμπεκόντων. οἱ δὲ εὖ κεκαρωμένοι τῆ ἐστὶν εὖ ὑφασμένων καίρωματα γὰρ τὰ διαχωριστικὰ τῶν στήμωνων πλέγματα. Similiter fere Photius in Lexico qui alibi καῖρος inquit, σιγὰ τις ἐν ἰσπῶ, δι' ἧς οἱ στήμονες διεργάζονται. Iterum Hesychius in vocabulo ἀμφιμάλλος ἐνίοι τὸν ἐν τοῖς ἰσπῶσι καῖρον ἀποιδόασιν καῖρον δὲ τὸν μίτον ἐλεγσον. Tertius eiusdem locus in ἀμφιμίγες mancus et mutilus in postrema sui parte spectat ad ommissum ἀμφίμιτος; (de quo Pollux 7. sect. 57.) quod interpretatur καὶ σπαστίον πρὸς ὃ τὸν μίτον αἱ γυναῖκες προσάγναι. Vbi σπαστίον funis ex sparto nexus forte idem est, quem Photius σιγὰν id est funem stamina discriminantem dixit. Pollux deriuatum ἀκαῖρος verbum καίρωσαι in textrina explicat per συνδέσαι τὸν στήμονα id est alligare stamina, et καίρωσιν per σύνδεσιν. 7. sect. 33. Hesychius pariter καίρωσιν τῷ στήμονος τις συνδέσμος id est, staminis alligationes interpretatur. In Callimacho καίρωσιν τριδης Grammatici veteres simpliciter textrices esse censuerunt. Superest locus in Etymologio Magno, vbi in loci Homericum supra allati interpretatione legitur: οἱ μὲν τῶν κροσσῶν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν καίρωμάτων ἔτω δὲ καλεῖται καῖρος καὶ καίρωμα ἢ παραπλοκή τῷ στήμονος ἢ διαπλεκόμενη ὑπὲρ τῷ μὴ συγχέουσαι αὐτόν. Itaque si καῖρος fuit implexio staminum quae quo minus ea confunderentur,

impediebat, plane a licis diversa res statuenda est. In hodierna texendi ratione stamina decussata annexuntur reliquiis staminum abscissorum, quas nostri textores Trümmer, Lodiigeni, Loedlein, Ledel, Galli penes vocant; sed in tela recta stamina ponderibus lapidum appensis extenduntur, nec illae staminum reliquiae ibi locum habuisse videntur, nisi forte pondera adiuncta habebant. fila brevia, quibus innecterentur fines staminum ex iugo telae suspensorum.

Quas dedi vocabulorum texturiorum interpretationes, ad intelligendum faciliores reddet locus antiqui Glossatoris ex Codice Florentino Nicetae Chirurgicorum excerptus a Cochio p. 157. vbi est de καίρω pro καίρωσιν fascia scripto: καῖρον γὰρ τὸν μίτον ἐνίοι Φασί, καίρωματα τὰ διαχωριστικὰ τῶν στήμωνων πλέγματα. καὶ ἀπλῶς καίρωματα τὴν ὕφην ἐλεγσον ἐντεῦθεν τὸ καίρωσιν ὁ ποιητὴς τῶν ὑφασμένων Φησίν καίρωσιν δ' ὀδονέων ἀπελάμπεται ὑγρόν ἔλαιον. In loco Homericum vulgo ἀπολείβεται editum legitur.

Vocabulum ἐξαστις in libro Hippocratis κατ' ἰητρείων vbi commendat ὀδόνια κῆφα, λεπτὰ, μαλακὰ, καθάρὰ, πλατὰ μὴ ἔχοντα συρροφὰς μηδ' ἐξαστίας. Galenus in Exegesi ad h. l. interpretatur: τὰ ἐπανιστάμενα ἐξ ἄκρων τῶν σχισθέντων ὀδονίων λῖνα καὶ ἀπὸ τῶν ῥακῶν τὰς κρόκας. Addit sibi etiam videtur sic dicta: καὶ τὰ πρὶν σχισθῆναι πρῶχοντα τὸν αὐτὸν τρόπον. In Commentario habet: ἐξαστίας, οἷτινες ἐν τοῖς ὑφαινομένοις ἐνίοτε μὲν ἐξέπιτηδες, ἐνίοτε δὲ ἀκνήσις γίνονται προμήκεις ἐξοχῆ ποτὲ μὲν αὐτῆς τῆς κρόκης. ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ τῆς πορφύρας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς καλυμένας παρυφὰς ἐκῆσαι τῆτο πράττειν διὰ παντὸς αἱ γυναῖκες.

mes. Sed in alio libro apud Niceram Chirurg. vet. p. 62. vbi locum Hippocratis interpretatur, habet: *ὡς μὴ ὑπάρχων τι ἐξέχον καὶ παχύ, καθάπερ ἐπὶ τῶν παρυφασμάτων.* vbi Cochius comparauit locum Pollucis 7. sect. 53. *αἱ μέντοι ἐν τοῖς χιτῶσι πορφύρα βλάβδοι παρυφῆ καλῶνται.* Verum Galenus παρυφᾶς a πορφύραις distinguere viderur. Sensum vocabuli aperit locus Heliodori chirurgi in Cochii Chirurg. veter. p. 63. vbi ait: *ἐστῶσαν δὲ τῶν μόνων αἱ διπλοῦν ἔνδον νενεκυῖα, καὶ τὰ πέρατα ἐξωθεν ἐσχηματισμένα, ἵνα μὴ αἱ τῶν ἄκρων ἐξάντες τῆ μὲνιγγι ἐπισύρωνται* i. e. linamentorum horum plicaturae introrsum vergant, extrema vero nutent extrorsum, ne super membranam extremæ fimbriæ vel flocci exstantes filorum trahantur. vbi glossa Codici adscripta Hippocraticas ἐξαστίας comparat, ne dubitemus ἐξάντες quæ sint intelligendæ. Sunt igitur fila vel tramae vel subteminis extra ordinem reliquorum filorum aut vi aut negligentia textoris in texta veste eminentia, qualia in panno, qui hexamitus nobis dicitur (Sammet) apparent floccorum instar, ex laqueis videlicet filorum subteminis discissis orta. Vocabulum ipsum ab eadem origine profectum viderur quam agnoscit *δίασμα*, factum ab ἄττω, ἄσσω, ἄζω, διάζω, *δίασμα*. Sic item *ἐξασμία*, *ἐξαστίς* dicta viderur fuisse, cum filum vel tramae vel subteminis duplicatum extra textum eminet.

Sequitur vocabulum ἄσμα, *δίασμα* a verbo *διάζεσθαι* derivata. Pollux 7. sect. 33. *στήσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια καὶ προφορεῖσθαι ἕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ νῦν διάζεσθαι* addit ex Attico poeta comico verbum: *ὁ μὲν ἐξυφαίνει ἰστὸς ὁ*

*δὲ διάζετο.* vbi dubitari potest num phrasis *στήσαι τὸν στήμονα*, pro qua Heliodus *ἐργῶ* versu 779. *ἰστὸν στήσαι* dixit latine *telam suspendere, stamen intendere*, separanda a sequentibus sit, an coniungenda ita ut eandem rem alii *στήσαι τὸ στήμονα*, alii *προφορεῖσθαι*, alii denique *διάζεσθαι* dixerint. Posteriorem sententiam H. Stephanus amplexus est; priorem equidem sequi malim; quia generatim *στήσαι στήμονα* dicitur de tela suspensa seu intensa *διάζεσθαι* partem eius opera speciatim significare viderur Hesiychius verbum *προφορεῖσθαι* explicat ita: *τὸ ταῖς διαζομέναις τὸν στήμονα παραδιδόναι* Scholia ad Aristophanis *Αυῆ* versu 4. verbum *προφορεῖσθαι* interpretantur: *τὸ παραφέρει τὸν στήμονα ταῖς διαζομέναις* vbi Suidas post verbum *παραφέρειν* addita habet vocabulum *δεῦρο κἀκείσε*. Ita ex auctoritate duorum horum Grammaticorum, (nisi forte Hesiychius etiam cum Suida ex eodem fonte sua deriuauerat) verbum *διάζεσθαι* diuersam actionem a verbo *προφορεῖσθαι* sed opere et tempore cum ea coniunctam designasse viderur. Etymologici magni auctor vbi vocabulum *δίασμα* interpretatur, ita docet: *ἀπὸ τῆς δαίσεως, τῷ μερῷ μὴ ἐπεὶ τὸς στήμονας διαμερίζουσι.* Etymologia manifeste falsa; de notione vocabuli videamus an loca veterum scriptorum adstipulentur. Quarumquam nullius exstat hodie locus integer scriptoris, a quo vsum vocabuli discere possimus sed posuerunt Grammatici aliorum aliquot poetarum verba in quibus diuinatio magis quam interpretatio locum habere videtur. Ex Callimacho laudatur *δίασματα Φάριος ἀρχή* sed initium telae seu vestis vnde dicitur. Hesiychius cum

Suida verbum ἀρτεσθαι pro ἀρξασθαι, διάρξασθαι vt deriuatum inde ἄσμα pro διάσμα ex Sophrone Siculo interpretantur. Helychius etiam ἐνεδιάσθαι pro εἰσενεπλάκη alicunde attulit; vbi viri docti ex Palladii libello de Bragmanis p. 77. σκώληκες σηρικοδοιαστῆς de vermibus serica fila ex se deducuntibus annotauerunt. H. Stephanus cum in Glossis Graeco latinis reperisset διάρξασθαι redditum latino *ordiri telam*, non dubitauit in Thesauro suo ponere, textorem videri *διάρξεν τὸν ἴσπρον*, cum filis diuisis explicatisque telam orditur. Verum equidem verbum *ordiri* et vocabulum *ordinum* de diuersa re speciatim dici supra suspicatus sum; de qua, nisi Glossae veteres fallunt, *διάρξασθαι* et *διάσμα* Graecorum vsu frequentata sunt. Quod autem verbum antiquum ad vsu vulgari sermonis suo tempore retractum annotauit. Pollux, confirmare videntur loca versionis Interpretum LXX. in libro Iudicum c. 16. vbi Sampson dicit Dalilae suae: *ἐὰν ὑψάνης τὰς ἐπτὰ σειρὰς μετὰ τῷ διάσματος, καὶ ἐγκυύσης ἐν τῷ πασσάλῳ εἰς τὸν τοῖχον, ἔσομαι ἀσθενής.* et mox ipse Sampson *ἐξέσπασεν τὰς πασσάλους ἐν τῷ ὑψάσματι ἐκ τῷ τοίχῳ καὶ τὸ διάσμα*. postea Dalila *ἐδιάσατο τὰς ἐπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ κατέκρυπεν ἐν τοῖς πασσάλοις εἰς τὸν τοῖχον*, vbi H. Stephanus *διάσμα licium* et *διάρξασθαι* licio implicare interpretatus est. Ex duabus virorum doctorum sententiis haec posterior, quae *διάρξασθαι licia telae adnectere* reddit, magis mihi probabilis esse videtur, quam altera, quae cum latino *ordiri* comparat, cuius notionem supra aperui. Sententiae huic auctoritatem et pondus addere videtur Helychii locus, vbi est: ἀρχάνη

(vel ex serie literarum ἀρχάλη) τὸ ῥάμμα ᾧ τὸν στήμονα ἐγκαταπλέκουσιν αἱ διαζόμεναι. vbi funiculus, qui liciorum ordinem annexum gerit, et petticae locum obtinet, quae in tapetium Turcicorum textura *perche de Lisses* vocatur, intelligi mihi videtur. Vocabulo ῥάμμα videtur Helychius in ἀγαθῆς, *δέσμη ῥάμματος ἢ στήμονος*. Eustathius ex Grammaticis vetustioribus posuit: ἀγαθῆς, *δέσμη, ῥάμμα, στήμονες*. Sed etiam H. Stephanus in Lexico suo scriptum reperit: ἀγαθῆς, *δέσμη τις καὶ εἶδη τινὰ ῥάμματος καὶ στήμονος* vbi ῥάμμα filum interpretatur Helychii verba ex Glossis graeco barbaris repetita posuit Cangii Glossar. Graecum in vocabulo ῥάμματος. Etymol. M. auctori est item *δέσμη*, aut species ῥάμματος ἢ στήμονος. difficile hinc est dicere ἀγαθῆς num filii genus an glomus staminum sit intelligenda. Vocabulum omnium difficillimum, de cuius significatione maxime dubitatum fuit, exstat in Homericis comparatione Iliad. *ψ ὡς ὅτι τίς τε γυναικὸς εὐζώνοιο στήθεός ἐστι κανὼν, ὄντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσση πηνίον ἐξέκλυσα παρὲς μίτην, ἀγχόθι δ' ἴσχει στήθεος.* quem locum imitatus Nonnus Dionysiacorum libro 37. p. 956. *οἷα κανὼν στέρνοιο πέλει μέσος ἐν (ὄν corrigo) τινι μέτρῳ παρθένης ἰστοπόνοιο τεχνήμονι χερσὶ τανύσση* non solum sensum non aperuit, sed ita etiam obscurauit, vt quae repositam illustrare debebat imago, multo illa ad intelligendum difficilior sit. Subsidia a solis Grammaticis petenda sunt. Helychius igitur interpretatur canonem: τὸ ξύλον περὶ ὃ ὀμίτος. Scholia breuia ad Homerum: ὁ κάλαμος περὶ ὃν εἰλάται ὁ μίτος ὁ ἰσθηγικός. Eustathius cum in commentariis antiquis

antiquis reperisset annotatum, canonem esse *κάλαμον τῶν μίτων*, ingenue, se non certo iudicare inde posse, quod sit illud instrumentum, confessus est. H. Stephanus esse quod Gallici textores *canette* vocent, suspicatus est. In Pollucis VII. sect. 36. verbis *κανῶν εἰς τὸ το κάλυμενος, ἀντίον, πῆχους, ἰστύπυς* etc. Codex Falkenburgicus praefert: *κανῶν ἰστύ τὸ κάλυμενον ἀντίον* quae viri docti ita intellexerunt, quasi canon etiam *ἀντίον* vocatus fuerit; *ἀντία* autem glossae Philoxeni interpretantur *insubula*. Ioach. tamen Kuhnius *ἀντίον* a canone distinxit, ex Glossis graecolatina comparans: *scapi, κανόνες γεγραφοῖ* i. e. canones textorii. Sed haec interpretatio non minus obscura est, quam vocabulum ipsum *scapi*; Lucretii enim *sonantes scapos* esse de *κερκὶς* Graecorum intelligendos supra admonui. Diuersas res esse canonem et antium satis apparet ex Aristophanis in Thesmophoriaz. versu 829. qui utrumque vocabulum iunctum habet cum *καλαθίσκοις*, vnde ad rem textoriam vocabula pertinere credibile est. *Ἀντίον* in alio scriptore nondum repertum praeterea est, nisi in versione Interpretum LXX. 2 Regum 21. et Paralip. I, II. vbi vetus versio latina *liciatorium texentium* reddit. Vgutioni grammatico apud Cangium *liciatorium* est *lignum in quo licium involuitur et laqueus qui de filo solet fieri*. Ita plane designatur pertica illa licia annexa gerens in tela tapetium turcicorum, quam Gallici *perche de Lisses* vocant. Ergo interpretes illi, qui Homericum *κανόνα* arundinem esse voluerunt, circa quam voluntur licia, idem illud liciatorium intelligi voluerunt. Superest ut de insubulo videamus. Isidorus Origin. 19. c. 29. *insu-*

*bulum*, inquit, *textoris instrumentum*, sic dictum, quod *infra et supra fit, vel quia insubulatur*. ex quo loco Lambinus in priorem Lucretii Editionem libro V. 1371. vbi de *textrinae instrumentis* post ferri usum inventis serino est: *textile post ferrum est: quia, ferro tela paratur: nec ratione alia possunt tum laevitia gigni insilia ac fusi radii scapique sonantes*. mutata vetere lectione induxerat *insubula*, sed in altera antiquam restituit, interpretationem omisit. Isaac Vossius ad Melam Observ. p. 249. scripturam Codicum *ensilia* praefert, quem secutus Io. M. Gesnerus in Thesaur. L. L. arundinem Ovidii interpretatur, quae stamen fecerit. Hic enim in Metamorph. VI. 54. vbi certamen Arachnae cum Minerva narratur. Et *gracili geminas intendunt stamine telas, tela iugo vincta* est: *stamen, fecerit arundo*. Verum clarius erat definiendus simul arundinis istius in tela pendula usus, si cognitum ipse habebat Gesner. Mihi sane commodissimum videtur arundinem istam pariter de liciatorio interpretari; ad quod nos ducit etiam vulgaris insubuli aut insilium interpretatio ab Isidoro illa, haec a Baptista Pio profecta. Hic enim Lucretii insilia ait esse; quae Bononiae appendicula vocentur; telam examinantia demissam; alios tamen interpretari de instrumento ligneo pedibus textoris supposito, quod Bononiae *calculatorum* nomine veniat. Sed in tela pendula *calculatorum* vel *scamillorum*, quae nostrates *Schemel* vocant, sum nullum potuisse esse statim apparebit. si quis imaginem telae iugalis rectae pictam adspexerit aut animo suo bene informauerit. Isidori autem *insubulum*, quod *infra supraque* est, in tela plana, de qua sola dici videtur, nihil fere

fere aliud esse nisi liciatorium potest, quod scamillis calcatis sursum deorsumque trahitur, simulque filorum strata gemina alternat, dum radius insertus subtemen immittitur. In tela vero pendula non solum nullus, ut antea dixi, scamillorum usus est; sed ipsa tramae seu staminum strata gemina decussata alternis non sursum deorsumque, ut in tela plana, sed antrosum retrorsumque ope liciatorii trahuntur. Quam parum ex Grammaticorum commentariis ad Homerium locum intelligendum profecerimus adhuc, ipse facile lector intelliget. Experiendum nunc num alia via et ratione ad sensum loci et significationem canonis textorii propius accedere liceat. Homerus comparationem canonis textorii adhibet, dum, Vlysses cum Aiace cursu certans quam prope ab Aiace abfuerit vestigiis eius quasi instans, similitudine posita demonstrare conatur. Canonem igitur seu regulam aequae propinquam ait pectori textricis esse, quam ea manibus extendat, dum panuclam iuxta licia extrahit, vel (si lectionem librorum quorundam *παρὰ μίτρον* sequaris) panuclam ex licis extrahit. In hac interpretatione verborum graecorum propriam significationem expressi, prout eam enucleare hucusque conatus sum, exemplis et usu loquendi seriorum scriptorum confirmatam. At fieri potest, ut poeta paulo diuersam notionem singulis vocabulis tribuerit; quemadmodum saepenumero *μίτροι* simpliciter fila tramae seu stamina dicuntur. Tum igitur panucla vel subtemen dicitur iuxta stamina vel ex staminibus extrahi. Sed haec ratio plane absurda est; nunquam enim subtemen iuxta stamina extrahitur, sed inter stamina

immittitur. Tertia superest ratio, ut *πηνίον* stamina et trammam interpretemur. Tum trama iuxta licia vel potius ex licis extrahi dicitur; quod fieri vidimus cum licia telae annectuntur, et trama per liciorum laqueos traicitur. Verum etiam haec ratio hoc vitio laborat, quod nullius idonei scriptoris testimonio aut auctoritate significatio haec *πηνίον* confirmari potest. Quare solam illam interpretationem approbandam esse patet, quam primo loco posui. In recta autem vel pendula tela panucla vel subtemen nunquam ex licis sed semper iuxta vel infra licia extrahitur, dum a fuso subtemen deuolutum inter decussata tramae fila immittitur. Quarendam nunc est ea pars telae rectae quae ante pectus textricis posita alio tempore magis minusque propinque est. Nullam aliam reperio nisi quae licia appensa gerit, per quae tramae stamina transeunt; qua de re postea accuratius trademus, ubi fabricam et formam telae rectae explicabimus. Paene oblitus eram interpretationis seu potius periphraseos, quam obiter posuit Gesnerus in Thesaurō L. L. sub vocabulo Licium. Ita, inquit, *prope Aiacem est Vlysses cursu cum illo certans, ut prope pectus mulieris est canon, quem manibus bene extendit (cum licis ad eum alligatis, quae sic dirigit canon, ut aequabiliter trahi possint, quo ipso nominis sui mensuram, notionem regulae, implet) extrahens ita stamen partem tramarum (per licium seu licia) et (alternis) ad pectus admonet.* Haec igitur ipsa illa est ratio, quam tercio loco propositam propter alienam *πηνίον* significationem improbaui. In Gesneri autem paraphrasi accedit nouum incommodum, quod, cum licia telae annectuntur,

licia non alternis attrahuntur ad pectus, sed vna series florum tramae singulis licis vnus liciatorii adduntur; deinde licia cum trama tantum in texendi opere ad pectus alternis adducuntur; minime autem, dum telae annectuntur.

Huc pertinent etiam vocabula duo, alterum ex versione LXX libri I Regum 17, 7: varie annotatum. ὁ κόντος τῷ ὄρατος ὡσεὶ μεσάντιον ὑφαινόντων. vbi Codices et Editiones varias lectiones habent: μέσακμον, μέσακμον, μέσακλον, μέσακλον, μέσακκον, μεσάκτων, μεσάκρων, μεσάτων. Aquila et Theodotion ibi ἀντίον vocabulum Hebraicum interpretati sunt. Hefychius μέσακμον κανῶν τῷ ἰσθῷ, οἱ δὲ ἀντίον. Suidas: μεσάκμων τῷ κανόνι τῷ μέσῳ καλᾶμῳ τῷ ἰσθῷ. Ioannes Monachus Histor. Gaufr. Libro I. apud Cangium ex illo loco habet: lanceam quasi liciatorium. Cangius ex Lexico Stephani posuit: Ἀντίον τὸ κανόνιον τῷ ἰσθῷ βαλλόμενον, ὅπερ καὶ μεσάκκονον λέγεται. Alterum vocabulum ἀνταρ Hefychius ex Euphorione positum διάσμα interpretatur. Dubium etiam an tertium vocabulum apud eundem: ἀντήριος, στήμων huc pertineat.

Ex antiquitate graeca et latina solus superest Seneca, qui antiquioris et recentioris artis textrini differentiam paulo accuratius ex Posidonio annotaverit. Obiter enim rem tetigit. Herodotus 2, c. 35. aliae quidem, inquit, gentes sursum impellunt subtemen texendo, Aegyptii contra deorsum. Huc pertinet etiam locus Ephori in Europa excerptus in Etymologico Magno, vbi explicatur Homericum: ἰσθὸν ἐποιοχόμενη: antiquae, inquit, mulieres stantes texebant et telam obibant; (ἐπιπορευόμενα τὸν ἰσθὸν) prima Ae-

gyptiaca mulier Hyos nomine sedens texere coepit; unde Aegyptii Mineruae sedentis imaginem dedicarunt. Ex quo loco Herodotum ita interpretatur Salmasius ad Vopiscum p. 401. vt textorem telae assidisse putet. Verum status, vel sessio textoris omne textrini Aegyptiaci et Graeci discrimen non continebant, verum situs telae ad perpendicularum aut ad libellam directae vnice spectandus est. Videmus enim hodieque telae, vbi tapetia turcica perficiuntur, stanti et erectae textorem infra assidere. Quoties vero vestis lanae detexenda erat, inprimis in antiquissima illa et simplicissima telae forma stantis, statu textoris telam obeuntis erecto opus fuisse videtur. In ea enim stamina ponderibus appensis extendebantur, et subtemen sursum impulsa non pectine, sed spatha densabatur. Contra tela inter ramalia duo extensa stabat, velut ea, vbi tapetes turcici texuntur, assidentem textorem admittebat, qui subtemen spatha deorsum impulsam densaret. Recte tamen ad telam pendulam (vt vocat Ouidius Heroid. I. 10.) refert et explicat Salmasius locum Isidori Pelusiorae de Galilaeis: κατ' ἕς καὶ μάλιστα τὸ τοιοῦτον φιλεῖ γίνεσθαι ἰμάτιον τέχνη τινι, ὡς αἱ στηθοδεσμίδες, ἀνακρηστόν ὑφαινόμενον. Vestis nempe ita dicitur, quae in tela pendula sursum impulso et spatha percusso (ἀνακρηστόν) subtemine detexitur. Tertio loco ponam Artemidori locum de Somniorum interpretatione 3, c. 36. ἰσθὸς ὄρθιος κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνει. χρηὴ γὰρ περιπατᾶν τὴν ὑφαινῆσαν ὁ δὲ ἕτερος ἰσθὸς κατοχῆς ἐστὶ σημαντικός. ἐπεὶ δὲ καθεζόμενα ὑφαινῆσιν αἱ γυναῖκες τὸν τοιοῦτον ἰσθὸν id est: tela recta motum et peregrinationem significat,



fiat, quoniam in ea textentes ambulare oportet; contra altera tela retentionem denuntiat, quia mulieres assidentes in ea texere solent. Vtraque igitur tela Artemidori temporibus in vsu foeminarum domestico fuisse videtur, quem viri docti imperante Marco Antonino vixisse suspicantur. Dubitari tamen etiam in hoc Artemidori loco potest, qualis tela illa altera fuerit, cui assidentes texere mulieres solebant, inter ramalia duo intensa et erecta, an plana? Planae tamen mentionem disertam in illo hucusque scriptore vel graeco vel romano repertam a quoquam, non memini; quanquam coniciendo eam ex multis scriptorum locis elicere licet, ut postea docebo, quam antiquissimae telae pendulae formam ex loco Senecae explicauero. Ecce, inquit Epist. 90. *Posidonius tui mea fert opinio, vnus ex iis qui plurimum philosophiae contulerunt, dum vult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila alia ex molli solutoque ducantur; deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat; quemadmodum subtemen insertum, quod duritiem vtrinque comprimētis tramae remolliat, spatula coire cogatur et iungi; textrini quoque artem a sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo tela iugo iuncta est; stamen secernit arundo; inseritur medium radiis subtemen acutis, quod lato feriunt insecti pectine dentes. Quid? si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua nou dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est. Versus allati sunt Ouidii ex Metamorphoseon VI. 54. vbi vno auctiores leguntur: quod digiti expediunt atque inter stamina ductum percusso feriunt insecti pectine den-*

tes. Discrimen vtriusque telae, quod manifesto quidem appareat, in vsu pectinis pro spatula esse videtur. At pectinis vsus in tela pendula atque omnino in recta locum non habet; itaque ratiocinando deducimur ad telam planam, quo pertinent omnia ea scriptorum loca, vbi pectinis fit mentio. In hac ratione omnium postrema et tertia tela iugo iuncta est, non vincta, ut libri quidam scripti habent; quanquam tela iugo vtrinque alligatur; melius tamen verbum *iuncta est* naturam iugi, cui tela detexenda intenditur, et telae iugalis declarat. Telam iugalem in villa nominat Cato c. 10 et 14. quam eandem esse suspicor; certe ea a tela recta, vbi trama suspensa ponderibus pendebat, diuersa est. Hanc antiquissimam rationem texendi adhuc in Palaestina vsitatam indicat locus Theophylacti ad Euangelium Iohannis a Casaubono, Salmasio aliisque viris doctis certatim laudatus: *ἄλλοι δὲ Φάσιν ὅτι ἐν Παλαιστίνῃ ὑφαίνουσι τῆς ἰσθῆς ὄχως παρ' ἡμῶν, ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων καὶ τῷ στήμονος, κάτω δὲ ὑφαίνοντες τὴ πᾶντι καὶ ἄνω ἀναβαίνοντος, ἀλλὰ τὸν ἀντίον κάτω μὲν εἰσιν οἱ μίτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα.* id est: alii affirmant in Palaestina telas alia ratione quam apud nos texti, licis non supra positis cum stamine, dum textum infra perficitur, sed contra licia infra textum inceptum sita sunt. Vnde simul viri docti Theophylacti istius patriam Aegyptum fuisse arguunt.

Rectae telae vsum ad Plinii aetatem vsque in gynaeceis romanis durasse, infra vbi de tunica recta sermo erit, pluribus docebo. Sed illam ipsam antiquissimam telae formam, in qua stantes texebant, feris ro-

mani imperii temporibus adhuc in usu linteonum fuisse credere oportet Seruio grammatico; ita ad Aen. VII. 14 tradenti; quia apud maiores stantes texebant ut hodie linteones videmus. Saltem esset de vestibus lineis; nam quae vela seu lintea texebant vniuersae Galliae tempore Plinii 19. sect. 2. telam rectam adhibuisse non planam, vix cuiquam probabile videbitur.

Nunc antiquissimam et primam textrini rationem, vbi tela pendula texebatur a stante, per partes explicare conabor. Tria sunt, quae maxime in ea distrepant a tela plana. Primum telae seu tramae stamina latitigno transuerso suspensa infra appensis lapidum ponderibus extendebantur. Deinde licia inferius tramae fila alterna implicabant, supra vero ea textum perficiebatur. Denique subtemen inter tramae stamina immixtum sursum versus spatia, quam textrix manu regebat, impulsu percutebatur atque ita tela densabatur. De ponderibus infra appensis tramae testatur Aristoteles de Gener. Anim. I. 4. vbi testiculos ductibus seminalibus appensos comparat cum lapidibus tramae staminibus in tela appensis: ὅδ' ἐν γὰρ εἰσι μῆριον τῶν πόρων, οἱ ὄρχεις ἀλλὰ πρόσκεινται κατάπερ τῆς λᾶας προσάπτουσιν αἱ ὑφαίνουσαι τοῖς ἰστοῖς. vbi versio vetus latina ex Graeco facta λᾶας recte lapides ἰστῶς interpretatur. Iterum philosophus libro 5. c. 7. ὥσπερ ἂν εἴ τις χορδὴν κατατείνας σύντονον ποιήσειε τῷ ἐξάφῃ τῆ βάρους, οἷον αἱ τῆς ἰστῆς ὑφαίνουσαι καὶ γὰρ αὐτὰ τὸν στήμονα κατατείνουσαι προσάπτουσι τὰς καλυμένας λαίας. ἔτω γὰρ καὶ ἡ τῶν ὄρχεων φύσις προσήρηται πρὸς τῆς σπερματικῆς πόρου. quem locum respiciens Galenus de Semine libro I. καθ-

ἀπερ ἀφ' λαίᾳ τοῖς ἰστοῖς ἔτως οἱ ὄρχεις etc. Vetus versio latina Aristotelis, ex graeco facta lapides vocatas layas habet, quasi legerit scriptum interpretis: λᾶας τὰς καλυμένας λαίας. Atque huc ducit Hefychii locus; λέας τὰς ἀπὸ τῶν ἰστῶν κρεμανυμένας ἀρχας. Idem ἄγνητες ἢ λέας. Alio loco: Ἀγνηστὰς ἢ λέας. οἱ δὲ τὰς ὡς τῶν ἰστῶν. Eosdem igitur lapides alii λᾶας, ἢ λαίας, λέας, alii ἄγνητας vocant. Ita etiam tradit Pollux X. sect. 125. et VII. sect. 36. Ἀγνητες καὶ λέας οἱ λῆδοι οἱ ἐξήρητημένοι τῶν ἰσθμῶν κατὰ τὴν ἀρχαίαν ὑφαντικὴν, id est, agnythes et leiaes vocantur lapides quos antiqua texendi ratio staminibus appendebat. Hos eosdem lapides staminibus appensos telae rectae Islandicae pictae ostendit Olanus Danus in Tabula XII. addita Descriptioni Islandiae, quam sermone vernaculo versam et editam Lipsiae 1787. legi. Eadem pictura situm liciorum et formam spatulae ostendit. Hae tamen duae posteriores telae rectae partes conspiciendae, etiam apparent in pictura, quam ex Virgilii Codice Vaticano Imperantiquo posuit primus Ioan. Ciampini Romanus in operis de *Masiniis sacranum profanatumque aedium structuris* Parte I. cap. 13. Tabul. XXXV. figur. 1. reperiit in Antiquitatis explicatae gallico sermone scriptae Tomo III. tabul. 195. Montfaucon, emendatam parumper posuit etiam Braunius in libri I. cap. 16. de vestitu sacerdotum Hebraeorum; vbi staminibus tramae in fasciculos colligatis alia ratione traiectae perticae appensa apparent pondera. Codici Virgiliano aetatem mille et quadringentorum circiter annorum largitur Ciampini; addit Montfaucon, esse eum, qui apud aedem

aedem Dionysii in Gallis olim asseruatus fuerit; unde cognoscimus intelligi Codicem eum Vaticanum, quem altero loco descripsit egregius Heynius p. xxxix. quemque viri docti seculo quarto scriptum esse fere consentiunt. Praeterea in annotatione ad Aeneidis VII. versum 14. commemorauit immortalis ingenii viri picturam Codicis Vaticani, quae telae stantis formam alibi a se nondum obseruatam exhibeat. Facile precibus meis concessit praceptor venerandus, vt picturam ex libro Bottarii Romae anno 1741. prodito exscriptam ad me transmitteret. In hac igitur paene omnia eadem reperi vt in pictura, quam Ciampini in libro supra dicto et Tabulae XXXV. fig. II. publicauit, quamque repetitam a se, dextro tamen latere, vt fit, ab artifice in sinistrum conuerso, Gallus Montfaucon ex regis Galliarum Bibliothecae Codice scripto seculo decimo Commentariorum ad librum Iobi de promptam esse ait. Vtrique picturae subscriptum Ciampini nomen legitur, cuius tamen Montfaucon mentionem nullam facit. Ille vero in hac posteriore pictura expressam monet foeminam, quae telam simplicem inter duo iuga extensam, nec ponderibus intensam ita texat, vt subtemen spatha deorsum impulsam et percussam cum trama coire cogat. Idem est telae situs in pictura a summo viro Heynio ad me transmissa, sed femina aditans manum vtramque telae applicat, nec vllum spathae vestigium adest. Quare deinceps eius picturae, quia nullum plane vsum ad telae antiquae formam explicandam habet, mentionem omitram.

Vetustissimam texendi rationem Romae disciplina domesti-

ca quasi consecrauerat, ita vt Plinius 8. c. 48. sect. 74. recta tunica tirones cum toga pura nouasque nuptas indui suo etiamnum tempore affirmet. *Panaquil*, inquit, *prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur nouaeque nuptae.* Qualis vero tunica recta fuerit, docuit Festus. *Rectae*, inquit, *v appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant omninis causa, ita appellata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur.* Idem alibi: *Regillis tunicis albis et reticulis luteis vtrisque rectis, textis sursum versum in stantibus pridie nuptiarum diem virgines indutae cubitum ibant omninis causa, vt etiam in togis virilibus dandis obseruari solet.* Graecorum similem loquendi vsum supra annotauimus. Verum nullum scriptoris latini testimonium exstat, quo tempore telae planae in Italiam vsus introductus aut quando rectae abolitus fuerit. Linteones suo tempore in tela recta texuisse Seruius Honoratus refert in Commentariis ad Aeneidem Virgilio. In Asia diutissime, certe in quibusdam textilium generibus, antiquissimum texendi modum seruarum fuisse, docet historia texturae tapetium Turcicorum in Galliam a Saracenis imperante Carolo Martello introductae. Non negligendus ad historiam textrinae in Italiam translatae videtur locus Plauti in Pseud. I, 2, 14. vbi peristromara picta Campanica iuxta Alexandrina belluata conchyliata tapetia commemorantur.

Rationem vestis omnis cum manicis detexendae, ita vt nulla deinceps pars futura cum altera coniungi deberet, quod hodieque in omni fere vestimentorum muliebrium et virilium genere fieri videmus, iam olim

olim inter ecclesiae christianae Patres fuerunt, qui mirarentur; inde enim factum puto, ut qua arte tunica Christi, quae ἄρραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὕφαντος, δι' ὧν a Iohanne dicitur cap. 19. in tela recta detexta fuerit, docere conarentur. Chrysostomus in Ioannem Homilia 85. ἐν Παλαιστίνῃ, inquit, δύο ῥάκη, συμβάλλοντες ἄνω ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια id est, in Palaestina coniungunt duos pannos atque ita texunt vestes. Pariter Theophylactus ad Iohannem c. 18. ἐν Παλαιστίνῃ δύο ῥάκη ἤτοι δύο πανία συμβάλλοντες, ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια ἀντὶ ῥαφῆς χρώμενοι τῷ συναφασμῷ i. e. in Palaestina dum vestes texunt, duo ῥάκη id est πανία seu pannos coniungunt, pro futura virumque conrextes. Theophanes Cerameus Homil. in Passionem Domini 27. ἄρραφος ἦν ἐκ τῶν ἄνωθεν, ἐπεὶ δὴ τοῖς Γαλιλαίοις σύνηδες ἦν τῆς χιτῶνας ποιεῖν δυσὶ φαρσίοις ἄνωθεν κατ' ὤμιον συνεξευγμένοις ῥαφῆ, τὸν δὲ χιτῶνα τῦτον ἐν ὕφασμα δεῖ λαμβάνειν ἄρραφον. Denique huc refert Braunius locum Iosephi Antiq. 3. c. 8 vbi tunicam sacerdotum vocat ἔνδυμα θυπλῆς σινδόνης, quae esse viderur vestis ex gemina tela byssina coniuncta; postea Iosephus de pallio Pontificis maximi addit: ἔστι δὲ ὁ χιτῶν ἕτος ἕκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ τῶν παραπλευρῶν, φάρσος δ' ἐν ἐπίμηκες ὕφασμένον. Diu multumque viri docti disputarunt, qua ratione duo ῥάκη, πανία, φαρσία texendo in vnam vestem sine futura cum manieis adeo, coniungi poruerint. Augebat certamen et difficultatem auctoritas Hieronymi in Epistola ad Fabiolam: Refert, inquit, Iosephus haec feminalia de bysso rectora ob fortitudinem solere com-

texi; et postquam incisa fuerint, atque confusi; non enim posse in tela huiusmodi fieri. Quanquam ipse Iosephus nil tale affirmavit; is enim Anriq. 3. c. 8. simpliciter de nichnale Hebraeorum: διάζωμα δ' ἐστὶ περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν, ἐκ βύσσου κλωστῆς εἰργνύμενον. Postquam igitur frustra viri docti, inter quos eruditione Casaubonus et Salmasius eminebant, de tunica illa ἄρραφω sine futura facta inter se contendissent, exortus est in Germania vir doctus, Ioannes Braunius Palatinus, qui non solum Indicarum vestium bombacinatum exemplo demonstravit fieri posse vestem manicatam atque omne genus vestimentorum rotundorum arte textoris sine vlla futura, sed telam etiam fabricatus est, quam deinde ad exemplum telae Vaticanae conformasse videtur, in qua tunica ἄρραφος fuit detexta et publice monstrata: quo facto reperti sunt etiam in Germania et Romae artifices, qui vestimenti genus idem et simile se in tela vulgari plana conficere posse docerent. Tum igitur primum textrina antiqua luce eruditionis aliqua illustrari coepit, nec tamen omnis ars rite fuit a Braunio explicata. Vocabulis enim textrini latinis ipse non recte usus graeca multo minus interpretari poruit, sed omnia turbata periniscuit. Itaque maius auxilium illi artifices varii consulti ad formam antiquae telae inueniendam et effingendam contulisse videntur, quam manifestae et clarae singularum parrium notiones, quas vir doctus comparanda telae apud nos vsitatae planae forma cum antiqua recta auiuo suo informare antea debuerat. Hodie minus difficile foret iudicium de tela recta textrini antiqui, postquam editam ab eruditissimo Gallo

Gallo. *Da Hamel*, telae simillimae, (nisi quod ponderum locum inferius iugum implet) in qua tapetes turcicis similes, a Gallis propter liciorum firmum altum *de haute lisse*, appellati, texuntur, descriptionem et picturam comparare licet. Hoc veluti secundo gradu ascensum est ad tertiam illam formam, quam in tela Vaticana conspicimus. Huic infra textor assidet, subtemen manu, non radio, immissum, deorsum, impellit et percutit, pectine, quem manu gestat. Hic angustior pectine spatiae vicem gerit; et primum ascensum ad larum illum pectinem, quo tota simul tela seu trama percutitur, fecisse mihi videtur. Ceterum singulis licis, texuntur, et tramae stamina non scamillorum ope licis, alligatorum sed manu textoris adducta decussantur.

Antiquissimam telam rectam ad instar picturae Olavianae seu telae Islandicae verbis nunc effingere et fabricari conabor. Asseres igitur duo recti seu arrectarii c. c. (Islandis *Hleinen*) duobus transuersariis iugantur, quorum inferior simul tramae fila suspensa sustinet, quae texto absoluto iungenda promouentur; superior simpliciter coniungit arrectarios. Infra hos duos transuersarios asseres insertum foraminibus arrectariorum iugum (*Rif*), rotundum et versatile est; quo in tela Islandica inuoluitur, quicquid texendo absolutum est; inferiori et dependenti tramae parti per fasciculos digestae primum innectitur funiculus, (Islandis *Fite*, *Vartane*) qui simul arrectariis alligatus tramae fila distensa ordinat; deinde infimis tramae fasciculis pondera lapidum (*Kliasteine*) appensa conspiciuntur. Mediis fere arrectariis vtrinque insertus scapus (*Skilsfel*) fila tramae

decussata discriminat; supra quem minor, breuior et liber nec arrectariis insertus (*Skilskaft*) item tramae fila decussata distendit. Superius tres scapi cum annexis licis, quibus addita sunt alternatim tramae fila, conspiciuntur litera k notati; quos sustinere dicuntur retinacula (*Meiner*) gemina litera d notata. Ascendens magis oculo occurrit panucla seu subtemen inuolutum (*Vinduna*) litera h notatum, quod dum manu per aperta, et distracta ope liciorum fila tramae traicitur, ossiculum aut lignum vtrinque acutum (*Hraell*) litera g notatum viam aperit et praerit insequenti subtemini. Hoc igitur vna cum manu radii officium facere videtur. Immisso subtemine tela percutitur spatia (*Skeide*) litera m signata; telam demum nouissime contextam distendit pertica vtrinque acuta (*Spialk*) litera q signata, quam nostrates *Sperruthe* vocare solent.

In tela Vaticana supra iugum versatile vnus transuersarius asseres duos arrectarios iugat; medii fere arrectarii tres vtrinque liciorum ordines sustinent. Nam gemina trama ex iugo suspensa extremitatem vtramque in fasciculos digestam, perticae traiectae annexam et pondere vno appenso examinatam legit. Subtemen radio immissum spatia percutitur; et tramae fila alternis ope liciorum scamillis annexorum decussantur. Gemina denum trama ex iugo suspensa, dum textor telam stantem circumit, contexta in vestem rotundam coit.

Consistamus nunc et telae Islandicae nomina et vocabula graeca et latina telae antiquae rectae accommodare conemur. Primum igitur asseres arrectarii seu tigna duo erecta sunt, quos Graeci ἵστοποδᾶς et κελόντας vocarunt,

vocantur, auctore Polluce VII. f. 36. et X. f. 125. Dionysii Bassaricorum fragmentum de Arsaniae incolis apud Stephanum Byzantinum ita habet: ἐνθάδε πέπλα γυναικες Ἀθηναίης ἰότητι αὐτῆμαρ. χροκόωσιν ἐφ' ἰστοπόδων τανύμοσιν, αὐτῆμαρ δ' ἔταμέν τε καὶ ἐξ' ἰστών ἐρύσαντο. quem locum vt plerumque omnia imitatus Nonnus in Dionysiacorum libro 26. p. 686. ait: ἤχι γυναικες ἐς μίαν ἠριγένειαν ἐθήμονι Παλλάδος ἰστώ ὀξείαις παλάμοσιν. ὄλον τελέσει χιτῶνα. Quod Dionysius ἐφ' ἰστοπόδων τανύμοσιν dixit, id est tramam extendi super pedibus telae, indicat arretarios cum transuersariis et iugo igitur totam machinam. vocabulo ἰστοπόδων significari. Theocritus autem Idyll. 18. versu 37. ἔτι, ἐν δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἤτριον ἰστώ κερκίδι συμπλέξατα μακρῶν τὰ μὲν ἐκ κελεόντων. Nominat igitur poeta κελεόντας longos; atque omnino ligna quaecunque recta et longa Siculos eosque imitatum ex Atticis scriptoribus Antiphontem oratorem eodem vocabulo significasse veteres Grammatici annotant. Perfectam vestem a longis illis telae pedibus (ἐκ κελεόντων) refecari ait poeta, vt alter vestem detexendam intendi pedibus telae (ἐφ' ἰστοπόδων). Recte igitur Scholia graeca: τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τῶ ἰστώ ὅταν τελεσθῆ. Eodem vocabulo vsus erat Nicander poeta in transmutatione trium Minyae filiarum narranda, quam ex eodem plurimis seruatibus poeticis repetiit Antoninus Liberalis cap. 10. καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐρύσῃ νέκταρ αὐτῶ καὶ γάλα: quorum in vicem Aelianus eandem fabulam narrans V. H. 3. c. 42. posuit: ἐκ τῶν ὄροφῶν ἔστασον οἶνον καὶ γάλακτος στάγονες. Nihil enim

refert, num ex ipsa tela recta desuper per tramam an ex lacunari guttae vini lactisque delabi dicantur. Redeo ad locum Theocriti, vbi vestis perfecta a tela refecari dicitur. Quaero igitur vbi trama telae alligata fuerit? Num forte funiculus aliquis cum ponderibus appensis refecabatur, an tramae fila reliquis veteris tramae iugo adfixis (Trümmer, Ledel) annectebantur denuo, quoties noua trama iugo intendebatur? Definire locum vinculi coniectura non licet. Est apud Hesychium locus: Ἴταλαῖ οἱς τέμνει τὰς ὡὰς τῷ ὑφανομένη μυχελῆς, οἱ δὲ τὰς μίτους. quem cum sequenti: Ἴταλα ἰστία εἰς ἃ τὰς ἰστούς διατέμνουσιν ad lapidum pondera telae extremae appensa accommodauit Salmasius eumque secuti alii; mihi vero de sensu eorum vocabulorum magna dubitatio superest. Nec magis liquida est notio vocabulorum, πῆχυς apud Pollucem 7. sect. 36 et 10. sect. 125. quo pars aliqua telae significari videtur, et πρότονοι apud Hesychium, qui tunc non solum in nauibus malum vtriusque continere sed in tela etiam (ὑφαντικῶ ἰστώ) vsum habere dicuntur.

Antiquissimam telae stantis formam ostentant nobis initia textrini apud agrestes Americae meridionalis incolas. Formae enim quadratae pro vsu operis magis minusue magnae et ad parietem acclinatae fila tramae intendere, subtemen vero sine radio immissum lignea spatha percutere dicuntur. Cf. Hartfinkii Descript. Guianae T. I. p. 22. et Gillii Notitias de eadem prouincia excerptas germanice p. 391. qui simul nendi rationem a nostro diuersam describit. Eiusmodi formam cum intensis tramae filis adhibent etiam foeminae Indicae insulae Sumatra

Sumatra, subreimen radiò immittens. Maiorem earum telam ita descripsit Marsden p. 192. versionis germanicæ, vt de forma vniuersa nihil ex verbis viri docti definire liceat; nisi quod tramae altera extremitas formae alligatur, altera iugo aliquo (quod pone assidentem textorem affirmari dicitur) ad perpendicularium extenditur. Tramae fila licitis alternatiuè innexa sursum deorsumque tracta decussari traduntur non ope scamillorum sed duorum, asserculorum tenuium et latorum, qui tramam transeuntes alternis conuertuntur. Radii vicem gerit arundo cum inserto fuso, qui subreimen immittit per apertam arundinis commissuram vel nodum.

Hucusque initia artis et vocabulorum textoriorum originem et significationem persequi et indagari potui, alii telam exorsam relinquens derexendam. Iam enim alio me vocant labores suscepti. Breuiter tamen addam vocabula artis fulloniae proprie cum locis veterum scriptorum, quæ ipsam fullonum artem interpretanti subsidio esse poterunt.

Vasa et instrumenta fullonum a Polluce et aliis scriptoribus nominantur *πλυνοί, πλυντήρια*, vnde Lucianus fullonum opus significans *περὶ πλυνῶς ἔχειν* dixit in Fugitiu. c. 12.) *ἵπος* seu *πιστήριον*, cuius pars *περιστροφῆς* esse videri ea, qua circumducitur cochlea et astringitur prelo, cui subiecta est vestis; porro *κνάφος, γῆ σμηκτοῦς, γῆ κιμωλία, λίτρον* inprimis *χαλαστραῖον, κονία*. Fullo ipse *γνάφεύς* vel *κνάφεύς* appellatur, et verbo *γνάπτω* vel *κνάπτω* omne opus fullonium continetur, quod primigenia notione scire conuenit cum verbo *ξέω, ἔύω* et *ξάινω*; vti docet locus apud Diogenem

T. IV. P. III.

Laertium, vbi Xenocrates discipulum geometriæ et astronomiæ ignarum remittit, præfatus *πὰρ ἔμοι νόκος ἢ κνάπτειται*. e. *ξάινεται* et alter Cratini apud Pollucem 7. sect. 37. *τῆ μάλιστα κνάφειν εὖ μάλα ἢ συμπατήσαι* vbi expectabas verbum *ξάινειν*. Generatim opus fullonium optime expressit locus Hippocratis de Vitu Sanorum l. c. 8. *οἱ γναφεῖς λακτίσθαι, παίσει, λυμαινόμενοι κόπτησθαι, ἔλαψαι, πλυνόμενοι ἰσχυρότερα ποιεῖσαι, κέρροντες τὰ ὑπερέχοντα καὶ παραπλέκοντες καλλίω ποιεῖσαι*. Verbotum *κέρροντες τὰ ὑπερέχοντα* paraphrasin habes apud Lucianum in Fugitiu. c. 28. *ἀπέκειρε γὰρ ἐν τῷ γναφεῖω καθήμενος ὅπόσον περιττόν τοῖς ματίοις τῶν κροκίδων ἐπανθεῖ*. Opificis genus nostri vocant Tuchscherer.

Ordinem operis fullonii ita definit Pollux, vt prius conculectur vestis, quam peccitur: *τῆ δὲ κνάπτειν ἡγείται τὸ συμπατήσαι*. Hanc operam licet arguere ex loco Pitinnii in Fullonibus vbi est: *Terra hæc est, non aqua; vbi tu solitus argutari pedibus cretam dum conpescis vestimenta que lauas, vbi argutari pedibus est subfiliere*. Varro de L. L. 5. p. 53. *vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur*. Ita graece *συνιστάμενοι καὶ πιδόμενοι* ciues cum lanis comparari apud Aristophanem dicuntur pari verborum ambiguitate. Cogere similiter dixerunt; vnde *coactac* lanæ per se vestem faciunt apud Plinium 8. c. 48. hinc *coactilia*, quæ Galli a vocabulo barbaræ latininitatis *Feltrum* vocant *Fentre*. Argutationem pedum fullonis respiciens Seneca Epist. 15. *vel ille saliaris*, inquit, *aut, vt contumeliosus dicam, fullonicus saltus*.

Bb

Con-

Conculcabant fullones vestes  
 in vrina, vsibus eorum publi-  
 co vectigali collectam valis per  
 vicos vrhis Romae dispositis.  
 Vrinam cameli fullonibus uti-  
 lissimam esse aliena fide tradit  
 Plinius 28. sect. 26. Idem 28.  
 sect. 48. fullonicam veterem  
 vrinam in medicina laudat; et  
 sect. 118. virilis; inquit, vrina  
 podagrís medetur, argumēto ful-  
 lonum quos ideo tentari eo morbo  
 negant.

Decretae vsu Plinius 35. s.  
 57. Est et alius Cinnoliae vsus in  
 vestibus. Nam Sarda, quae af-  
 fertur e Sardinia, candidis tan-  
 tum assumitur; inutilis versicolori-  
 bus, et est vilissima omnium Ci-  
 noliae generum, pretiosior Um-  
 brica et quam vocant Saxum.  
 Proprietas saxi, quod crescit in  
 macerando, atque pondere emittit;  
 illa mensura. Umbrica non nisi  
 poliendis vestibus assumitur. Ne-  
 que enim pigebit hanc quoque par-  
 tem attingere, cum lex Metella  
 exest fullonibus dicta, quam C.  
 Plaminius, L. Aemilius Censores  
 dedere ad populum ferendam. Er-  
 go ordo hic est. Primum abluuntur  
 vestes Sarda, deinde sulphure sus-  
 citur, mox desquamatur cinnolia,  
 quae est coloris veri. Phœtus  
 enim deprehenditur, ingrediturque et  
 funditur sulphure. Veros autem  
 et pretiosos colores emoluit Cinnolia  
 et quodam nitore exhiberat contri-  
 statos sulphure. Candidis vesti-  
 bus saxum vtilius a sulphure, ini-  
 micum coloribus Graecia pro ci-  
 nolia Tynphatico vititur gypso.  
 Idem 17. cap. 8. est creta fullo-  
 nia mixta pingui, terra pabali  
 quam frugum fertilior. Idem 35.  
 sect. 50. alteram sulphuris genus  
 appellant glebam, fullonum tan-  
 tum officinis familiare. Tertio  
 quoque generi vnus tantum est  
 vsus ad suffiendas lanas, quoniam  
 candorem tantum mollitiemque con-  
 fert. Sulphuris vsum respexit  
 etiam Lyhippus Comicus apud  
 Pollucem 7. sect. 41. ὁ δ' ἀτα-

γνάφας καὶ πειώσας τὰς ἀλλο-  
 τρίας ἐπινοίας. vbi alii libri  
 ἐπιγνάφας habebant, admonen-  
 te ipso Polluce, qui vestem a  
 fullone reconcinnatam seu inter-  
 polatam δευτεροργῆ sua vero  
 aetate ἐπιγνάφον vocari refert.  
 De spina fullonia obiter Pli-  
 nius 16. sect. 92. quod nascitur  
 in spina fullonia, hippophaeston  
 vocatur. Idem 27. sect. 66.  
 hippophaeston nascitur in spinis  
 iuxta quibus sunt aeneae fullonicae,  
 sine cauliculo sine flore. Tertius  
 locus est 21. sect. 68. vulgaris  
 quoque haec spina, ex qua corti-  
 cinae fulloniae implentur, radicis  
 vsus habet. Per Hispanias qui-  
 dem multi et inter odores et ad  
 vnguentum vntur illa, aspi-  
 thum vocantes. Pollux 7. sect.  
 37. γνάφος ἢ πρόσφορος τοῦ  
 γνάφου ἢ ἀκανθα. Hesychius  
 κνάφιδιχὴν ὅταν ἐν κύκλῳ οἱ  
 κναφεῖς περιέλκωσι τὰ ἱμάτια  
 περὶ τοῦ λεγομένου κνάφον. ἔσ-  
 τι δὲ ἐπὶ τοῦ φύτον ἀκανθῶδες  
 Idem ἐπὶ κνάφον ἔλκων δια-  
 φέρων τὸ γὰρ πρότερον οἱ γνά-  
 φεῖς ἀκανθῶν ὄρων συστρέφαν-  
 τες τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὰς σῶμας  
 ἐκναπτόν. ὁ δὲ σῶμας ἐλεγετο  
 γνάφος. ὅ ἐν Κροισῶς τὸν ἔχ-  
 θρόν. ἔβαινε τὰς ἀκανθὰς καὶ  
 ἄτῶς ἐφείρεν. vnde Heinster-  
 husius locum Herodoti 1. 92.  
 ex quo Hesychii glossa ducta  
 est confirmati pristinae restituit.  
 Idem supplicium in memorat Pla-  
 toῦ Reipubl. X. εἰλκὸν παρὰ  
 τὴν ὁδὸν ἐπὶ ἑσπελάδων ἐπι-  
 πτόντες. vbi κναπτόντες legit  
 Clemens Alexandrinus Strom.  
 IV. Iustitius Martyr. γναμπτόν-  
 τες. Timaei Glossarium Pla-  
 tonicum κνάφος, ὄργανον τι  
 ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον, δι' ἣ  
 τὰς βάσανιζομένους κτείνουσιν.  
 ὁμοίον δὲ ἐστὶ γναφικῶ κτενί.  
 Vestibus politis et extensis  
 fullones etiam aquam insuffla-  
 bant, quod politores etiam no-  
 stri pannis in forma extensis  
 faciunt interdum, Seneca Quaest.  
 natur.



- natur. I. c. 3: *si quando obser-  
vare volueris fullonem: cum os  
aqua implevit et vestimenta vidi-  
culis diducta leniter aspergit, ap-  
paret varios edi colores: in illo  
aere asperso, quales in arcu ful-  
gere solent. Quod exemplum  
posuerant graeci philosophi,  
vri apparet ex Plutarcho Pla-  
citis Philol I. c. 19. qui τὸς  
ἀμφοτέρωτς τοῖς ἰσπατοῖς κτα-  
θέας memorat.*
- Telanae ficus. Ca. 8, 1. Tellana  
atra. *Macrob. 2, 16.*
- Tellus, Terra mater V. I, 1, 5.  
communis omnium parens C.  
I pr. 2. Telluris aedes Romae  
V. 1, 2, 1.
- Temo C. 6, 2, 6, 19. *Paulun. 12,  
de usu temonis ad C. 6, 2.*
- Tempe Theffala C. 10, 265.
- Temperamentum vt in corporibus,  
sic in terra desideratur C. 3, 12,  
3, 3. tenere inter nimietates P.  
lan. 13, 5.
- Temperate repere Ca. 69, 2.
- Temperatus annus C. 3, 20, 1.  
temperata prela Ca. 12.
- Temperius maturius P. F. 21, 2.  
et Mar. 4. etiam C. 2, 18, 2. et  
8, 4, 3. V. Temporius.
- Tempero. temperare armillis fer-  
reis latitudinem Ca. 22, 2. al-  
titudinem *ibid.* temperat se ad  
salutem brassica Ca. 157, 1.  
temperato escam Ca. 90. *h. e.*  
*prout opus videbitur cum modo ac  
ratione dato. Gesn.* temperatur  
furculus C. 4, 29, 8.
- Tempesta varia C. 11, 2, 97. ven-  
tosa C. 11, 2, 49 et 94. tempe-  
stas minus idoneae V. 1, 34,  
1. malae cum sunt, quid fieri  
possit Ca. 39. tempestatibus,  
*cum foeda tempesta est V. 3, 10,  
3.* tempestatem facit, significat  
siderum occasus C. 11, 2, 5.  
tempestatem Thuscis auertere  
sacris C. 10, 341. *Tempestatum  
prognostica eorumque disciplina  
not. ad Colum. p. 148. 149. et  
Index sub Metone. Ex quarto  
quoque mensis ineuntis et exeuntis  
die tempestatas indicandas et prae-*
- dicendas censebat Avatus Dioscor.  
416 seqq.*
- Tempestiue si competat C. 2, 8, 4.  
Tempestiuitas rei praetermissa re-  
vocari nequit C. 4, 3, 5. femi-  
num respondet C. 3, 4, 2. trans-  
ferendi malleoli deferrur in pro-  
ximum ver. C. 4, 16, 1. paupri-  
nationis quae C. 4, 7, 1.
- Tempestiuum gregem iniri pati-  
tur C. 7, 3, 4. pabulum, ma-  
turum Ca. 54, 13. sic tempesti-  
uam esse vindemiam C. 11, 2,  
67. semina C. 3, 5, 2. materies  
Ca. 31, 2. J. tempestiuus ac  
vetus fructus opponuntur C. 3,  
21. 10.
- Templi procuratio aedilis est V.  
1, 2, 2.
- Temporales venae. Veg. 3, 11, 4.  
3, 16, 8.
- Temporius. *vid.* Temperius.
- Tempiare. *pro.* tentare. Veg. 1, 28,  
7. et *Saeptus alibi Cod. Goth.*
- Tempus biennii C. 3, 9, 6. hoc  
est vis ficisque conficiendis C.  
11, 2, 62. est arbores circum-  
fodere C. 11, 2, 40. runcare et  
fodere C. 11, 2, 179. temporis  
iactura irreparabilis C. 11, 1,  
29. tempora tacito diffugiunt  
gressu C. 10, 159. tempore suo  
porius mercatorem admittere,  
quam celerius alieno V. 3, 16,  
11. J. Tempori facies, *tempe-  
stine* Ca. 3, 4. *add.* 2, 1. J. ad  
tempus, interdum. Veg. 3, 59,  
2. et *nostri zu Zeiten.* J. tem-  
pus clemens est siccum, *tempe-  
stus* P. F. 2. J. meridianum,  
*plaza* V. 2, 2, 7. J. Tempora  
Telluris cincta versicoloribus  
anni foetibus C. 10, 257.
- Tenax iuris sui C. 1, 7, 2. J. Te-  
naces incisos botryonum P. S.  
17. malorum Punicorum P.  
Mar. 10, 4 et 9. quos *Col.* perio-  
los appellat. pira lecta cum te-  
nacibus suis P. F. 25, 9. com-  
prehensa porri plaura velut te-  
nacibus alleuetur P. O. 11, 5.  
tenacibus vinculis, quibuscun-  
que constricta P. F. 18, 1.
- Tenduntur nerui C. 6, 14, 4.

- Tenebricosus locus V. 3, 9, 19.  
C. 8, 14, 11. *ubi Edd. tenebroso.*
- Teneo. agri qui diu aquam tenent P. Apr. 2, 4. gladii similitudinem tenere P. Mai. 7, 4. *tenent plantae, comprehendunt* C. 11, 3, 24, 3, 11, 10, 5, 6, 18. *ita* P. F. 9, 8 et 25, 20. P. Mar. 9, 13. P. N. 7, 6. tenet vitis. *tenebitur iugerum seminis modis* V. P. N. 1, 1. *b. e. occupabitur.*
- Tenera terra Ca. 45, 1. *tenerissima* Ca. 151, 2. *not.*
- vt Tenerescat iecur anseri P. 1, 30, 4.
- Teneritatem seruant P. F. 25, 3. *sed etiam hic Br. et Codd. teneritudinem dant.*
- Teneritudo corticis P. Ian. 15, 16. teneritudini robur inducit fossura P. S. 14, 2. teneritudinem habet terra V. 1, 36. consequitur planta P. Ian. 14, 3. seruat caseus P. Mai. 9, 2. et Edd. pr. Febr. 25, 3.
- Teneranum vinum Veg. 6, 10, 2.
- Tenor fumi C. 1, 6, 20.
- Tensedoni scriptum pro Peucedani Veg. 1, 16, 5.
- Tensione laborare Veg. 2, 25, 4.
- Tensura corporis laxatur Veg. 1, 21, 3. 2, 6, 3. cuius passionis tanta tensura est Veg. 3, 25, 1.
- Tentato gutture C. 8, 7, 3.
- Tento. tentare obsequium de mare foeminam eblaudiente C. 6, 27, 10. tentauerunt explorare C. 11, 2, 68. tentari aëris aut solivarietate P. Mar. 11, 3. C. 6, 3, 12. *not.* tentanda digitis loca foeminarum C. 8, 11, 8. tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture C. 8, 5, 17. *In negotio temptare saepius Edd. et Codd.*
- Tenuis furculus C. 4, 29, 9. tenuioris velleris arietes C. 7, 2, 5.
- Tenus. corpore tenuis delibrandus C. 4, 24. 6. capite tenuis alligetur vitis C. 11, 2, 95. Sicilia tenuis C. 8, 16, 9. specie tenuis C. 6, 36, 3.
- Tepide habentur pulli C. 8, 5, 19.
- Ter quinquageni, CL. V. 2, 4, 22.
- Terebinthina i. e. resina Veg. 3, 54, 4. 5, 27. 4. et *suepe.*
- Terebra percurrere Ca. 41, 3. antiqua et Gallica C. 4, 29, 16. Arb. 8, 4. P. F. 17, 7. Mar. 8, 1. Oct. 8, 3. *Gallica est nostrum Hohlbohrer.*
- per Terebrationem facta insitio C. 4, 29, 13.
- Tergeri fossas veteres Ca. 2, 4. C. 2, 22, 3. *est a graeco τέρω unde latinum tero, tergo i. e. terendo pargo.*
- Terguerians, intra rectum C. 12, 3, 7.
- Tergum. terga gerit ager resoluta C. 10, 7 et 71. terga soli C. 2, 2, 23. 4, 14, 1.
- Tergus tergoris adscensus, tergi C. 6, 37, 10. *Antiquius est tergius a graeco τέρπος, τέρπος corium, dorsii proprie corium, hinc pro dorso.*
- Terminaticum *vid.* Therm.
- Terminatium suis finibus opus C. 10 pr. 4.
- Termini praediorum signandi *vid.* Finis.
- Termines C. 7, 9, 6. *not. ubi antea ranarices.*
- Ternarii serbes C. 11, 2, 28.
- Ternas partes V. 2, 1, 12. terna pariunt oua C. 8, 14, 5.
- Terra mater V. 1, 1, 5. *eadem quae Ceres* V. 3, 1, 5. *vid.* Telus. tribus modis dicitur V. 1, 9, 1. Italia V. 1, 9, 1. Saturnia C. 1 pr. 20. species plures habet V. 1, 9, 2. C. 2, 2. *int.* genera multa P. 1, 5, 6. alia alibi melior C. 1 pr. 24. qualis culturae apta P. 1, 5. exilis vt stercoranda C. 2, 5. densa et glutinosa C. 1 pr. 25. senescatne et longo vsu effoeta fiat C. 2, 1. terrae sapor vt exploretur C. Arb. 3, 6. P. 1, 5, 3. cum ferro commoueri quando religiosiores verent C. 11, 2, 95. *quasi* terra solum sit fundi V. 1, 7, 5. et contra a terra sive que ad cameram i. e. a solo V. 3, 7,

- 3, 7, 4. 3, 8, 2. *J* terra for-  
nicarum, talparum Veg. 5,  
78, 1.
- Terrenus terrenum pabulum con-  
fectari C. 7, 9, 7. *J* subst.  
Terrenum modicum C. 3, 11,  
8. terreni iugerum C. 11, 2,  
17. genera tria C. 2, 2, 1. spe-  
cies infinitae C. 3, 12, 1. ne  
quid terreni habeat radix, de-  
trahatur C. 12, 56, 1. terrenum  
fabuloni oppon. P. 1, 5, 1. ter-  
reno carens ac nuda glareæ C.  
4, 22, 9.
- Terreus agger V. 1, 14, 2. non  
terrenus, quod alii velint. On-  
dendorp. ad Fronti. strateg. 4, 1,  
31, p. 428. Gesner.
- Territorio Neapolitano P. Mar.  
10, 16.
- Tertiae duae C. 5, 1, 11. ad ter-  
tias decoctum C. 12, 20, 2. Ad  
tertias decoquere interdum est  
ita coquere, ut duabus tertiis con-  
sumtis una super sit, aliquando,  
ut tertia consumta duae restent.  
Rhod. Lex. Scribo, quem laudat  
etiam Burm. ad Samon. 416.  
Gesner. cum ad tertias subse-  
derit costura C. 12, 20, 4. in-  
fra tertiam partem consedit C.  
12, 20, 2.
- Tertiarium bituminis sumito Ca.  
95, 1.
- Tertiatio, tertia pressura C. 12,  
50, 11. Gallis hebener.
- Tertiati agri C. 2, 4, 4 et 8.
- Tertio, tertiari, et tertia vice ara-  
ri P. S. 1, 1.
- Tertio obducere parietes P. 1,  
11, 2.
- Tertium florem agere C. 2, 16,  
6. tertio decimo mense C. 6,  
36, 2.
- Tessera quae secatur in cucurbita  
P. Mar. 10, 33. in pavementis  
P. 1, 9, 5. Graece *ψηφίς*.
- Tesserulae in suffragiis V. 3, 5,  
18.
- Testa soleam si pertudit Ca. 110.  
de testa arida pavementum  
struere Ca. 18, 7. testa subster-  
ni oportet caprile V. 2, 3, 6.  
de tegula Ca. 110.
- Testaceum pavementum P. 1, 9,  
2, 1, 17, 1. C. 1, 6, 13. *J* subst.  
testaceum superfundere P. Mai.  
11, 3.
- Testarum contritarum pulverem pro  
pulvere Puteolano adhibitum do-  
cet Dietrich not. ad Ferberi Epist.  
Ital. p. 179.
- Testiculis exemtis tauro conci-  
piunt vaccae V. 2, 5, 14. exi-  
gui et pares in equis laudan-  
tur P. Mar. 13, 8. dextri quis  
consensus cum iecore? Veg. 5,  
57, 2. *J* velut testiculi officii  
pistacii masculis P. O. 12, 3.
- Testificari C. 1, 4, 2.
- Testudinæarum testum C. 12, 15, 1.
- Testudo palustris superstitiose ad-  
hibita P. 1, 35, 14. in testudi-  
nis cortio siccare semina P. 1,  
35, 5. *J* testudo magna in  
ornithone V. 3, 5, 1. add. 3,  
6, 4.
- sub Testu coquere Ca. 74. vi. no.  
et 84, 2. 76, 4.
- Tetani Veg. 5, 23, 2.
- Tetartæum genus C. 3, 20, 3.  
ubi tetradium edidi.
- Tethys aequorea C. 10, 201.
- Tetradium C. 3, 20, 3. not.
- Tetrapharmacum Veg. 3, 15, 2.  
3, 48, 8. 6, 28, 4. tetraphar-  
maci malagina Veg. 5, 20.
- Tetrica, mons V. 2, 1, 5.
- Tetricus, rusticus C. 8, 11, 1.
- Textorium opus pro vitili C. 9  
6, 1.
- Thalli ceparum ne a ventis pro-  
sternantur C. 11, 3, 58. not.  
P. F. 24, 4.
- Thamni C. 12, 7, 1. ubi alii  
Thanni vel Tamni.
- Thapsia herba apibus inimica P.  
1, 37, 5. ut pecudibus teste Theo-  
phr. H. P. 9, 22. Linnaeo Tha-  
psia Asclepium dicta, Romanis  
ferulago.
- Thasiae vites C. 3, 2, 24. nuces,  
quae scriptoribus nostris grae-  
cae, aliis amygdalae, teste  
Macrobio Satur. 11. 14. Thasios  
amygdalarum cultura excelluis-  
se, arguit locus Theophr. C. P.  
1. 9. Θάσιοι τὰς ἀμυγδαλᾶς,  
Bb 3 ἄται

οταν προσαυξηθῶσιν, ἐνοφθαλ-  
 μίζουσιν ἐκ γὰρ μαλακῶν σκλη-  
 ραί γίνονται μετὰ τὴν Φυτείαν.  
 Amygdalae igitur Thasiae mol-  
 li putamine insignes crant.  
 Thaumantias C. 10, 292.  
 Θεαυραϊδίων αἰνιμ V. 3, 5, 13.  
 Thebae Boecotiae antiquissimum  
 oppidum V. 3, 1, 2 et 6 C. 1,  
 4, 9. clius in agro Sabino ita  
 vocatur V. 3, 1, 6.  
 Theca grani V. 1, 48, 1.  
 Thelis pro Theris V. 3, 9, 19.  
 Theriaca vitis ut fiat. Theriaca  
 antidotos P. F. 28, 1.  
 Θεριστοροφῶν Hortensii V. 3,  
 13, 2.  
 Thermanticum acopon Veg. 2,  
 15, 5. collyrium 2, 18, 2. vn-  
 guentum Veg. 3, 33, 2. potio-  
 nes Veg. 3, 36, 1, 5, 32.  
 Thessalici equi laudantur V. 2,  
 7, 6.  
 Thessala tempe C. 10, 265.  
 Tholus rotundus V. 3, 5, 12.  
 in Thracia granaria speluncae V.  
 1, 57, 7. feri boues V. 2, 1, 5.  
 albi ad μέλανα κόλπον V. 2,  
 5, 10.  
 Thurea planta C. 3, 8, 4. Romae  
 in hortis culta.  
 Thurii, Sybaris V. 1, 7, 6.  
 Thuris grana Ca. 70, 1. drachma  
 Ca. 172, 2. pollen *vid. h. v.*  
 Thusca sacra C. 10, 341.  
 Θύειν immolare V. 2, 4, 9.  
 Thyestes auream pecudem Atreo  
 subducit V. 2, 1, 6.  
 Thymbra thymo proxima C. 9,  
 4, 6. apibus grata C. 9, 4, 2.  
 eius saporem referens Satureia  
 C. 10, 233.  
 Thyminum mel C. 6, 33, 2.  
 Thymites vinum C. 12, 35.  
 Thymum viride C. 12, 57, 1.  
 apibus gratum C. 9, 4, 2. eius  
 satio et cultura C. 11, 3, 39.  
 P. S. 13, 2. thymum siluestre  
 Veg. 5, 26, 3.  
 Thyrtigero Baccho P. inf. 87.  
 Thyrsi de caulibus C. 10, 369. *ita*  
*Sueto. Aug. c. 88. Gesner.*  
 Θῦς olim ὁ ὕς V. 2, 4, 9.  
 Tiberius Caesar. C. 11, 3, 52.

Tibiae dextrae et sinistrae, incen-  
 tiua et succentia V. 1, 2, 15.  
 Ad ea quae in uotis ad h. l. dicta  
 sunt, addo primum locum Varronis  
 ita excerptum a Scholiaste Horatii  
 ad Art. Poet. 203. Varro ait in  
 tertio Disciplinarum et ad Mar-  
 cellum de Lingua latina qua-  
 tuor foraminum fuisse tibiae  
 apud antiquos et se ipsum ait  
 in templo Marfyae vidisse tibiae  
 quatuor foraminum. Deinde  
 quae de dextris et sinistris ex Plin-  
 io adiunxi, accuratius meuen-  
 tur examen, simulque imparium  
 et partium tibiarum tractationem  
 inducunt. Scilicet auctorem Theo-  
 phrastum H. P. IV. 12. secutus  
 Plinius sententiam eius plane per-  
 uerit. Quare primum audien-  
 dus est philosophus, ubi de tibi-  
 ali calamo ita tradit, ut ennu-  
 cbiam dictam propter lanuginis  
 (ἀνθήλης) defectum praeserat ad  
 tibiae ζευγὴ dictas: ἐξ ὧν ἀρι-  
 στα μὲν Φασὶ τινες γίνεσθαι τὰ  
 ζευγὴ κατορθῶν ὃ ὀλίγα παρὰ  
 τὴν ἐργασίαν τὴν δὲ τομὴν ὠ-  
 ραίαν πρὸ Ἀντιγενίδῃ μὲν ἠνίκ᾽  
 ἦλθον ἀπλάστως ὑπὲρ Ἀρχτύρω  
 βοηδρομιῶνος μηνός. τὸν γὰρ  
 ἔτιω τιμηθέντα συχνῶς μὲν ἐτε-  
 ρων ὑστερον γίνεσθαι χρῆσιμον  
 καὶ προκαταυλίσσεως δεῖσθαι πολ-  
 λῆς· συμμύειν δὲ τὸ στόμα  
 τῶν γλωττῶν ὃ πρὸς τὴν δια-  
 τροχίαν εἶναι χρῆσιμον ἐπεὶ δὲ  
 ἐς τὴν πλάσιν μετέβησαν ἡ το-  
 μὴ μετεκινῆθ᾽ ἐμένυσι γὰρ ὀή-  
 νων τῷ σκίρροφροῦνος καὶ ἐκα-  
 τομβαίωνος ὡπερὲι πρὸ τρο-  
 πῶν μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπῆς γί-  
 νεσθαι δὲ Φασὶ τριενόν τε χρῆ-  
 σιμον καὶ καταυλίσσεως βραχεί-  
 ας δεῖσθαι, καὶ κατασπάσματα  
 τὰς ἀναγκαῖον τοῖς μεταπλάσματος  
 αὐλοῦσι τῷ μὲν ὧν ζευγίτε  
 ταύτας εἶναι τὰς ὠρας τῆς το-  
 μῆς· ἡ δὲ ἐργασία γίνεται τῷ  
 τον τὸν τρόπον. Ὅταν συλλέ-  
 ξωσι, τιθέασιν ὑπαίθριον τῷ χει-  
 μῶνος ἐν τῷ λέμματι τῷ δ'  
 ἤσος περικαθάραντες καὶ ἐντρί-  
 φαντες

φαυκῆς εἰς τὸν ἥλιον ἔθεον· τῷ  
 θεῷ δὲ μετὰ ταῦτα συντεμνο-  
 ντες εἰς τὰ μεσογονία πάλιν  
 παύσειον τιθεασί, χρόνον τινά.  
 προσλείψαι δὲ τῷ μεσογονίῳ  
 τὸ πρὸς τῆς βλαστῆς γόνυ· τὰ  
 δὲ μήκη τὰ τῶν ἢ γίνεται δι-  
 παλαιστῶν ἑλάττω. βέλτιστα  
 μὲν ἂν εἶναι τῶν μεσογονίων πρὸς  
 τὴν ζευγοποιίαν ὅλη τῇ καλαμῇ  
 τὰ μετὰ μαλακώτατα δὲ εἶχει  
 ζευγῆ τὰ πρὸς τῆς βλαστῆς,  
 ἐπιχοτάτα δὲ τὰ πρὸς τῇ εἰ-  
 σί· συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας  
 ἐκ τῷ αὐτῷ μεσογονίῳ, τὰ δὲ  
 ἄλλα ἢ συμφωνεῖν καὶ τὴν μὲν  
 πρὸς τῇ εἰσί ἀριστερᾷ εἶναι,  
 τὴν δὲ πρὸς τῆς βλαστῆς δε-  
 ξιά· τμηθέντος δὲ διχα τῷ με-  
 σογονίῳ, τὸ στόμα τῆς γλώτ-  
 τας ἑκατέρας γίνεται κατὰ τὴν  
 τῷ καλαμῇ τομῇ· εἶναι δὲ ἄλ-  
 λου τινὰ τρόπον ἐργασθῆσιν αἱ  
 γλώτται, ταύτας ἢ πανυ συμ-  
 φωνεῖν. Quae sic Plinius Har-  
 diquinus conuenit 16. sect. 66. Hinc  
 erant armamenta ad inclusos  
 cantus, non silendo et reliquo  
 curae miraculo. Caedi sole-  
 bant tempestiue vsque ad An-  
 tigenidem tibicinem, cum ad-  
 huc simplici musica vterentur  
 sub Arcturo: sic praeparatae  
 aliquot post annos viles esse  
 incipiebant, tunc quoque mul-  
 ta domandae exercitatione, et  
 canere tibiae ipsae docendae,  
 comprimmentibus se ligulis, quod  
 erat illis theatrorum moribus  
 vtilius. Postquam varietas ac-  
 cessit et cantus quoque luxuria,  
 caedi ante solstitia coeptae et  
 fieri viles in trimatu, apertio-  
 ribus earum ligulis ad flecten-  
 dos sonos, quae inde sunt et  
 hodie. Sed tum ex sua quam-  
 que tantum arundine congrue-  
 re persuasum erat, et eam,  
 quae radicem antecesserat, lae-  
 vae tibiae conuenire, quae ca-  
 cumen, dextrae: Idem paulo an-  
 tea verba graeca: καὶ γίνεσθαι  
 τὸν μὲν ἀδρυθέντα ζευγίτην, ἢ  
 δ' ἂν μὴ συμπαρασμένη τὸ ὕ-

δωρ, βομβυκίαν. ita reddidit:  
 Cum igitur anno permansit in-  
 vndatio, proficiunt in aucupa-  
 toriam quoque amplitudinem:  
 vocabantur zeugirae; contra  
 bombyciae maturius recipi-  
 co, graciles: ubi viri docti certatim  
 compararunt glossam Hesychii:  
 ζεύγοι βρόχοι ὀρνίθων. Pote-  
 rant addere eiusdem ζεύγελα, ζύ-  
 λα διάβροχα. Verum quid  
 arundo aucupatoria, ubi nodus  
 nodo iunctus additur in aucupan-  
 do, donec viscum anes attingat,  
 ad laqueos aucupatorios? Quare  
 Plinius sine error relinquendus est,  
 quem paulo post demonstrabimus.  
 Gaza in Theophrasto ζεύγη πα-  
 τῆν et armamenta ζευγίτην κάλα-  
 μων armamentarium interpretatus  
 est. In Plinio armamenta Har-  
 diquinus simpliciter tibiae esse di-  
 xit, et appositum vocabulum ζεύ-  
 γη voluit esse compacta simul in  
 tibiis calamorum internodia. Qua  
 quidem interpretatione nihil vel  
 obscurius vel ineptius fingi potuit.  
 Eandem tamen recoxit nuperus  
 Editor Gallus, Brotier, omisso  
 tamen vocabulo graeco, quod cu-  
 iuscunque generis res iugatas, in  
 musica vero Graeca tibiae pares  
 significat. Easdem, simul dum  
 insulantur, ab usu dexteras frui-  
 strisque appellari, docent, quae  
 de ligulis ex eodem internodio se-  
 ctis addit Theophrastus verba.  
 ad ipsas tibiae translata a Plinio;  
 in quo non adeo peccauit. Sed  
 πλάσιον et πλάσμα obscure aut  
 potius falso cantus varietatem et  
 luxuriam reddidit, in qua corrup-  
 tulae effectum vides expressum,  
 modum autem plane omisum.  
 Egregii interpretis vicem subit  
 Quintilianus I, II, 7 ubi voca-  
 βύλην καταπεπλάσμενον decla-  
 rat: Sic appellantur, inquit,  
 cantus tibiartum, quae praeclu-  
 sis, quibus clarescunt, forami-  
 nibus, recto modo exitu gra-  
 viorem spiritum reddunt. Idem  
 II, 3, 20. ut tibiae eodem spiri-  
 tu accepto, alium clausis, alium  
 B b 4 apertis

apertis foraminibus, aliam non satis purgatae, aliam quassae sonum reddunt, ita fauces etc. *Ibidem* sect. 50. illa iam paene apertis, ut aiunt tibiis pronuntianda i. e. pleno sono. Hac igitur ratione effecerunt tibiines, ut eantum fingere et flectere vario modo et molliorem ex simplice et recto reddere possent. Vocabulum graecum *πλασινα* romani scriptores retentum ad humanam etiam vocem in cantu transtulerunt. Κατασπάσματα τὰς γλώττας ἔχειν in *πλασινάτε* ait *Theophrastus*, quod *Gaza* interpretatus est: linguas disiectu deflexi: Nihil legi magis obscure redditum! Quid sit docere conabor ex *Aristotele*, cuius loca prius ponam quaedam de ligulis et tibiis paribus ex libro de *Audibilibus* ducta, ubi sic est: δὲ δὲ καὶ τῶν αὐλῶν εἶναι τὰς γλώττας πυκνὰς καὶ λεῖας καὶ ἰομαλᾶς ὅπως ἂν καὶ τὸ πνεῦμα διαπορεύηται δι' αὐτῶν λεῖον καὶ ὀμαλὸν καὶ μὴ διεσπασμένον. διὸ καὶ τὰ βεβρεγμένον τῶν ζευγῶν καὶ τὰ πεπωκότα τὸ σιάλον εὐφωνότερα γίνονται, τὰ δὲ ξηρὰ, κακῶφωνα. ὁ γὰρ αἶθρ διὰ ὑγρῶν καὶ λεῖων φέρεται μαλακὸς καὶ ὀμαλός. δῆλον δὲ καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὅταν ἔχη νοτίδα, πολὺ ἤττον προσκόπτει πρὸς τὰ ζεύγη καὶ διασπάται. τὸ δὲ ξηρὸν μᾶλλον ἀντιλαμβάνεται, καὶ τὴν πληγὴν ποιεῖται σκληρὰν διὰ τὴν βίαν. Postea ubi de crassa voce agit, ita pergit: καὶ τῶν τελείων αὐλῶν, (παχυτέρας αἰφωναί) καὶ μᾶλλον ὅταν πληρώσῃ τις αὐτὴς τῷ πνεύματος. Φανερόν δ' ἐστὶ καὶ γὰρ ἂν πίεσῃ τὰ ζεύγη, μᾶλλον ὀξυτέρα ἢ φωνὴ γίνεται καὶ λεπτότερα. καὶ ἀν κατασπάσῃ τις τὰς σύριγγας, καὶ ἂν ἐπιλάβῃ παμπλείων ὀύγκος γίνεται τῆς φωνῆς διὰ τὸ πῆθος τῆς φωνῆς, καθάπερ καὶ ἀπὸ τῶν παχυτέρων χορδῶν. ubi vides compressioni parum tibiinum atque fuisse effecto sono acuto or-

poni depressionem cum crasso sono. *Fr. Patricius* vertit locum ita: et si quis trahat fistulas vel apprehendat: Difficultatem facit illud, quod *Aristoteles* τὰ ζεύγη comprimere ait, et κατασπᾶν τὰς σύριγγας, cum *Theophrastus* συμμύειν et κατασπᾶν ligulis ζευγῶν tribuat ad sonum acutum (διατορίαν) efficiendum. *Pollux* IV, 81. tibiis Pythicas esse docet, quibus paeanas canebant, easdemque τελείως appellari. *Iidem* sect. 77. inter vocabula diversarum tibiarum ponit etiam σύριγγες, τελείοι. Itaque dicendus est *Aristoteles* tres tibiarum species, τελείως, ζεύγη et σύριγγες simul commemorasse. Quartam *Theophrastus* obiter significavit vocabulo καλαμί βομβυκίη, id est ad bombyces apti. *Bombycem* *Pollux* IV. 70. inter tibiarum partes nominat, *scilicet* sect. 82. τὸ τῶν βομβυκίων ἐνδεον καὶ μανικὸν αὐλήμα ὀργυλοῖς πρέπον. ponens, rectius speciem tibiarum diversam facit. Atque ita *Hesychius* cum *Etymol.* M. auctore docent. *Aristoteles* de *Audib.* longas gruum arterias asperas bombyces vocat, unde arguere licet, fuisse tibiarum bombycium insignem longitudinem. Obiter etiam licebit annotare, qui a *Polluce* IV. 13. dicitur αὐλὸς ὄρειος et διάβροχος, egregie explicari ex iis, quae *Aristoteles* de paribus tibiis βεβρεγμένοις καὶ ξηροῖς tradidit. Ceterum ligularum tibiis additarum formam discernere licet ex *Histor. Anim.* VI. 10. ubi catulorum, ex genere *Squalorum* *Linnaei* oia comparat cum ligulis tibiariis: τὸ δὲ σχῆμα τῷ ὀστράκῳ ὁμοίον ταῖς τῶν αὐλῶν γλώτταις. Fuerunt igitur subquadratae et mediae extimidae. Superest locus *Aristotelis* de *Audib.* ubi de voce splendida tractat: δῆλον δὲ ἐστὶ καὶ πρὸ τῶν αὐλῶν. τὰ γὰρ ἔχοντα τῶν δευτέρων τὰς γλώττας πλαγίας, μαλακότεραν μὲν ἀποδίδωσι τὴν φωνήν, ἔχ. ὁμοίως δὲ λαμπρὰν τὸ

τὸ γὰρ πνεῦμα φερόμενον: εὐ-  
θείας εἰς εὐρυχωρίαν ἐμπίπτει  
καὶ ἐκείτη φέρεται σύντρονον ἢ δὲ  
συνεστικὸς ἀλλὰ διεσπασμένον.  
(Hinc sonum fundum et obscurum  
reddunt) ἐν δὲ ταῖς σκληροτέροις  
γλώτταις ἢ φωνῇ γίνεται σκλη-  
ροτέρα καὶ λάμπροτέρα, ἢ  
πιέση τις αὐτὰς μᾶλλον τοῖς  
χείλεσι διὰ τὸ φέρεσθαι τὸ  
πνεῦμα βραχύτερον) ὅτι nescio  
quae tibiae δευτεροῦ dicantur.  
Vitium scripturae arguit genus  
τὰ ἔχοντα τῶν δευτέρων, quod  
si ad αὐτοὺς præcedentis referretur,  
esse debebat: οἱ γὰρ ἔχοντες τῶν  
δευτέρων. Quare suspicor, τῶν  
ζευγέων legi debere. Deinde mi-  
hi etiam vocabulum πλαγίας su-  
spectum facit oppositum σκληρο-  
τέροις γλώτταις, quod arguit,  
μαλακὰς vel simile aliquod voca-  
bulum scriptum olim fuisse. Vul-  
gatum δευτέρων si quis defende-  
re velit, ad dextras sinistrasque  
referre tibias poterit. De graecae  
et Phrygiae tibiae differentia lo-  
cum reperi Aeliani Platonici apud  
Porphyrinum in Comment. ad Pto-  
lemaei Harmonicā p. 217. in Opp.  
Wallisii: Θεωροῦμεν γέ τοι τὰς  
Φρυγίης αὐτὰς στενὴς ταῖς κοι-  
λίαις ὄντας καὶ πολλῶν βαρυτέ-  
ρες ἤχους προβάλλοντας τῶν  
ἐλληνικῶν. Nec tamen haec una  
tibiae Phrygiae differentia fuit;  
sed sinistra cornu additum gerebat  
instar κώδωνος tubam finientis,  
testante Athenaeo IV. p. 185. et  
Hesychio in ἐγκυκλοπαίδειᾳ. Hinc  
Onidius Fastor. 4, 181. inflexo  
Berecynthia tibia cornu.

Tibicen Graecus V. 3, 17, 4. la-  
tinum nominat Cicero pro Mur.  
12. ubi vide notam Ernestii et in  
Clavi.

Tiburis arua C. 10, 138.

Tiburs terra mediocris V. 1, 9, 6.

Tiburinus ager V. 1, 9, 6. sa-  
xum P. 1, 10, 3.

P. Ticinius Menas V. 2, 11, 10.  
not.

Tigris nomen canis C. 7, 12, 13.

Tilia in scalpulis necessaria P.

N. 15, 2. apibus grata C. 9, 4,  
3. not.

Tiliagineae arculae C. 12, 45, 5.

Timent argillam caules P. F. 24, 5.

Timor est ne peruratur C. 11, 3,  
62.

Tineae ne vestimenta tangant Ca.

98. ne molestae sint seminibus

ficulneis C. 5, 10, 9. J aluo-

rum C. 9, 14, 2 et 8. quo vino

pellantur Ca. 126.

Tineolae, quos alii pediculos vo-

cant in equis Veg. 2, 16, 1.

Tineosi favi C. 9, 14, 20.

Tingo, tinguo. Pallad. Dec. 2.

vinum myrtite tingemus: ubi

Edd. retingemus, Lugd. soleni-

ni varietate, ut virgeo, virgueo.

Est ex graeco τέγγω, unde re-

tingo, vulgo rettinguo scriptum,

cum tamen extinguere rectius

scribatur. Pessime a tangere deri-

vavit Gesneri Thes. L. L. Verbi

distingere proprietas est a va-

rietate tincturae vel picturae colo-

rum repetenda.

Tinunculus accipiter C. 8, 8, 7.

not.

Tinum: pro pino legit C. 9, 4, 2.

Salmasius. not. P. 1, 37, 2.

Tiro bos veterano iungendus V.

1, 20, 2.

Tirunculus contemnitur C. 11, 1,

3. tiruncula canis C. 7, 12, 11.

quae prius peperit.

Tithymallus, Τιθύμαλλος C. 6,

12, 2. 9, 13, 2. not.

Titubans fabrica P. 1, 9, 2. titu-

bante gradu C. 10, 309. titu-

bantem stomachum solidare P.

F. 31, 2.

Titulum scribere disputationi C.

9 pr. 2. eo more quo in singu-

lorum titulis continetur P. O.

12, 9.

TMESIS in illo consue quoque

faciunt V. 2, 9, 13. Ca. 157,

9. V. 2, 9, 16.

Tmolon C. 3, 8, 4.

Tofaceo lapide structa P. Aug. 9,

2. not

Tofus durissimus C. 3, 11, 7. are-

nosus et icinus P. 1, 5, 1. Est

quem hodieque Itali iuffo vocant,

Bb 5 generis

- genus arenosi et durissimi, quod accurate descripsit Ferber. *Epistol. Italic* p. 236. vel p. 309. *vers. gallicae* Consentientem habeo doctissimum *Ab. de Veltheim*.
- Tolerabiles oves C. 7, 3, 14.
- Tolerabiliter C. 11, 2, 85; 11, 3, 17.
- Tolerare victum C. 10 pr. 1. § faba fresa et vinum tolerat foetas C. 6, 24, 5.
- Toles, *tonfillac* Veget. 2, 10, 73. not. 5, 63. 1.
- Tollere proverbium V. 2, 9, 9. rolli possunt ex passione fructus V. 2 pr. 5.
- Tolutim Veg. 2, 28, 37. not. 8.
- Tomacinae pernae V. 2, 14, 10.
- Tomice palmea aut iuncea ligare C. 12, 32. tomicibus alligatae periciae P. 1, 13. *in Esbigracum* *ἰσπύργος*, funis *linicus*; et a *Festo* scribitur etiam thomex.
- Tonantibus Demostheni Platoni que non cessit Cicero C. 1 pr. 30.
- Tondere palmitem in pollicem C. 4, 21, 3.
- Tonitribus vitiantur ova C. 18, 5, 12.
- Tonsores V. 2, 11, 10.
- Tonsura ouium V. 2, 11, 6, 11, 37, 2. tonsurae semestres in Hispania V. 2, 11, 8. C. 7, 4, 7. P. Mai. 8.
- Tonfus et Tunfus confunduntur, *ubi vid.*
- Tophus *vid.* Tosus.
- Topiae fici C. 5, 10, 11.
- Torcular, et Torcularia olei C. 1, 6, 18.
- Torcularii curatores C. 12, 50, 3. lacus C. 12, 18, 3. torcularia cella C. 1, 6, 9. vasa V. 11, 22, 4. § Torcularium (*instrumentum*) subst. vii aedificandum Ca. 18. torculario quae opus sint Ca. 13, 1.
- Torculos funes Ca. 68. Ca. 135, 3 et 4. Ca. 63. torcula vasa Ca. 1, 5, 11, 1. 14, 2. V. 3, 2, 8. olearia V. 1, 55, 7.
- Toringi equi Veg. 6, 6, 3. *Etiam Apollinari Sidonio et Cassiodoro*
- Toringos esse qui sint hodie Thuringi, *observatum Ortelio*. Gesn.
- Tormentum rotarum vel machinae Veg. 3, 46.
- Tormina ut sanentur Ca. 156, 5. 157, 9. *add.* 126. torminum signum et remedium in pecore C. 6, 7. *et 2.*
- Torosa, ceruix C. 6, 20. *vid.* Torus.
- Torquere botryones in ipsa vire P. O. 22, 1.
- Torrefactas nuces C. 12, 57, 3. sesama C. 12, 15, 3.
- Torrentes imbribus conceptus C. 1, 4, 10. torrentes, fluvii V. 1, 12, 14. § Torrentes a Torreo *vid.* statim.
- Torere vaporibus *intransit*. C. 1, 4, 10. torrens aestu terra C. 4, 19, 3. torrentis caeli vis P. Mar. 1, 3.
- Torridus sal C. 17, 5, 8, 7, 8, 4. 12, 17, 2. far C. 12, 56, 2. *pro tosto* *sacpe* poni torridum, *obseruat etiam* Nic. Heinsius, *ad Quid* *Fest.* 1, 24. Gesner.
- Torrens moriuntur Veg. 2, 18, 3.
- Tortium mustam Ca. 23, 4. C. 12, 56.
- Tortura, *de paluite depresso* P. F. 9, 8. ventris Veg. 2, 12, 3. ex tortura oritur indignatio, *nostri* *vocant* *übertreiben*. Veg. 3, 55. 1. Gesner.
- Torulus in arboribus, *ad Pall.* 12, 15, 1. not. p. 203.
- Torus. Toris tribus novella vitis ad arborem religatur C. 5, 6, 25. *conf.* C. Arb. 16, 4. ligaturam vocat P. 1, 6, 11. tori funiculorum C. 11, 3, 6. musculorum C. 6, 29, 2. Torus igitur rotundam flexuram notat, nulla materiae habita ratione. Patet hoc etiam ex architectorum usu; et frustra videtur esse Meursius, qui exercitat. *crit.* 1, 2. tortum legi vult apud Columellam. Toros funiculos ex pluribus filis tortos interpretatur *Yuo Villioni*. *adu. Ro. Titium* 2, 26. *vid.* Torosus. toros tres habeat tunis Ca. 135, 4. *Ex graeco* *τόρος* *factum*



- fiftum cum Scaligero censet  
 Gesner in Thef. L. L.  
 Totiens, quotiens fere MS. et Edi-  
 tiones primæ ut pauciens et si-  
 miles formæ. *ἄλλοι δὲ ἴσως*  
 Toronarii equi Veg. 2, 28, 37.  
*vi. no. et ad 6, 6, 6.*  
 Totus, pen. breui, pro quotus C.  
 5, 3, 5. quotcunque pedum spa-  
 tia — totam partem longitudi-  
 nis.  
 Torus. Toti partibus suis con-  
 summantur pulli C. 8, 5, 12.  
 quoniam totum in eo sit, ne  
 contrectentur pocula C. 12, 4,  
 3. græce τὸ πᾶν ἐν τῷ in to-  
 tum summa operarum X C. 2,  
 13, 1. in totum præcipere, in  
 universum, in genere, ut vulgo  
 C. 3, 2, 31. II, 2, 80. in to-  
 tum domi morari C. 12, 1, 5.  
 exterminare C. 9, 15, 3. ex to-  
 to indurescere C. 2, 21, 2. re-  
 pudianda est C. 5, 8, 6.  
 Toxicæ strenuæ C. 10, 18.  
 Trabeculæ et trabes Ca. 8, 5. Ex  
 græco τράπεζα, τράπηξ ductum,  
 quo pro stipite trabes sæpe vitur  
 mechanicus *Ἴβη*. Pro feretro,  
 pertica et basta vitur Lycophr.  
 641. et 1001. Hesychio τρά-  
 पेξ, χάραξ, σκόλοψ. Eidem  
 τράπηξ manubrium remi; item  
 τράπηξ. ὄργανοι.  
 Tracantum vel Tragantum pro  
 Tragacantha passim Vegetius.  
 Tracta facere Ca. 76, 1. Mercuri-  
 al. V. L. 1, 12. *ἕρπ.* interpreta-  
 tur quæ tortis hõste subens et su-  
 pra coci ponunt foliaque siue spolia  
 vocant. Laudatur etiam Scaliger  
 ad Tibullam 1, 6, 80. vbi tracta  
 sunt lanæ, quæ græce πηχλα.  
 Cf. not. ad Cat. p. 139. et 143.  
 Glossæ λέγαντα tracta interpre-  
 tantur; quæ explicatio vera vide-  
 tur, si compares locum Athenæi  
 XIV. p. 648 λέγαντα δύο ἄλυσ-  
 σου enim Apicio IV. 2. fest. 14,  
 15.  
 Tracta Veg. 3, 45, 4. no.  
 Tracto, pecuniam in orio tracta-  
 re C. 3, 4, 3.  
 Tractus, plaga caeli C. Arb. 17, 4.

- Tradit memoria C. 1, 3, 7.  
 Traduces vitium, rami non inter-  
 ram demersi, sed in vicinam ar-  
 borem traducti V. 1, 8, 3. tradux  
 inhaerens matri C. 4, 29, 13.  
 traducibus dispergere vitem C.  
 5, 6, 36. traduces in proximam  
 quamque arborem mittendæ C.  
 5, 6, 30. noui traduces inter se  
 ex arboribus proximis conne-  
 ctantur C. 5, 7, 3.  
 Τράγικῶς fieri V. 3, 13, 2.  
 Tragoedorum pallia trahuntur  
 Veg. 5, 21, 1.  
 Traha tritoria C. 2, 21, 4.  
 Trahunt maturitatem vina C. 1,  
 6, 20 trahere noxam C. 6, 27,  
 13. succum C. 11, 3, 60. sapor-  
 em C. 12, 50, 21. sanguinem  
*h. g. mittere* Veg. 5, 42, 1. tra-  
 here materiem Ca. 31, 2. i. e.  
 tractare.  
 Traiectus. traiectæ perticæ in ca-  
 veis V. 3, 9, 7.  
 Traicere, de terrestri itinere et  
 plausuro V. 2, 4, 11. Traicies  
 lemniscos Veg. 5, 17, 3.  
 Trames in horto i. e. semita, C.  
 10, 93.  
 Transcendere ætatem primæ iu-  
 ventæ C. 1, 8, 3.  
 Transcurrit humor C. 3, 10, 1.  
 luna solis radios C. 2, 10, 10.  
 Transeunt difficillime casei bubu-  
 li ventriculum et intestina V. 2,  
 11, 3. oppos. facillime deiici.  
 in Transferendis seminibus et  
 plantis quæ spectanda C. 3, 9,  
 7. Arb. 1, 5, 20, 2. 17, 4.  
 transfertur brassica C. 11, 3,  
 23.  
 Transglutiat sanguinem Veg. 5,  
 77.  
 Transigendum est, vendendum P.  
 N. 13, 8. vbi facultas est trans-  
 igendi P. F. 26, 2.  
 Transitum sol facit in pisces C.  
 11, 2, 20. in taurum C. 11, 2,  
 36.  
 Translatio plantæ in meliorem lo-  
 cum fieri debet, non contra C.  
 3, 5, 2. P. 1, 6, 4. P. F. 9, 5.  
 translatione an mirescat fructus  
 pineus P. N. 7, 11.

- Transluceat cortex C. 4, 29, 9.  
 Transmarina cunila C. 11, 3, 39.  
*vid. no.*  
 Transmigrant morbi contagione  
 Veg. 1 pr. 14.  
 Transmisso humore C. 12, 43, 12.  
 ne Transmittant baccam cannac  
 C. 12, 50, 4. humorem C. 1,  
 6, 22.  
 Transponere brassicam P. S. 13, 1.  
 Transferere per qualum, Ca. 133, 3.  
 Transsuiur subula C. 6, 15, 4.  
*Ita Celsus 7, 7, 8. Acui filum  
 ducente transsuiur. Vtrunque  
 h. l. laudat N. Heinsius ad illud  
 Ouid. Fast. 2, 363. Verubus  
 transfuta salignis Ext. Sen.  
 Theb. 254. Transsuiur ferro pe-  
 des. Gesner.*  
 Transuariat pedibus prioribus  
 Veg. 5, 59.  
 Transuersa spatia C. 5, 5, 3. ca-  
 pita ferunt obstipae lites C. 7,  
 10, 1.  
 Transuoluit se animal Veg. 11, 1,  
 1. b. e. volutat. add. 1, 56, 11.  
 Trapetus emtus est Ca. 22, 3. tra-  
 petos V Ca. 12. trapetos, latos  
 Ca. 135, 6. trapetos veteres Ca.  
 22, 4. trapetibus Ca. 18, 2.  
 trapeti facito (oleam) Ca. 145, 1.  
*vi. no. Trapetum gen. neutro  
 C. 12, 50, 6. ad trapeta, in  
 quae V. 1, 55, 5. Trapeti Ca-  
 toniani descriptionem et icones  
 dedi in fine Commentarii; quae  
 posteaquam prelum reliquerant,  
 vidi Herculaneses icones, et  
 notitias repetitas esse a Carolo  
 Vlysse de Salis in Itinerarii an-  
 no 1793. proditi Volumine  
 priore.*  
 Trauhere flumen V. 2, 7, 6.  
 M. Trebellius C. 5, 1, 2.  
 Trebla seu Triblae Ca. 135, 1,  
 forte rustica vox ex tribula con-  
 tracta. At urbem intelligit Schoett-  
 genius. Tribula Sabinorum  
 Liu. 23, 29. Tribula Aldhelmo  
 de laudibus virginis. c. 52. con-  
 ferri iubet Grononium obs. in  
 Scriptt. Eccles. c. 20. p. 222.  
 Haec Gesner. Quid si treblae fue-  
 rint streblae; στρεβλαί, sanile
- faculis instrumentum unde Hero-  
 dot. VII. 36. στρεβλῶντες ὄροισι  
 ξυλοῖσι.  
 Tremebundior vbera porcae C.  
 10, 396.  
 Trepidarii Veg. 2, 28, 37. not.  
 Trepido. Trepidans de equi in-  
 cessu aliquo vide ad Veg. 1,  
 28, 37. P. 42. Veg. 5, 46, 11.  
*Sed cum J. Trepidare etiam abs-  
 que respectu ad illum τροποδοσιὸν  
 sit festinare, celeriter mouere, sc.  
 e. g. V. 3, 16, 32. possit aliquis  
 putare, etiam inde esse Trepida-  
 rios. equos nomen suum consecu-  
 tos. Gesner.*  
 Tres. tris minas Ca. 127, 1.  
 Τριακᾶς, luna XXX. V. 1,  
 37, 1.  
 Triangulus, ager C. 5, 2, 6.  
 Tribula excutiendis granis C. 2,  
 21, 4. tribularum pulvisibus C.  
 1, 6, 23. tribulae erectae simile  
 organum C. 12, 50, 7. J Tri-  
 bulum idem V. 1, 52, 1. conf.  
 1, 22, 1. Alibi fustibus et ba-  
 culis tunduntur spicae et legu-  
 mina. Vide haec vocabula.  
 Hesychio. Τυτάνη est ὄργανόν  
 τι, ᾧ χρώνται eis τὸν ἀλοητὸν  
 τῆ σίτη. Idem instrumentum  
 Eustathio ad Homer. audit Τυ-  
 κάνη.  
 Tribularae, falciculae P. 1, 43, 3.  
 Tribulato quotidie Ca. 23, 4.  
 Tribus vnde dictae C. 5, 1, 7.  
 J secundae tribus vinum C. 3,  
 2, 24.  
 Tributum victui humano confer-  
 re C. 12, 4, 2. tributa reddentes  
 arbores P. Mar. 10, 24. tri-  
 buto laboris, et laedis vt suffice-  
 re possint vaccae P. Apr. 7.  
 Triçari Co. 2, 1, 16. vbi antea  
 meretricari erat, dicitur pro un-  
 gas agere vt apud Ciceronem.  
 Tricenos pedes aut quadragenos  
 C. 5, 10, 5. tricena labra C.  
 12, 50, 12.  
 Tricenaria fistula P. Aug. 12. vi-  
 tes V. 1, 2, 7.  
 Tricentorum pedum C. 5, 2, 5.  
 Trichiasis Veg. 3, 15, 1.  
 Trichilis dependens cucumis C.

- 10, 378. sub trichila repens C.  
 10, 394.  
 Tricenis triceni C. 5, 2, 10.  
 Triclinaria aestiua et hiberna V.  
 1, 13, 7. *alias triclinia, graece*  
*τρικλινον*, erat locus excelsus  
 vbi triclinio positus V. 3, 13, 2.  
*i. e. tribus lectis. Apud Nonium*  
*Varro apothecas tricliniarias di-*  
*cit in vocabulo obba libro 2 et*  
*15. sed priore loco Editio Merceri*  
*prior tricliniarias habet; quae si*  
*vera lectio est, locus de re rustica*  
*nostrer inde erit corrigendus.*  
 Tricectores vtuntur flecta Veg. 3,  
 49, 2. not.  
 Triens medicaminis C. 12, 20, 7.  
 iuger C. 5, 1, 10, 5, 2 et 5.  
 Trifolium montanum C. 6, 17, 2.  
 not. Veg. 4, 21, 2. not.  
 Trifurci furculi C. 5, 11, 3. tri-  
 furca stirps C. 5, 10, 7. femina  
 C. Arb. 20, 2.  
 Trigemino partu C. 3, 10, 16. tri-  
 gemini C. 3, 8, 1.  
 Trigeimnis malleolus C. 3, 19, 2.  
 Trigonitis myrrha Veg. 1, 11, 6.  
 1, 16, 5 vid. Troglodytis.  
 in Trigonum statuere C. Arb.  
 22, 2.  
 Trimatum exceperunt C. 8, 5,  
 24 trimatu expleto C. 8, 11, 5.  
 Trimestris fructus C. 2, 10, 9.  
*idem trimestre (triticum) C. 2,*  
*6, 2. trimestre semeni quod di-*  
*citur halicastrum C. 2, 6, 3.*  
 nullum natura C. 2, 9, 8. tri-  
 mestris satio C. 2, 4, 9, 2, 9, 7.  
 P. 1, 6, 16. C. 12, 4, 1. tri-  
 mestris vsus C. 2, 6, 2. tri-  
 mestrium satio C. 11, 2, 20. P. F.  
 3. *Τριμήνιος πύρος* et *κρίθις*  
 Graeci dicunt; quae frumenta  
 hibernis (*χειμοσπόροις*) non so-  
 lum minus radicum minores-  
 que numero et crassitudine ca-  
 lamos agere, sed etiam in mi-  
 nore spica grana pauciora et  
 minus graua reddere monet  
 Theophr. C. P. IV. 12.  
 Trimodiae fatoriae C. 2, 9, 9, 12,  
 50, 8. trimodiis aptanda lora  
 C. 12, 18, 2.  
 Trimus. post trimum, postquam  
*trimus fuit equulus V. 2, 7, 14.*  
 ita ad trimum V. 2, 4, 8. tri-  
 ma aetas P. Mar. 11, 5. trimae  
 plantae P. F. 25, 2.  
 Trina vasa V. 1, 22, 4. trinis ra-  
 diciibus V. 1, 1, 11. trini bo-  
 ves; tria iuga boum Ca. 10, 1.  
 not.  
 Triobulum Ca. 127, 2.  
 Tripartito diuisi V. 5, 1, 7. C.  
 Arb. 1 2. C. 3, 1, 2.  
 Tripedali fenestra V. 3, 9, 6.  
 Tripedanae vites C. 3, 2, 2. fos-  
 sulae C. 12, 44, 3. taleae Ca.  
 45, 1. tripedaneus serbos C. 5,  
 5, 2. tripedaneum spatium C.  
 4, 32, 2. 3, 5, 3. 11, 3, 4.  
 Trepidare. v. trepidare.  
 Triptolemi bos minister C. 6 pr.  
 7. prudentia in molitione soli  
 C. 1 pr. 32.  
 Triquetra forma C. 5, 2, 1 et 5.  
 Trisago vid. Trixago.  
 Tristis cupressi C. 6, 4, 1.  
 Trisulcus ramus P. Mar. 10, 24.  
*vbi legd. trifurcus. Vide Ad-*  
*denda.*  
 Tritaui nostri V. 3, 3, 2.  
 Triticeae paleae Ca. 54, 2.  
 Tritici satio P. S. 2. O. 1, 1. vbi  
 ferendum Ca. 34, 2. solum,  
 quod requirit C. 2, 9, 5. quan-  
 do sarriendum C. 2, 12, 4 quot  
 generum? C. 2, 6, 1. Appu-  
 lum praestantissimum V. 1, 2,  
 6. vt condatur V. 1, 5, 7. in  
 filiginem degenerat C. 2, 9, 13.  
 tritici moliti farina C. 6, 5, 2.  
 Triturae praeparatur area C. 11,  
 2, 47. add. V. 1, 51 et 52. C.  
 2, 20, 4 sqq. *de re ipsa nempe.*  
*nomen enim non habet. ad tritu-*  
*ram satis habilis terrena C. 2,*  
*19, 1. triturae tempore P. 1,*  
*36, 1.*  
 Tritum lateritium C. 6, 14, 7. si-  
 gulare C. 7, 5, 9 not.  
 Triumphale epulum V. 3, 2, 16.  
 3, 5, 8.  
 Trixago Veg. 1, 17, 12, 2, 14, 4,  
 5, 23, 12. nigra 5, 49. cf. 6,  
 13, 3. not.  
 Trochiscus Veg. 3, 9, 7.  
 Trochleae Graecae Ca. 3, 5.  
 trochlae

- trochleae sunt machinae tractoriae, in quas induntur rotulae vel orbiculi aerei aut ligni, qui per axiculum versantur, traiectionis ductibus funibus nomeu habent a τροχοίς, id est, rotulis: suntque ad similitudinem Graecae litterae Θ, autore Isidoro: unde fortassis Cato vocavit Trochleas Graecanicas: sicut Plantus in Poenulo eiusdem generis machinationes Graeca celonea: quae dicta sunt à similitudine χαλονίς, id est, tegumenti testudinis animalis. A. Popina. Locum Planti in Poenulo nullum alium reperio, nisi V. 3, 49. ubi hodie vulgatur: Graecae sunt hae columnae: Artificii exquisitioris opera lignaria vel punica vel graecae erant tum Romae. Orbiculos trochleatum μάγγανα vocat. Hero Belopoi. et. p. 128. Mathem. vet. qui locus dignus est, qui compareretur; ait de polyspacto ad detrahendum neruum adhibito: καὶ ὅπως συνέβαρνε τὴν καταγωγὴν: εὐχερεστέραν ἰνέσθαι, βραδυτέραν δὲ, διὰ τὸ τὰ πύ πολυσπαστῶ κῶλα πλείονα ὄντα εἰς ἓνα τόπον τὴν ἐπέλιθιν ποιῆσαι, καὶ διὰ τὸτο ἐμβραδύειν. Sucula ibidem ἠξων et ὄνισκος audit.
- Τροχοὶ θαλάττης post Palladium annot. p. 347.
- Troglodytis murrhae uncia Veg. 3, 22, 5. troglitae erat I, 10, 6. et alibi.
- Trulla et Trullium Ca. 10, 11, 2, 13, 2. ad apes iocundas in alveo adhibetur C. 9, 12, 2. trullis frequenter inductio P. 1, 15. trulla aequabimus impensam P. 1, 13, 2. Ab hac trulla est trullisare Vitruvii. Coquinaria trulla perforata erat. Hero Spiritual. I, p. 101. τροπήματα ὅμοια τῶν ἐν τοῖς τροχάλοις τοῖς μαγειρικοῖς γενομένοις ἡθμοειδῆ. Hinc Polybii igniferum κηλός XXI. 5. Liuius 37. c. 11. interpretatus est trullas ferreras. ubi trullae formam
- omisit explicare nuperus Interpres.
- Truncae arbores V. 1, 14, 2. Subst. truncis melius quam plantis oliveterum constituitur C. Arb. 17, 1. C. 5, 9, 10. nota in Add. post Palladium: trunci prominentes C. 5, 6, 11. ubi legendum trunco prominentes et docui in iisdem Addendis.
- Trusatiles molae Ca. 10, 4, 11, 4.
- Τρογγητής vindemiator C. 11, 2, 24.
- Τροφερή, pro τροφερά, cythus C. Arb. 28, 1.
- Tuberculum cui subest vermiculus C. 7, 15, 11.
- Tuberes quando serantur et inferantur C. 11, 2, 11 et 96. P. F. 25, 32. not. inferantur cydonio P. Ian. 15, 20. no. add. P. S. 14, 1. Nucipersica. Pesches-noix vocari a vulgo, observat. Hardinius ad Plin. 15, 14. qui etiam ex Martiali 13, 42 et 43. ostendit, ex Africa in Italiam translatae eam arborem. Gesner.
- Tuberum, tubero pro tuber, tubere erat Veg. 3, 30, 1 et 2.
- Tubulus fistilis P. Aug. 11, 2, V. 1, 8, 14. C. Arb. 9.
- Tubus, tubi fistiles P. 1, 17, 4. 1, 18.
- Tudicula oleo conficiendo C. 12, 50, 70. tudicula al.
- Tueor, tuemur, recta sumtu maiore V. 1, 11, 1. tueri armenta paleis C. 12, 17, 1. 6, 3, 3. Pass. tuebantur, ciues a rusticis V. 3, 1, 4. vid. no.
- Tuguria veterum V. 3, 1, 3. tuguriorum more C. 12, 15, 1.
- Tum, etiam praecedente praeter C. 4, 18, 1. tum deinde C. 4, 24, 16.
- Tumentes gemmae C. 11, 2, 16. tumentia nam ficulnea cacumina C. 11, 2, 26.
- Tumor, palliati, subdit P. Ian. 13, 8.
- Tumultuosum canere C. 12, 2, 4. Tunc in apodosi praecedente si C. 9, 15, 9.
- Tunica in trapeto Ca. 20, 2.

- Tunsa axungia Veg. 3, 41, 2. grana C. 9, 13, 5. radix Iaseris Veg. 1, 10, 4. tunſae Caricae P. 1, 26, 2. 1, 30, 4. baccae P. O. 14, 5. tunſo alio C. 6, 8, 2. quibus in vnum tunſis C. 6, 7, 2. tunſas pilulas Veg. 2, 62, 2. Apud Vegetium in prima ſyllaba fere o legebatur, vt et in verbo tundo, quod inde cum rondo miſcetur v. g. 1, 11, 11. 1, 13, 5. 3, 65, 12. Turuſa Veg. 1, 16, 5. 2, 10, 6.
- Turannius Niger annicus Varro- nis, 2. Praef. 6. ubi Edd. pri- mae Turanni habent; et 2. 11. ſect. 12. Turannium Nigrum, ubi vide notam. denique 3, 1, 9. ubi Edd. primae Turannium.
- Turannium exactae diligentiae ſe- uerum, cui poſt annua nonageſi- mam vacationem procuratoris C. Caefar. vltro obtulit memorat Seneca de Bren. Vitae c. 26. ubi an- tea legebatur Tyrannus. D. Tur- ranium et Turannium  $\chi\epsilon\sigma\tau\omicron\lambda\alpha\delta\eta$  Ciceronis et Attici annicum no- minant Epistolae ad Attic. I. 6. VI. 9. Turannium Gracilem, Hispanum (libri alii Graculam nominant) laudat Plinius III. ſect. 1. IX. ſect. 4. XVIII. ſect. 15. A Varroiano Turannio pira Turraniana uocata ſtatuit temere Harduinus ad Plin. 15. ſ. 26. quae Macrobio ſunt Turraniana. Hispanum Gracilem eundem facit cum tragico poeta apud Ouidium, IV. 16, 29. de Ponto, Hardui- nus, temere item; Caium Tur- rannium annonae praefectum ad A. V. 767 et 801. nominat Tacitus, Ann. I. 7. XI. 31. M. Turra- nium in Philippicis nominat Cice- ro. Equidem ſcripturam Turannius praefero, et anctior noſten ex graeco  $\tau\upsilon\rho\alpha$  uos pnto.
- Turba ſaxorum P. Mar. 3, 3. vt populus ſpicarum P. Iuh. 2, 2.
- Turbatur mare V. 3, 17, 7.
- Turduli natio V. 2, 10, 4.
- de Turdis V. 3, 5. P. 1, 26. ven- eunt ternis denariis V. 3, 2, 15. vt alantur C. 8, 10. Oſſa
- vetus ad Perſi Satir. VI. 24. tur- dorum noſſe ſaliuam: Solent enim quidam gulae dediti tantae ſubtilitatis habere palatum, vt dignoſcant turdos, an cellarius, an terrarius ſit; an maſculus, an fe- mina. Turdi piſces C. 8, 17, 8. 8, 16, 8.
- Tureus. Tus. vil. in Th.
- Turgent lienes Ca. 157, 7. Tur- dum turgentem vineae P. F. 26, 5.
- Turget ſcit valido caule C. 10, 325.
- Turiones lauri C. 12, 48, 5.
- Turrana pira C. 5, 10, 15.
- Turranius Niger vide Turannius.
- de Turturibus V. 3, 8. C. 8, 9. P. 1, 125. turtures aduenae V. 3, 5, 27.
- Turris molacus C. 10, 138. not. Braſſicam ex Lacutrina valle in animaduerſione ex Plinio p. 524. poſuit; unde patet, capitatum intel- ligi. Itaque corrigendum eſt quod poſuit ibidem p. 522. capitatum ge- nus a ſcriptoribus noſtris nullibi fuiſſe commemoratum. Idem pu- tabat Bodaeus ad Theophr. p. 777. eſſe quod a Nicandro  $\gamma\alpha\sigma\tau\eta\varsigma$  uo- cetur. Verum hic apud Athe- naeum IX. p. 369. Boeotis crum- ben ait dici  $\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon\gamma\alpha$ , cum Lade- daemonii teſte Apollia ibidem ra- pum  $\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon\gamma\alpha$  uocent. Aſſentitur huic Heſychius in  $\gamma\alpha\sigma\tau\omicron\gamma\iota\varsigma$  et  $\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon\gamma\alpha$ . Equidem malim  $\gamma\alpha\sigma\tau\epsilon\gamma\alpha$  intelligere de braſſica ea, quam Galli choux navet et ravenosque eos imitati Kohlruben et Kohlrabi uocamus.
- Turundae e farina Ca. 89. hor- deaceae V. 3, 9, 20. Turun- da ad fiſtulam Ca. 157. 14.
- Tus. vid. Thus. Sed ſine adſpira- tione, etiam MS. Medicus Ca. 70, 1.
- Tuſca ſacra, magicae operationes C. 10, 341.
- Tuſculanus ager V. 1, 14, 4. fun- dus V. 3, 3, 8. Tuſculanum Luculli V. 3, 4, 3.
- Tuſſicos faciunt Veg. 5, 64, 3. 6, 8, 1. forte phliſſicos. niſi tuſſicus eſt a tuſſis, et inde raucus,

- raucus, & ravis. Tussiacos ex Firmico profert Elmenh. ad Apulei. p. 222. 38. Gefner.
- Tussii pecus si labore C. 6, 10 et 31. ad tussim veterem C. 12, 33, 1. tussis in bubus causae et genera Veg. 5, 60 sq.
- Tute facere, pro tuto C. 5, 10, 22. ita cite Scribo. 198. ubi vid. Rhod. p. 284. Gefner.
- Tutela pecudum C. 9 pr. 1. 6, 2, 15. tutelae exiguae animal asinus C. 7, 1, 2. ¶ tutelam accepit Lucullus Cato V. 3, 2, 17. ¶ tutelarum, septorum, genera quatuor V. 1, 14, 1.
- Tutus. tuta cubilia propter iniuriam P. N. 13, 5. tutissima valetudo C. 7, 2, 2.
- Tybur pomosum C. 10, 138.
- Tympanites fit equus Veg. 2, 15, 3.
- Tympaniticus bos Veg. 5, 26.
- Tympanum V. 3, 5, 15. rotae genus, ut Virg. Ge. 2, 444. Habet tympani musici, ut nomen ita et formam, veteris praesertim, non ita profundi, ut coria ab utroque latere intenta, prope sibi admonerentur: quae etiam cribrorum vulgarium forma est, ut diameter ad altitudinem se habeat, ut 6 aut 7 ad 1. Nimirum pro radiis et abside, solidis tabulis tympanum est compactum. Multo instius etiam tympana dicta, quae cana essent, qualia v. g. ad onera ope hominum intus calcantium molienda adhibentur. item ad aquas hauriendas e. i. g. q. Tympanum Varronianum orbilis hoc est absidis radiis aptatum facit, ut eadem machina et rota radiata sit et tympanum. Gefner.
- Typhlon enteron Veg. 2, 12, 2. not.
- Τυροποιαν V. 2, 1, 28.
- Vacatio ab opere datur C. 6, 14, 3.
- Vaccæ quae probentur C. 6, 21, 1. P. Mar. 11, 5. vid. Bos. tauris submitteandae C. 6, 24. P. Iul. 4, 1. steriles deputandae aratro P. Mar. 11. 6. C. 6, 22, 1. nam vaccis etiam arant V. 1, 20, 4. *haec sunt vaccae operariae* C. 6, 24, 4.
- Vaccius interlocutor V. 2, 1, 27.
- Vacerrae C. 6, 19, 2. quae sunt 9, 1, 3. his circumdatum viuarium C. 9, 1, 9. Festus: Vacerram Verrius et alii complures vocari dicunt stipitem, ad quem equos solebant religare. *quem usum explicat locus Polybii apud Suidam in Ἰδιον et Κελτίβητες. ubi est de equitibus Celtiberorum: παρακαταβάντες ἀπολείψουσι τῆς ἵππου ἐστῶτας ἐν τάξει. ἀχροῖς γὰρ τοῖς ἀγονεῦσι τῶν ἵππων πασσαλίσκως μικρῆς ἔχοντες ἀπληρημένους τῆς ἐπιμελῆς πῆξαντες πειθαρχεῖν διδάσκουσι τὸς ἵππους ἐν τάξει μέχρις ἀνακάμψαντες ἀνασπᾶσσωσι τὸς πατᾶλῆς.*
- Vaco. vacant ab foetu matres C. 8, 15, 4. ab imbecillis valetudinaria C. 12, 3, 8. ¶ vacare debet aqua lauacris P. 1, 17, 4. h. e. adhiberi. omnis cura vocabit Veg. Praef. sed Codex nubit.
- Vacuum arboribus aruum C. 3, 11, 3. vacuae fructu vites C. 3, 2, 21. vacua foetu loca in vite C. 3, 10, 5. vacua tempora C. 12, 4, 1.
- Vagina herba qua sublatent spicae V. 1, 48, 3. esse in vaginis V. 1, 32, 1.
- Vagor, vagari latius quam oportuit V. 1, 2, 13. vagantibus animis apum P. Iun. 7, 4.
- Valenter sufferre ventos et imbres C. 3, 2, 15. crescere C. Arb. 3, 3.
- Valentissima vini pars C. 4, 23, 2.
- Valeo. valebit nutriendis herbis P. F. 1. valendi occulta feracitas P. Apr. 2, 2. ¶ Valer necare, potest C. 6, 25. praebere C. 3, 2, 16. perennari C. 12, 19, 2. edere conceptum C. 2, 1, 3. pestilentiam facere C. 6, 5, 1. nihil valent agere C. 3, 10, 9. frigore non valebit adstringi P. 1, 20, 1. quo manus non valebit attingere P. N. 8, 1.

- 8, 1. *ſ* *uñews* valet cito V. 1, 31, 4.  
 Valerudinarium pecus V. 2, 1, 15.  
 Valerudinarium, *locus curandis aegris destinatus* C. 11, 1, 18, 12, 3, 7 et 8. valerudinaria vt curanda C. 12, 3, 8.  
 Valerudinis turissimae sunt oves C. 7, 2, 2. *ſ* valerudines, *morbi* Veg. 2, 11, 1, 3, 5, 3.  
 Validi loci Ca. 35, 1.  
 Vallis si se interserat P. Aug. 11, 2. valle explicata *ibid.* valles fluminum alluue et inundationibus concretae C. 3, 11, 8. valles infimae villis non congruunt P. 1, 16.  
 Valli (*dimin.* a vannus. vt villum a vino). sirpeae, crates, ex viminibus V. 1, 23, 5. *not.* valles subiacentur grana V. 1, 52, 2. *not.* Vide *atiam* *notam* ad Ca. 14, 4. in *Postumis Pontederac.*  
 Valuulae fabarum C. 2, 12, 7. *not.* V. 2, 1, 19. Ca. 6, 10, 1. *item illud* euolutum fursure panicum C. 2, 9, 19. erui C. 6, 4, 3. eruum sine corio Veg. 4, 14, 1. *interpretatur* a valuulis separata lens C. 1, 31, 1. valuulis exemptae lentes C. 6, 10, 1.  
 Vanescunt sole diutino P. 1, 10, 2. *vbi* *Vitruuius* resoluuntur *habes.* Vide *euanesco.* vanescendo sanantur glandulae Veg. 3, 24, 1.  
 Vangae, *instrumentum rusticum* P. 1, 43, 3.  
 Vannis expurgantur grana C. 2, 21, 4. *not.*  
 Vanum ac leue granum C. 2, 9, 13.  
 Vapidum vinum acre vt fiat C. 12, 5, 1.  
 Vapor flammeus V. 1, 2, 5. vapore liquor soluitur C. 1, 6, 18. vaporibus, *per aestum* C. 7, 5, 14. vapor foetidus ad tumores et dolores Veg. 3, 28, 5, 5, 6, 2.  
 Vaporata terra, *calescilla* P. Aug. 8, 7. solibus aestiuis glebae C. 2, 16, 6. nebulae C. 1, 5, 4.  
*T. IV. P. III.*
- Vaporare cellam sine nidore fumi P. 1, 20, 2. caput saccellationibus Veg. 3, 11, 3. loculum penicillo calido Veg. 3, 17, 3. *Multa de hoc usu Rhod. Lex. Scribo.* Gesner.  
 quae Vapulauit olea, macescit V. 1, 55, 1.  
 Varam feceris *h. e. furcam* C. 5, 9, 2. Cf. Gesneri Thes. L. L. h. v.  
 Vario. ne variet maculis vniuersitas tergoris C. 7, 3, 2. variare coeperunt baccae C. 12, 50, 9. variari vuae C. Arb. 12, 1. variantibus adhuc et acerbis vuis C. 4, 20, 4. *Est Graecum* *περσάζειν* Gallorum *tourner*, *nostrum* sich färben.  
 Varius fulcus Ca. 61, 1. *not.* C. 2, 4, 5. varia terra *not.* Varias s. heluolae vites C. 3, 2, 23. Varias vuae coeperunt fieri Ca. 73. cum varia est oliua, legitur P. O. 10, 1. P. N. 4, 1. *Graece* *περσυος.* Vide in Vario.  
 Varis cruribus V. 2, 9, 4. *Graece* *βλαγος.*  
 Vasa fictilia et vitrea, eaque vel picata, vel pura C. 12, 4, 4. aerea aeruginem in coctura remittunt C. 12, 20, 1.  
 Vasarium ad Ca. 145, 3.  
 Vasculum pro alneo apum P. Iun. 7, 8.  
 Vastitas scientiae rusticae C. 5, 1, 1. vocis C. 1, 9, 2. instantis laboris animos debilitat C. 4, 18, 2.  
 Vastitudinem prohibebis Ca. 141, 2.  
 Vastus, vasta scientia C. 1 pr. 28. tempestas C. 2, 21, 5. vasti latratus canis C. 7, 12, 3. vastissimum flumen C. 1 pr. 30. vapores sideris aestiui C. 2, 21, 1. vastissimae spinas C. 11, 3, 4. *vnde ductum* vastare *deriuare* *malim* *ex graeco* *βαρτάζειν* auferre.  
 Vates sideris C. 10, 434. venerandus C. 10 pr. 3. optimus C. 11, 2, 1. *omnia de Virgilio.*  
 Vatis cruribus V. 2, 9, 4.

- Vbe pro vbi Cod. Polit. V. 1, 4, 4.
- Vber pro tuberculo cellae regis apum P. Iun. 7, 9. vberis educatione pendent apes *βορρῦδον* P. Iun. 7, 6. *¶* Vber soli feracis P. 1, 7, 1. herbarum P. 1, 33, 2. vbera campi, *campus pinguis* C. 10, 90. vbera inusto distenta mortalibus demittit telus C. 3, 21, 3. vbere suo gravata vitis, *fructu* C. 4, 27, 5. *¶* *Adiect.* vberi solo disponantur C. 5, 6, 11.
- Vberati gemmis plurimis furculi P. F. 17, 4.
- Vbero. vberat olea C. 5, 9, 11. vberantur arbores steriles P. O. 8, 3.
- Vbique pro ubicunque MS. P. Ian. 15, 2. *ut* quandoque.
- Vea, via V. 1, 2, 14.
- Vestarius equus duplex, ad ephippium et ad rhedam V. 2, 7, 15. *ubi* Edd. vectorii, *sed* *legd.* vecturarii. *not.*
- Vestigalia C. 1 pr. 27.
- Vestes varii Ca. 19, 2, 31, 1. vestibus ligneis densetur structura P. Aug. 9, 2.
- Vectorius *vide in* Vestarius.
- Vectura duum generum V. 1, 16, 6. foeni, pabulorum, stercoreum C. 2, 13, 9.
- Vecturarius *vide in* Vestarius.
- Vegetiior adpectus tauri C. 6, 20.
- Vegrandes oves, *male grandes, parvae* V. 2, 2, 13. *v. Benth.* ad Horat. Sat. 1, 2, 129. et Gesneri Thes. L. L. Ouidii Fastor. III. vegrandia farra coloni quae male creuerunt, Itali *nebbiata* vocant teste Pontedera.
- Vehemens vitis, *valida* C. 3, 1, 5, 4, 22, 4, 3, 10, 2. *add.* Horat. Epist. 2, 2, 120. palus C. 4, 12, 1. vehementiora statumina C. 4, 16, 2.
- Vehes in roboribus et alia ad aedificandum materie, *quae mensura?* C. 11, 2, 13. stercoreis habet modios LXXX C. 11, 2, 26. denae vehes stercoreis C. 2, 15, 8. *add.* 2, 16, 1. *vid.* Carpentum. vehes ligni Cato apud Charisium p. 55.
- Vehiculum, quo ad metendum vtuntur Galli P. Iun. 2, 2.
- Vehit equus commodius Veg. 2, 28, 39. si vasa acetum ante vixerunt P. N. 20, 3.
- Veianii fratres V. 3, 16, 10.
- Velamina corpori C. 7, 2, 1. scillae *i. e. tunicae bulbi* P. Iul. 6, 2.
- Velata inanum runcare C. 11, 3, 38.
- Velinus lacus V. 3, 2, 3. C. 8, 16, 2. ad angulum Velini V. 3, 2, 9.
- Vella, villa V. 1, 2, 14.
- Vellaturam facere V. 1, 2, 14. *not.* Locum ex libris de L. L. laudatum vertit Plutarch. Rom. c. 5. τὴν δὲ πορθημίαν βηλατῶραν καλοῦσιν.
- Vellimina *vid.* Velum.
- Vello, vellere cuneum C. 5, 12, 5. Arb. 26, 4. vellere lanam V. 2, 9, 11. quod *hodieque fieri in Asia testantur loca collecta a Ioh. Beckmanno Vorbereit. zur Waarenkunde Vol. I. p. 476.* Adde Aristotelis locum Probl. X. 24. διὰ τί τῶν μὲν προβάτων μαλακώτερά ἐστιν ἢ τῶν ἀνθρώπων σκληρότερά ἢ ὅτι τῶν μὲν προβάτων ἐκ τῆ ἐπιπολῆς πεφύκασι διὸ καὶ ἀλύπως ἐκοπῶνται μένους τῆς ἀρχῆς τῆς τροφῆς ἀδιαφθόρα, ἢ ἐστὶν ἐν σαρκί. Ibidem c. 25. sequitur: διὰ τί αἱ μὲν τῶν προβάτων τρίχες ὅσῳ ἂν μακρότερά ὦσι, σκληρότερά γίνονται. — τὰ γὰρ νέα πρόβατα τῶν παλαιῶν μαλακώτερα ἔχουσι τὰ ἔρια.
- Vellus lanae P. Aug. 8, 6. vellera vnde dicta V. 2, 11, 9. vellera et lanae *differunt* C. 12, 3, 9. *not.*
- Velo. velare caput trunci luto et musco P. F. 18, 1.
- Velocitas prona in facinus P. inf. pr. 2.
- Velox animus C. 1, 9, 4.
- Velumina, vellere V. 2, 11, 9. vellimina Scaligeri *probant* Popma



- ma et Facciolatus. Gesner. *Ovidius Fast.* 2, 340. fulvi leonis fetis hirsuta vellera dixit, quae postea versu 343. velamina sunt.
- Venae vitales** in ouis aliquot dies incubatis V. 3, 9, 11. quae animaduerti possint laudantur in equo V. 2, 7, 5. venae sufflatae non perspirant Ca. 157, 7. not. venarum enumeratio Veg. 6, 4. vena feritur sub cauda C. 7, 10, 2. verberatur ante, quam ad sanguinis emissionem solvatur C. 6, 14, 3. 7, 10, 2. venam pulsare *b. e. secare* Veg. 1, 22, 2 et 3. qui est locus, de hac re *classicus*. percutere Veg. 1, 22, 5. percussa si claudi non possit Veg. 5, 13. pungere Veg. 5, 14, 3. tangere Veg. 5, 76. rescindere C. 6, 30, 5. *vid.* Sanguis. *¶* venae tenues aquae P. Aug. 8, 2. in vite C. 4, 24, 9.
- Venaculo et sale perfricabis** Veg. 5, 62. N. L.
- Venafrum** Ca. 135, 1. 136.
- Venalia** greges, *ferorum* V. 1, 2, 21.
- Venaticus canis** V. 2, 9, 2.
- Venationis septum** V. 3, 12, 2. C. 9 pr. 1.
- Venatoris boni est** feras quam plurimas capere C. 5, 1, 2.
- Vendacem esse non emacem** Ca. 2, 7.
- Vendibilior ager** V. 1, 4, 2.
- Vendo**. vendas quot assibus potes V. 1, 12, 2.
- Veneno** quaedam pecudes sunt culturae V. 1, 2, 18. venenum radicibus gelum V. 1, 45, 2. venenum triste de crucis C. 10, 335.
- Veneno**. venibit, *vendetur* Ca. 146, 1.
- Venerci amores** animum ab officio auocant C. 11, 1, 14. rebus veneris operati perenni aqua se abluunt, antequam penora contingant C. 12, 4, 3. *i. e. coitu*. *Ovidius Remed.* 431. a Veneris rebus surgente puella. Graece τὰ ἀφροδισια sunt. *¶* Veneria s. Veneria pira C. 5, 10, 18. 12, 10, 4.
- Veneti equi** *Vict.* ad V. 2, 4, 12.
- Venio**. cum visere venissemus ad V. 2, 1, 1. venit frumentum ad corbem V. 1, 52, 2. spicilegium, messe facta V. 1, 53. *¶* veniunt, efficiuntur in summa colligenda, *kouunt herans* C. 5, 1, 6. *¶* cito veniunt ficus praecoquae P. Mar. 10, 27. veniunt tenues et vacuae fructu vites C. 3, 2, 21.
- Vennuculus** *vid.* Venuc.
- Venter**. ventris dolor ut sedetur in bubulo pecore C. 6, 7, 1. *¶* si ventrem non facit *b. e. alvum deicit* Veg. 5, 56, 2. *¶* ventrem perferunt vaccae C. 6, 24, 2. equae C. 6, 27, 7. fert XII menses equa V. 2, 1, 19. in ventre est hinnus menses XII V. 2, 8, 6. Venter inferior et superior, ad Ca. 56. Plato Timaeo p. 394. ed. Bip. τὴν ἀνομασμένην κατὰ κοιλίαν. *¶* Venter pro ipso animali praegnantate, V. 2, 6, 4. ut in illo Ictorum, Fructus ventrem sequitur.
- Ventilabra** et ventilatores granorum C. 2, 10, 14. Graece πτόον πλατό Iliad. 13, 588. Cf. not. ad Colum p. 77. 122. 123. Liber de natura rerum ap. Vincent. Spec. nat. 4. c. 2. vnde et vulgus ignem solent accendere cum a tritico paleas excutiant.
- Ventilare oleam** iactando V. 1, 55, 6. vinum C. 12, 30, 1.
- Ventostitas** Veg. 2, 11, 2.
- Ventosi pedes** Veg. 3, 50.
- Ventus**. ventorum orbis V. 3, 5, 17. libramentum C. 1, 5, 8. iisdem ventis constituere plantam *b. e. ad easdem plagas* C. Arb. 20, 2. ventos sedare furentes C. 10, 340. venti feraces clementer agitant oleas P. N. 5. vento separentur paleae a frumento C. 2, 21, 5. e vento concipientes equae V. 2, 1, 19. C. 6, 27, 4. *¶* ventos emittit venter C. 6, 30, 8. donec ventum reddat: equus Veg. 2, 24, C c 2 4. *¶*

4. *J* ventum in arinum mittito, *inflato* Veg. 3, 45, 4.
- Venuculum fat *f.* vennuculum C. 2, 6, 3. *not.* II, 2, 9. *no.* *J* vitet C. 3, 2, 2. 3, 27. 12, 43, 9. *not.* a ve *augendi* et nucleis *deriuat* Schol. Horat. Sat. 2, 4, 71. *quo loco usus est primum Be-roaldus ad venuculam vitem constabiliendam. Plinio est Veniicula vitis* 14, 2. *f.* 4. *n.* 6. *eandem quae scirpula et quae sticula, putat Linda. Sel. Med.* 10, 99. Gesner.
- Venus. eius procuratio hortorum V. 1, 1, 6. *J* Dum satiata Venus foecundos compleat artus C. 10, 212. nec Venus pastoralis longius quid quaerit V. 2, 10, 6. permittenda C. 7, 12, 11. Veneris lasciuiam amant vaccae P. Iul. 4, 1. in Venerem excitantur admissarii C. 6, 27, 10.
- Venustas disposita pomorum V. 1, 59, 2.
- Vepraticae spinae C. 7, 1, 1. *not.*
- Vepres confitis spinis vt efficiantur C. 11, 3, 3. veprem hunc interim non posse C. 11, 3, 7.
- Ver, genitale mundi tempus C. 10, 196. quod initium, quot dies habeat V. 1, 28, 1. veris principium rustico vt obseruandum C. 11, 2, 2. vere nouo C. 11, 2, 1. vere quae facienda Ca. 40, 50, 1. V. 1, 27, 2. 1, 28, 1.
- Veratrum C. 6, 38, 3. *Gallo-Pro-uincialibus* *Varaire teste Garidel* p. 450.
- Verba diuina de ea re fiant Ca. 14, 3. *not.*
- Verbena herba Veg. 4, 1, 8. 5, 17, 2. aqua in qua verbenae coctae Cf. 5, 21, 3.
- Verbenacea calida, aqua in qua verbena cocta est, Veg. 5, 18, 3 et 6. *coll. f. 2* *Gallis* *verveine, Prouinciae Gallicae, varueino teste Garidel. Verbena communis* C. *Baubini Pinax* 269. *officinalis* *Linnaei.* Sed latine verbena latissime patet, et ad varia
- herbarum et arbuistorum genus facris deputatum pertinet, vt egregie demonstrauit Pontedera Postumor. T. I. p. 1—8. Verbenaca autem peculiarem stirpem significat. Celsus V. c. 28. calida aqua fouet, in qua aliquae verbenae ex *reprimentibus coctae sint.* Iterum 6. c. 18. desiderare iubet in aqua ex verbenis, vbi Pontedera l. c. p. 7. fasciculum ramorum intelligit ex stirpibus semperuidentibus vt myrto, olea, buxo, rore marino, lentisco, lauro, cupresso decerporum, quae stirpes omnes nomine verbenarum continentur. verbenae algae *sunt in Codd.* Col. 8, 17, 6.
- Verberare pauculis Ca. 91. verberari tempestatibus C. Arb. 16, 3.
- vno Verbo, omnia sana faciet Ca. 157, 7. *vt Gr. ἐν λόγῳ.* SYLB.
- Verendae partes equi Veg. 1, 7, 1.
- Verentes plagarum boues C. 6, 2, 14.
- Veretrum iumentum Veg. 5, 14, 2 et 6. stat prae dolore Veg. 5, 80.
- Vergiliarum exortus V. 1, 28, 2. C. 9, 14, 1 et 4. II, 2, 36. occasus V. 1, 28, 2. C. 2, 8, 2. 2.
- Vergilius vernis vsque ad aesti-vas V. 2, 11, 4. Vergiliae celantur C. 11, 2, 34.
- Vergo. vergere aequabiliter in vnain partem V. 1, 6, 6.
- Vericulatae falces C. 2, 21, 3. *not.*
- ex Vermiculo apes C. 9, 11, 5.
- Vermiculum fat an Vennuculum? C. 2, 6, 3. *vi. no.*
- Verminibus pro vermibus Co. 6, 16, 2. *ex Sang. dedi.*
- Vernaculus huius soli fructus C. 3, 8, 5. vernaculum *f.* nostras genus vlnorum C. 5, 6, 2. cicer C. 9, 1, 8. pecus peregrino vtilius C. 7, 3, 13. vernaculae aues V. 3, 5, 7. gallinae C. 8, 2, 5. vernacula examina C. 9, 9, 1, 9, 12, 1. semina peregrinis meliora C. 3, 4, 1.

Vernant apes C. 9, 9, 1.  
 Vernancia lilia C. 10, 270.  
 per Vernum P. S. 13, 1. verni  
 principio MS. Lips. C. 4, 33, 5.  
 verno Ga. 50, 2. P. F. 26, 3.  
 et al. P. Apr. 8, 6. Mai. 7, 1.  
 vid. ad C. 6, 26, 2. C. 9, 9, 1.  
 ita hiberno; ita contra autum-  
 nus interdum adiective ponitur.  
 ita Vespertinis. Gesner.  
 Verres V. 2, 4, 4. P. F. 26, 1.  
 verrium castratio V. 2, 4, 21.  
 vid. Sus. Porcus.  
 Verriculatae falces C. 2, 21, 3.  
 not.  
 Verruculae binae sub maxillis ca-  
 pri C. 7, 6, 2. not. P. N. 13, 7.  
 Versari i. e. se versare, C. 8, 7, 1.  
 Versicoloribus pomis C. 3, 21, 3.  
 anni foetibus C. 10, 256.  
 Versificationis nostrae gustum  
 praebere C. 11, 1, 2.  
 Versura foliorum V. 1, 46. diuer-  
 sa species, immutata pro tempori-  
 bus anni. G. J. in arando C.  
 2, 2, 27 et 28. 2, 18, 4.  
 Versus agri V. 1, 10, 1. versus,  
 sulcus C. 2, 2, 25. alternis ver-  
 sibus fulcare. J. ab septentrio-  
 ne versus V. 1, 26. ad exorien-  
 tem versus V. 3, 9, 6.  
 Verrex. vertice mundi C. 10, 53.  
 b. e. vertigine et revolutione, qua  
 efficiuntur vices annuae. Gesner.  
 Vertibuli commissura Veg. 5, 21,  
 2. in ipso vertibulo *ibid.* l. 4.  
 vertibula in ceruice iumentis  
 Veg. 3, 41, 1. Verticulas Lucili-  
 us articulos dixit auctore Festo  
 in verriculas, ubi recte Turnebus  
 Adu. 28, 9. spondylos interpre-  
 tatur.  
 Verto. vertere lupinum in flore,  
 inarare cum floret, ad stercoran-  
 dum C. 11, 2, 81. solum biden-  
 tibus C. 4, 5. vid. Conuerttere.  
 vertendus in quatuor pedes col-  
 lis C. 3, 13, 8. Plinius pala ver-  
 tere dixit.  
 Verumnus vid. Vort.  
 Veruactor,  
 Veruactum et  
 Veruagare simul explicabimus. Veru-  
 agere igitur verbum rusticorum

fuisse videtur, restituendum Colu-  
 nellae 11, 2, 8. cuius vis ex de-  
 riuato veruactum optime intelli-  
 gitur. Est autem veruactum,  
 quod ex Varr. 1, 44, 2. discimus,  
 terra, quae interdum requiescit,  
 et restibili opponitur. idem ergo,  
 quod nouale vel ager noualis; s.  
 terra praecisa, (quod animadu-  
 sum iam video a Salmasio ad So-  
 li. p. 510. a A) Omnes autem hae  
 appellationes interdum etiam in-  
 telliguntur de terra, quae plane  
 ex incultis primum aratur. Veru-  
 actum eo, quo diximus, intelle-  
 ctu posuit Columella 2, 4, 2 bis  
 et 5. *ibid.* 2, 10, 5 et 11, 2, 52.  
 itemque 2, 12, 2. ubi duas ope-  
 ras postulat in veruacto, in re-  
 stibili agro vnam. Quod enim  
 veteretum hic est in editione  
 Commeliniana, de eo deinde vide-  
 bimus. Porro Seruius ad Georg.  
 1, 50. explicaturus Virgilii ver-  
 sum, At prius ignotum ferro  
 quam scindimus aequor, id est,  
 inquit, ante quam faciamus  
 VERUACTVM. Apud eundem  
 Seruium ad Ge. 1, 21. locus Fa-  
 bii Pictoris laudatur, ubi primum  
 locum inter numina rustica habet,  
 Veruactor, quem suo deinceps or-  
 dine sequuntur, Reparator, (quid-  
 si Redarator? quin video a Vos-  
 sio ita laudatum hunc locum in  
 Etymologico, v. Veruactor; et  
 Redarator iam placuisse Salmasio  
 ad Soli. p. 509. b F.) Imporci-  
 tor, Insitor, Obarator, Occa-  
 tor, Sarritor, Subruncinator,  
 Messor, Conuector, Conditor,  
 Promitor. Quodsi igitur Verua-  
